STATE LIBRARY OF PENNSYLVANIA
3 0144 00376615 1

SR 8751 C4 8314
CLASS BOOK

VOLUME 5

PENNSYLVANIA
STATE LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
This project is made possible by a grant from the Institute of Museum and Library Services as administered by the Pennsylvania Department of Education through the Office of Commonwealth Libraries

https://archive.org/details/vol5operaexediti00cice

M. TULLII CICERONIS

OPERA.

VOL. V.

M. TULLII CICERONIS

ORATIONES

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITÆ.

VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.

ACTIONIS SECUNDÆ

IN C. VERREM

LIBER IV.†

DE SIGNIS.

ORATIO IX.

ARGUMENTUM.

Furta hic in signis et reliquis ornamentis Siciliæ, cum publicis et sacris, tum privatis et profanis, ut, picturis in tabula et textili (h. e. vestibus stragulis), vasis aureis, argenteis, Corinthiis, Deliacis, gemmis, &c. demonstrat, falsamque esse Hortensii defensionem, qui ea èmta esse a Verre, non ablata dicat. Nam neque per leges licere magistratibus in provinciis mercari quicquam, neque talia esse pretia, ut non ablata videantur. Inscribitur de signis, quod furta in his commissa ad religionem pertinent, adeoque præcipua sunt.

[*Ed. Ald. p.* 200.] I. 1. Venio nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, studium;[a] ut amici ejus, morbum et insaniam;[1] ut Siculi, latrocinium. Ego, quo nomine appellem, nescio. Rem vobis proponam: vos eam suo,[a] non nominis pondere[2] penditote. Genus ipsum prius cognoscite, judices; deinde fortasse non magnopere quæretis,

[a] *Delectationem.*

---

† In ψ hæc Oratio sic inscribitur, *In C. Verrem Oratio sexta.*

Cap. I. 1 Huyd. *insanum.*—2 ψ, Huyd. Pali. et edd. vett. *suo nominis pond.* sine negativa particula *non*, quam Paris. ac Mss. Cujacii Hittorpiique, cum

NOTÆ

[a] *Vos eam suo, &c.*] Monet judices quod ejus gravitati respondeat. ut rem perpendant, et ei nomen dent,

80334

quo nomine[3] appellandum putetis. Nego in Sicilia tota, tam locupleti, tam vetere provincia, tot oppidis, tot familiis tam copiosis, ullum argenteum vas, ullum Corinthium aut Deliacum[b] fuisse,[4] ullam gemmam, aut margaritam,[c] quicquam ex auro aut ebore factum, signum ullum æneum, marmoreum, eburneum; nego ullam picturam[5] neque in tabula,[6] neque textili fuisse, quin conquisierit, inspexerit; quod placitum sit, abstulerit. 2. Magnum videor dicere: attendite etiam,[7] quemadmodum dicam. Non enim verbi, neque criminis augendi causa complector omnia. Cum dico, nihil istum ejusmodi rerum in tota provincia reliquisse, Latine me,[d] scitote, non accusatorie loqui. Etiam planius;[8] nihil in ædibus cujusquam, ne in oppidis quidem; nihil in locis communibus, ne in fanis[e] quidem; nihil apud Siculum, nihil apud civem Romanum; denique nihil istum,[9] quod ad oculos animumque acciderit, neque privati, neque publici, neque profani, neque sacri, tota in Sicilia reliquisse.

3. Unde igitur potius incipiam, quam ab ea civitate,[b] quæ tibi una in amore atque in deliciis fuit? aut ex quo

[b] *Messana.*

edd. recentt. agnoscunt.—3 Ms. in Biblioth. Reg. Paris. et ed. Lamb. 1566. *quo id nom.*—4 Leid. *nullum argent.* In Huyd. *ullum argentum, vas ullum, ullum contitum aut Del. fuisse, nego ullam gemmam aut marg. fuisse, quicq.* In edd. vett. *nego ullum gemmam aut murg. fuisse, aut quicq.* Mox Leid. *signum nullum:* Lamb. solus *nego signum ullum.*—5 Pro *nego ull. pict.* in ψ et Huyd. *neque ull. pict.*—6 Huyd. et edd. vett. *tabulis.* Tum *neque textilem fuisse* ψ et edd. vett. cum Orell. *neque in textilem fuisse* Huyd. *neque in textili fuisse* Schutz. e conj. Hortensii. Vid. Nott. Varr. Porro *quin quæsierit* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat.—7 Pro *etiam* Huyd. habet *et.* Mox ψ *neque crim. causa agendi.*—8 Herelius conj. *Dicam planius,* aut *Dicam etiam planius,* ut pro Rosc. Com. c. 14. pro Mur. c. 21.—9 *Istum* non est in Leid. Dein *quod*

NOTÆ

[b] *Corinthium aut Deliacum*] De quibus jam: vasa autem ejusmodi ænea erant, et utraque summo pretio.

[c] *Gemmam, aut margaritam*] Quanquam a plerisque communi vocabulo gemmæ et margaritæ nominentur; illud tamen discriminis intercedit, quod gemmæ sint pellucidæ, margaritæ vero densæ sint, ut Cujacius ait Observ. x. 18. quod margaritæ aceto liquefiant, non vero gemmæ, ut Vossius testatur.

[d] *Latine me*] Testatur se simpliciter, et Romano more loqui, non superlative et augendi causa, ut vulgo fit in accusationibus.

[e] *In fanis*] De his in Divin. § 11. not.

potius numero, quam ex ipsis laudatoribus tuis?[f] facilius enim perspicietur, qualis apud eos fueris, qui te oderunt, qui accusant, qui persequuntur, cum apud tuos Mamertinos inveniare[10] improbissima ratione esse prædatus. II. C. Hejus[11] est Mamertinus (omnes hoc mihi facile concedent,[12] qui Messanam accesserunt) omnibus rebus in illa civitate ornatissimus. Hujus domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certe, et nostris hominibus apertissima, maximeque hospitalis.[13] Ea domus ante adventum istius sic ornata fuit,[14] ut urbi quoque esset ornamento: nam ipsa Messana, quæ situ,[15] mœnibus, portuque ornata sit, ab his rebus, quibus iste delectatur, sane vacua atque nuda est. 4. Erat apud Hejum[16] sacrarium[g] magna cum dignitate in ædibus, a majoribus traditum, perantiquum; in quo signa[17] pulcherrima quatuor, summo artificio, summa nobilitate; quæ non modo istum hominem, ingeniosum atque intelligentem, verum etiam quemvis nostrum,[18] quos iste idiotas[h] appellat, delectare possent: unum Cupidinis, marmoreum, Praxitelis:[19][i] nimirum didici etiam, dum in istum inquiro, artificum nomina: idem, opinor, artifex ejusdemmodi Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis,[k] propter

oculos animumque accenderit ψ, Huyd. et pleræque edd. vett.—10 Pro *inveniare*, quod in Huyd. deest, Hortensius putabat *inveniere* legend.

CAP. II. 11 Leid. *Veius*.—12 Reg. Grævii et Ms. ad marg. ed. Lamb. *facile concedunt*. In Ms. in Biblioth. Reg. Paris. et ed. Lamb. 1566. *mihi qui Mess. access., fac. concedent*. Tum Leid. *omn. in rebus in illa civ.* Lamb. *omn. rebus illa in civ.*—13 ψ *maxime hosp.* Huyd. *maxime perhosp.*—14 Huyd. *ordinata sic fuit*.—15 Ern. suspic. *cum situ* vel *quamvis situ* legend.—16 Huyd. *apud herum*.—17 '*In quo signa*] Videtur deesse *inerant*, aut tale quippiam; sed nihil muto de meo.' *Hotom*.—18 Huyd. *vestrum*.—19 Cujac. et Reg. 1.

NOTÆ

[f] *Laudatoribus tuis*] Messani soli ex tota Sicilia Romam legatos miserunt ad Verrem laudandum.

[g] *Sacrarium*] Sacrarium ex dig. lib. I. tit. 8. est 'locus in quo sacra reponuntur; quod etiam in ædificio privato esse potest.'

[h] *Idiotas*] Idiotæ indocti sive privati dicuntur, qui nec cum aliis communem speciem, formam, sive ideam habent.

[i] *Praxitelis*] Praxiteles sculptor fuit Græcus eximius, qui Pompeii Magni temporibus, Olymp. 104. vixit.

[k] *Thespiis*] Thespiæ urbs Bœotiæ, ad Heliconis montis radices circa

quem Thespiæ visuntur; nam alia visendi causa nulla est. Itaque ille [20] L. Mummius, cum Thespiadas,[1] quæ ad ædem Felicitatis sunt, ceteraque profana ex illo oppido signa tolleret, hunc marmoreum Cupidinem, quod erat consecratus, non attigit. III. 5. Verum, ut ad illud sacrarium redeam, signum erat hoc, quod dico, Cupidinis e marmore: ex altera parte Hercules, egregie factus ex ære.[2] Is dicebatur esse Myronis,[1] ut opinor: et certe. Item ante[3] hosce Deos erant arulæ, quæ cuivis sacrarii religionem significare possent. [*p.* 201.] Erant ænea præterea duo signa, non maxima, verum eximia venustate,[4] virginali habitu atque vestitu, quæ manibus sublatis sacra quædam, more Atheniensium virginum, reposita in capitibus sustinebant. Canephoræ [5 m] ipsæ vocabantur: sed earum artificem,[6] quem? quemnam? recte admones, Polycletum [n] esse dicebant. Messanam ut quisque nostrum venerat, hæc visere solebat: omnibus hæc ad visendum [7] patebant quotidie: domus erat non [8] domino magis ornamento, quam civitati. 6. C. Claudius,[o] cujus ædilitatem magnificentissimam scimus fuisse,

Praxitele: unde Gulielm. conj. *Praxitelæ*, et Lamb. *Praxiteli.*—20 Leid. et Ms. in marg. ed. Lamb. *Atque ille.*—1 *Thespiade* ψ, Huyd. Reg. Pall. et edd. pr. *Thespiis ea quæ* Camerar. Lamb. Grut. Oliv. *Thespidas* Franc. 1. *Thespiæ* cod. Grut. *Thespiadas* Guelf. Ms. in marg. Lamb. quatuor Mss. Pariss. cum Reg. Lall. Harles. Beck. Schutz. et sic Orell. qui malit *Thespiades.* Vid. Nott. Varr.

Cap. III. 2 *Factus est ex ære* Mss. nonnulli et edd. ante Græv. sed *est* non habent ψ, Huyd. Leid. Reg. Franc. 1. Guelf.—3 *Et certe ita est. Ante* Bergeri Ms. et nonnullæ editiones veteres. In edit. Gruter. deest *Item.* Mox pro *arulæ*, in ψ, Huyd. et editionibus ante Lamb. *tabulæ.* —4 Huyd. *vetustate.*—5 Reg. Pall. Venet. 1483. Junt. et Orell. *Canephoræ:* al. *Canephoroi*, teste Lambino. Vulg. *Canephoræ.*—6 Quintil. IX. 2. 45. habet *earum rerum artif.* ψ, Huyd. Pall. et edd. ante Lamb. omittunt *quem.* Mox *Polyclitum* Mss. plerique.—7 Verba *ad visendum* suspecta Jureto ad Symmach. Epp. I. 23. Grutero, et Garatono.—8 Huyd. *domus non erat.*—

NOTÆ

meridiem. Hæc autem Cupidinis statua civibus a Glyceria data fuerat.

[1] *Myronis*] Myro statuarius fuit insignis, qui ex bucula ex ære facta, sibi nominis famam fecit. Is Olymp. 83. vixit.

[m] *Canephoræ*] Canephoræ erant virgines primariæ Palladi vel Cereri sacræ, quæ in Panathenæis aliisque festis canistra gestabant.

[n] *Polycletum*] Polycletus statuarius fuit celebris, de quo Plinius XXXIII. 13. loquitur.

usus est hoc Cupidine tamdiu, dum forum Diis immortalibus populoque Romano habuit ornatum:[9] et, cum esset hospes Hejorum, Mamertini autem populi patronus, ut illis benignis[10] usus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum.[11] Nuper homines nobiles ejusmodi,[12] judices (et quid dico nuper? immo vero modo, ac plane paulo ante vidimus) qui forum, ac basilicas,[13] [p] non spoliis provinciarum, sed ornamentis amicorum, commodis[c] hospitum, non furtis nocentium, ornarent; qui tamen signa atque ornamenta sua cuique reddebant; non ablata ex urbibus[14] sociorum, quatridui[15] causa, per simulationem ædilitatis,[q] domum deinde, atque ad suas villas auferebant. 7. Hæc omnia, quæ dixi, signa, judices, ab Hejo de sacrario Verres abstulit: nullum, inquam, horum[16] reliquit, neque aliud ullum tamen, præter unum pervetus ligneum, Bonam Fortunam, ut opinor. Eam iste habere domi suæ[17] noluit.[r] IV. Pro Deum hominumque fidem! quid hoc est? quæ est hæc causa?[18] quæ hæc impudentia est? quæ dico signa,

[c] *Commodatis.*

9 Idem Ms. *natum.*—10 Leid. *benigne:* ψ *benignius.*—11 Ms. Cujac. *reponendum,* probante Grutero.—12 Lamb. solus *hujusmodi.*—13 Huyd. *basiliscas.*—14 In eodem Ms. *ab urb.*—15 In Leid. deest *quatridui,* pro quo Huyd. exhibet *quamdiu.* In Reg. 1. et Mss. ap. Lamb. *quatr. causam:* unde Lamb. conj. *per causam et simulationem,* omisso *quatridui.*—16 Huyd. *illorum.* Dein in Ven. 1483. et Junt. *neque enim aliud ullum.* Vox *tamen* suspecta fuit Hotomanno et Schellero in Obss. Ille scribi *omnino,* hic vel deleri vel in *mansit* mutari jussit. Harles. ortum putat e vocab. *tale,* quod aliquis oræ libri ascripserit. Herel. mavult *manet.* Schutz. edidit *neque aliud ullum, præter unum tamen.* Porro in ψ et Huyd. *vetus ligneum.*—17 Edd. vett. cum Orell. *domi suæ habere.* Tum ψ *voluit.*

Cap. IV. 18 Græv. e Reg. et Franc. *quæ hæc causa est:* Ern. ex edd. pr. *quæ est hæc causa;* et sic Harles. Beck. Schutz. et Orell. Vulgo *est* omittitur. Tum Græv. e Reg. et Franc. 1. cum Beck. *quæ ista impud. est;* et ita se edidisse, in notis dicit Ern. qui tamen in textu *hæc* retinuit. In Guelf.

NOTÆ

[o] *C. Claudius*] Is fortasse Claudius, qui cum M. Perpenna consul fuit, avus P. Clodii, qui Ciceronis inimicus fuit.

[p] *Basilicas*] Basilicæ erant in foro Rom. in quibus tribuni jus dicebant.

[q] *Per simulationem ædilitatis*] Pungit eos, qui ut forum ornarent, dum essent ædiles, statuas ad quatriduum petebant, quas postea in suis ædibus retinebant.

[r] *Habere ... noluit*] Quasi indignus esset bona fortuna.

antequam abs te sublata sunt, Messanam cum imperio nemo venit,[19] quin viderit. Tot prætores, tot consules in Sicilia, tum in pace, tum etiam in bello fuerunt; tot homines cujusque modi, (non loquor de integris, innocentibus, religiosis) tot cupidi, tot improbi, tot audaces; quorum nemo sibi tam vehemens, tam potens, tam nobilis visus est, qui ex illo sacrario[20] quicquam poscere, aut tollere, aut attingere auderet. Verres, quod ubique erit[1] pulcherrimum, auferet? nihil habere præterea cuiquam licebit? tot domus locupletissimas domus istius una capiet? idcirco nemo superiorum attigit, ut iste tolleret?[2] ideo C. Claudius Pulcher retulit, ut C. Verres posset auferre? At non requirebat ille Cupido lenonis domum, ac meretriciam disciplinam: facile illo sacrario[3] patrio continebatur: Hejo se a majoribus relictum esse sciebat ad hæreditatem[4] sacrorum.[s] Non quærebat meretricis[t] hæredem. S. Sed quid ego tam vehementer invehor? Verbo jam[5] uno repellar. Emi, inquit. O Dii immortales! præclaram defensionem! mercatorem cum imperio ac securibus in provinciam misimus;[6] qui omnia signa, tabulas pictas, omne argentum, aurum, ebur, gemmas coëmeret, nihil cuiquam

Quid hoc est? quæ dico signa, non improb. Ern. '*Quæ dico signa*] Hic putavi esse lacunam: nam hæc non cohærent cum antecedentibus secundum vulgatam lectionem. Si Ms. Guelf. sequimur, nil deest.' *Ern. Ista quæ dico signa* edidit Schutz. qui ait, 'Haud scio an verius sit *quæ dixi signa*, ut paulo ante, 'omnia quæ dixi, signa.''—19 Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *nemo Mess. cum imp. venit.*—20 Mss. Lamb. *cujuscemodi:* unde Lamb. legi maluit *cuicuimodi*, s. *cujuscujusmodi.*—20 Huyd. *quam ex illo sacr.*—1 Idem Ms. *erat.*—2 Ms. ap. Steph. cum Lamb. *ut hic toll.*—3 ψ *fac. ille sacr.* Pro *patrio* in Huyd. *primo.* —4 ψ, Huyd. Pall. Ven. 1483. Junt. Crat. *an hæreditatem:* Camer. Lamb. Grut. *ad hæreditatem:* Ms. ap. Grut. *in hæreditatem:* Cujac. Reg. Guelf. quatuor Pariss. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *in hæreditate.* In Bergeri Ms. *sciebat. At hæreditatem sacrorum non quærebat? Meretricis hæredem quærebat? Sed.* Vid. Nott. Varr.—5 *Jam* non habent Leid. et Lamb. Mox Leid. et Reg. carent interjectione *O.*—6 Huyd. et Lamb. *merc. in prov.*

NOTÆ

[s] *Hæreditatem sacrorum*] Quælibet familia Romæ sua sacra habebat, quæ perpetua esse jubebantur: bonorum hæredes, eorum etiam sacrorum omnium hæredes esse oportebat.

[t] *Meretricis*] Chelidonem intelligit, de qua lib. I. § 92. not.

relinqueret. Hæc enim mihi ad omnia defensio patefieri videtur; emisse.[u] Primum, si id, quod vis, tibi ego concedam, ut emeris; (quoniam in toto hoc genere hac una defensione usurus es)[7] quæro, cujusmodi tu judicia Romæ putaris esse, si tibi hoc quemquam concessurum putasti, te in prætura atque imperio, tot res, tam pretiosas, omnes denique res, quæ alicujus pretii fuerint,[8] tota ex provincia coëmisse. v. 9. Videte majorum diligentiam, qui nihil dum etiam istiusmodi suspicabantur; verumtamen ea, quæ parvis in rebus accidere poterant, providebant. Neminem, qui cum potestate aut legatione in provinciam esset profectus, tam amentem fore putaverunt, ut emeret argentum; dabatur enim de publico: ut vestem; præbebatur enim legibus. [*p.* 202.] Mancipium putaverunt;[x] quo et omnes[9] utimur, et non præbetur a populo. Sanxerunt, 'Ne quis emeret mancipium,[10] nisi in demortui locum.' Si qui[11] Romæ esset demortuus? immo, si quis[y] ibidem: non enim[12] te instruere domum tuam voluerunt in provincia; sed illum usum provinciæ supplere. 10. Quæ fuit causa, cur tam diligenter nos[13] in provinciis ab emtionibus removerent? hæc, judices, quod putabant ereptionem esse, non emtionem, cum venditori suo arbitratu vendere non liceret. In provinciis intelligebant, si is, qui esset cum imperio ac potestate, quod apud quemque esset, emere vellet, idque ei[14] liceret; fore, uti, quod quisque vellet, sive esset ve-

cum imp. ac sec. misimus.—7 Huyd. *usurus est.*—8 Steph. *fuerunt.*

Cap. v. 9 Ern. conj. *quod et omn.* vel *quod eo omn.*—10 Tres Mss. omittunt *mancipium.*—11 In Huyd. et ed. Manut. *si quis.*—12 *Enim* non est in Leid. in quo mox legitur *sed ullum usum.*—13 ψ *vos.* Tum Huyd. *ab emtoribus removerentur. Hoc, jud.*—14 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. non habent *ei.*—

NOTÆ

[u] *Emisse*] In eo posuerat defensionem Verris Hortensius, quod emisset omnia illa signa et statuas.

[x] *Mancipium putaverunt*] Qui regebant provincias, non argentum aut vestes emere poterant, quia de publico eis suppeditabantur; at mancipium poterant.

[y] *Si quis*] i. e. si quis Romæ esset demortuus. Si mancipium Romæ decessisset, pro eo alterum emi in provincia vetuerunt; sed si in provincia, permiserunt.

nale, sive non esset, quanti vellet, auferret. Dicet[15] aliquis, Noli isto modo agere cum Verre. Noli ejus facta ad antiquæ religionis rationem exquirere: concede, ut impune emerit, modo[16] ut bona ratione emerit, nihil pro potestate, nihil ab invito, nihil per injuriam. Sic agam. Si quid venale habuit Hejus, si[17] id, quanti æstimabat, tanti vendidit; desino quærere, cur emeris.[18] VI. 11. Quid igitur[19] nobis faciundum est? num argumentis utendum in re ejusmodi? Quærendum est, credo,[20] Hejus iste num æs alienum habuerit, num auctionem fecerit: si fecit, num tanta difficultas eum rei nummariæ[d 1] tenuerit, tanta egestas, tanta vis oppresserit,[2] ut sacrarium suum[3] spoliaret, ut Deos patrios venderet. At hominem video auctionem fecisse nullam; vendidisse, præter fructus suos, nihil unquam; non modo in ære alieno[z] nullo, sed in suis nummis[4] multis esse ac semper fuisse. Si hæc contra,[5] ac dico, essent omnia; tamen illum hæc, quæ tot annos in familia sacrarioque majorum fuissent, venditurum non fuisse.[6] Quid, si magnitudine pecuniæ persuasum est ei? Verisimile non est, ut ille homo tam locuples, tam honestus,[7] religioni suæ monumentisque majorum pecuniam anteponeret. 12. Sunt ista:[8] verumtamen abducuntur homines nonnunquam etiam[9] ab institutis suis magnitudine pecuniæ. Videamus, quanta ista pecunia fuerit,[10] quæ potuerit Hejum, hominem maxime

[d] *Pecuniæ.*

15 Nonnullæ edd. *Dicit*, errore typographico, ut Orell. ait.—16 Pro *modo* Leid. habet *non*. Mox voces *nihil in potestate* in ψ, Huyd. et ed. Crat. desunt. In Ven. 1483. et Junt. omittitur *nihil* ante *ab invito*.—17 Leid. caret *si*.—18 Edd. quædam *emeres*.

CAP. VI. 19 Leid. *Cur igitur*.—20 Huyd. *cedo*.—1 Idem Ms. *numerariæ*.—2 Guelf. Cujac. et Reg. *presserit*.—3 *Suum* non est in Huyd.—4 Camerar. legi maluit *in ejus nummis*. Pro *multis*, ψ, Huyd. et edd. vett. exhibent *multos*.—5 Huyd. *contraria*.—6 In duobus Mss. omittitur *ei*.—7 Lamb. *tam loc.*, *tam copiosus*, *tam hon.*—8 Herel. mavult *Sint ista*.—9 Huyd. *non etiam nunquam*.—10 Lamb. e conj. *fuerit*; et sic Guelf. Græv. Harles. Beck. Schutz.

NOTÆ

[z] *In ære alieno*] Æs alienum dicitur quod nos aliis debemus, ut notat Ulpianus; æs vero suum est, quod nobis alii debent: quare indicat Cicero multos illum habuisse debitores, et habere.

locupletem, minime avarum, ab humanitate, a pietate,[11] ab religione deducere. Ita jussisti, opinor, ipsum in tabulas referre: 'Hæc omnia signa Praxitelis, Myronis, Polycleti, H-S VI mill. et IↃ[12] [a] Verri vendita sunt.' Recita ex tabulis. (*Tabulæ Heji.*[13]) Juvat me, hæc præclara nomina artificum, quæ isti ad cœlum ferunt, Verris æstimatione sic concidisse. Cupidinem Praxitelis[14] H-S CIↃIↃC.[b] Profecto hinc natum est, 'Malo emere, quam rogare.' VII. 13. Dicet aliquis, Quid? tu ista permagno æstimas? Ego vero ad meam rationem usumque[15] non æstimo. Verumtamen a vobis ita arbitror spectari oportere, quanti hæc eorum judicio, qui studiosi sunt harum rerum, æstimentur; quanti venire soleant;[16] quanti hæc ipsa, si palam libereque venirent, venire possent: denique ipse Verres quanti æstimet. Nunquam enim, si denariis quadringentis [c] Cupidinem illum putasset, commisisset,[17] ut propter eum in sermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret. 14. Quis vestrum igitur nescit, quanti hæc æstimentur? In auctione[18] signum æneum non magnum H-S CXX millibus[d] venire non vidimus? Quid, si velim nominare homines, qui aut[19] non minoris, aut etiam pluris

et Orell. Aliæ edd. *fuit.*—11 Mss. nonnulli ac edd. vett. *et pietate.* Præpositio ante *religione* in Reg. et Leid. omittitur.—12 In Mss. et edd. vett. desunt *et IↃ*, quæ Lamb. inseruit e conj. Hotomanni. Dein Mss. nonnulli *vendita* vel *vendita sunt: sed retulit:* unde Græv. conj. *vend. sunt. Sic retulit. Recita.* Ms. in Biblioth. Reg. Paris. *vendita esse. Retulit. Recita.*—13 Verba *Tabulæ Heii* absunt ab Huyd. et Leid. Tum *Juvant me* ψ et Huyd. *Juvat enim me* Steph.—14 Ms. Cujac. Lamb. et Beck. *Praxiteli.* Dein ψ *H-S* ∞ *D:* Ven. 1483. Junt. *H-S CC D.*

CAP. VII. 15 Huyd. Steph. et Lamb. *usumque meum.*—16 Leid. *solebant.*—17 Idem Ms. *coëmisset:* Ms. Cujac. *commisset.*—18 ψ *æstimentur in actione? Signum, &c.* Tum Lamb. solus *non maximum.* Pro *H-S CXX millibus,* Mss. Lambini *H-S CXL millibus:* Grævii Ms. *H-S CXL,* omisso *millibus.*—19 *Aut*

NOTÆ

[a] *H-S VI mill. et IↃ* [*H-S VI et D*] Id est, sex millibus sestertiorum cum quingentis, qui sexcentas libras cum quingentis efficiunt.

[b] *H-S CIↃIↃC*] Id est, sestertiis mille sexcentis, libris Gallicis centum et sexaginta.

[c] *Denariis quadringentis*] Denarii, ut jam diximus, asses nostros octo valent.

[d] *H-S CXX millibus*] Libris Gallicis duodecim millibus.

emerint? nonne possum? Etenim qui modus est in his rebus cupiditatis, idem[20] est æstimationis:[e] difficile est enim finem facere pretio, nisi libidini feceris. Video igitur Hejum neque voluntate, neque difficultate aliqua temporis, neque magnitudine pecuniæ adductum esse, ut hæc signa venderet:[1] [*p.* 203.] teque ista simulatione emtionis, vi, metu, imperio, fascibus, ab homine eo, quem una cum ceteris sociis non solum potestati tuæ,[2] sed etiam fidei populus Romanus commiserat, eripuisse atque abstulisse. 15. Quid mihi tam optandum, judices,[3] potest esse in hoc crimine, quam ut hæc eadem dicat ipse Hejus? Nihil profecto; sed ne difficilia optemus. Hejus est Mamertinus: Mamertina civitas istum publice communi consilio sola laudat: omnibus ipse[4] ceteris Siculis odio est: ab his solis amatur. Ejus autem legationis, quæ ad istum laudandum missa est, princeps est Hejus: (etenim est primus civitatis) ne forte, dum publicis mandatis serviat, de privatis injuriis reticeat.[5] 16. Hæc cum scirem et cogitarem, commisi tamen me, judices,[6] Hejo. Produxi eum prima actione; neque id tamen ullo periculo[7] feci. Quid enim poterat Hejus respondere, si esset improbus, si sui[8] dissimilis? Signa illa domi suæ esse, non apud Verrem? Qui poterat quicquam ejusmodi dicere? Ut homo turpissimus esset, impudentissimeque mentiretur, hoc diceret: illa se habuisse venalia, eaque sese, quanti voluerit, vendidisse. Homo domi suæ nobilissimus, qui vos de religione sua[9] ac dignitate

[e] *Etenim tanti res quæque valet, quanti æstimatur ab eo qui eam desiderat.*

non est in Huyd.—20 Pro *idem*, in Huyd. legitur *is*.—1 Idem Ms. *venderent*. —2 Lamb. solus *pot. tuæ permiserat*.—3 Pro *judices* in ψ et Huyd. *videri*.— 4 Leid. Cam. Lamb. et Orell. *iste*.—5 Hotom. Ern. et al. hic aliquid deesse statuunt. 'Lamb. legi jussit, *ne forte, dum privatis injuriis servit, de publicis mandatis reticeat:* alii, *si forte, dum publ. mand., &c.* Manut. jocum esse putat, quasi civitas id spectasse dicatur, cum legatum misit, quod ei propositum non fuit, ipse tamen utrumque facit. Hanc contortam explicationem recte repudiat Ern. qui *forte ut*, vel *forte, dum ... serviat, ut de pr. &c.* legi jubet. Harles. suspiciuncular addit, *ni forte, ut, dum ... injuriis haud*, vel *non, reticeat*. Scheller. Obss. p. 65. corrigi posse facillime censet, *is ne forte ... reticeat?*' Beck. qui cum Orell. vulgatam lectionem defendit.—6 *Me* post *tamen* in duobus Mss. et *judices* in Huyd. omittuntur. Pro *judices* ψ habet *inde*. Mox, Leid. non habet *eum*.—7 Leid. *neque id cum ullo peric.*—8 Leid.

vere existimare maxime vellet, primo dixit, se istum publice laudare, quod sibi ita mandatum esset: deinde neque se illa habuisse venalia,[10] neque ulla conditione, si, utrum vellet, liceret, adduci unquam potuisse, ut venderet illa, quæ in sacrario fuissent a majoribus[11] suis relicta et tradita. VIII. 17. Quid sedes, Verres? quid expectas? quid te a Centuripina[e] civitate, a Catinensi, ab Halesina,[12] ab Tyndaritana, Ennensi, Agyrinensi, ceterisque Siciliæ civitatibus circumveniri atque opprimi dicis? tua te altera patria, quemadmodum dicere solebas, Messana circumvenit: tua, inquam, Messana, tuorum adjutrix scelerum, libidinum testis, prædarum ac furtorum receptrix.[13] Adest enim vir amplissimus ejus civitatis, legatus, hujusce judicii causa domo missus, princeps laudationis tuæ; qui te publice laudat: ita enim[14] mandatum atque imperatum est. Tametsi rogatus de cybea,[15][f] tenetis memoria, quid responderit: ædificatam publicis operis, publice coactis, eique ædificandæ publice Mamertinum senatorem[16] præfuisse. Idem ad vos privatim, judices, confugit: utitur hac lege, qua judicium est communis et privatæ rei[g] sociorum.[17]

suis.—9 Huyd. *qui nos*, et Leid. *de regione sua.*—10 Nonnullæ edd. vett. *hab. illa ven.*—11 Huyd. *in sacrario suo*, et Lamb. *fuissent sibi a maj.*

Cap. VIII. 12 Pro *ab Halesina*, in Leid. *Eleusina* sine præpositione. Omnes edd. vett. cum Orell. omittunt præpositionem ante *Tyndaritana.* Pro *Ennensi* ψ et Huyd. habent *Ethnensi:* edd. vett. *Ætnensi.*—13 Leid. *receptatrix.*—14 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *id enim.*—15 Mss. aliqui *cimbia ea:* al. *cimba:* Turneb. Salmas. *cypæa:* Ven. 1483. Junt. *cybæa*, prob. Garaton. *Cymbia* conj. Græv. Vid. Nott. Varr.—16 Inter *Mamertinum* et *senatorem* Huyd. inserit *sacerdotem.*—17 ψ, Huyd. Pal. 2. edd. Junt. Crat. Hervag. Cam. Beck. Schutz. et Orell. *communi arce sociorum:* aliæ edd. vett. *communis: arte sociorum:* Franc. 1. *qua jud. communis arcæ et privatus rei sociorum:* Grævii Ms. *qua jud. ē m̄ muni arcæ soc.* unde Græv. existimat non rejiciendum esse *arcæ communis sociorum:* Lambini Mss. *qua jud. est munia*

NOTÆ

[e] *Centuripina*] De hac et aliis civitatibus quæ sequuntur, dictum est sæpe in superioribus orationibus.

[f] *De cybea*] Interrogatus Hejus dixit navem onerariam Messanæ publice ædificatam fuisse, et Verri donatam, ut furta sua exportare posset. Cybea autem navis quadrata est, dicta a voce κύβος, quia in omnes partes æque patet.

[g] *Communis et privatæ rei*] Id est, qua constitutum est, ut de pecuniis quæratur, non modo quæ civitatibus integris, sed cuique civium ereptæ sunt.

Tametsi lex est de pecuniis repetundis, ille se negat pecuniam[18] repetere; quam ereptam non[19] tantopere desiderat: sacra se majorum suorum repetere abs te dicit: Deos penates a te patrios reposcit.[20] 18. Ecqui pudor est? ecqua religio, Verres? ecqui metus? habitasti apud Hejum Messanæ: res illum divinas apud eos Deos[1] in suo sacrario prope quotidie[2] facere vidisti. Non movetur pecunia: denique quæ ornamenti causa fuerunt, non requirit. Habe Canephoros:[3] [h] Deorum simulacra[i] restitue. Quæ quia dixit; quia tempore dato[f] modeste apud vos socius amicusque populi Romani questus est; quia religioni suæ non modo in Diis patriis repetundis, sed etiam in ipso jurejurando ac testimonio, proximus fuit;[k] hominem missum ab isto[4] scitote esse Messanam, de legatis unum, illum ipsum, qui navi istius ædificandæ publice præfuit, qui a senatu peteret, ut Hejus ignominia afficeretur. IX. 19. Homo amentissime, quid putasti? te impetraturum?[5] quanti is a civibus suis fieret, quanti auctoritas ejus haberetur, ignorabas? Verum[6] fac te impetravisse; fac aliquid gravius in Hejum statuisse Mamertinos:[7] quantam putas auctoritatem laudationis eorum futuram, si in eum, quem con-

[f] *Opportuno tempore.*

arte soc. unde Lamb. recepit, *hac lege, tanquam communi arce sociorum:* Gruf. conj. *qua jud. est communis arx sociorum.* Grut. Græv. Oliv. Lall. et Harles. *qua jud. est communis et privatæ rei sociorum.* Herel. suspic. *communis ara et portus sociorum;* et Orell. *communi arce et portu sociorum.*—18 Lamb. solus *negat tamen ille se pec.*—19 Verba *ereptam non* in Leid. desunt.—20 Mss. pauci et edd. pr. *penates a te primos rep.* Mss. aliqui *pen. te patrios rep.* et sic Beck. qui *Deos* uncis inclusit. *Penates* contra Schutzio suspectum est. In Franc. 1. *pen. atque patrios rep.* Græv. legi voluit, *penates te et patrios rep.* Ern. conj. Ciceronem scripsisse *penates privatos.*—1 Nonnulli Mss. omittunt *eos;* al. *Deos.*—2 Mss. pauci cum Steph. et Beck. *quotidiano.*—3 Steph. et Lamb. e Mss. *Tibi habe.* Tum *Canephoras* Crat. Lamb. Oliv.—4 Huyd. *ipso.*

CAP. IX. 5 Leid. *qui put.* et Huyd. *te imperaturum.*—6 *Verum* in ψ et Huyd. deest. Tum Huyd. *imperavisse.*—7 Ab ψ et Huyd. abest *Mamertinos.*

NOTÆ

[h] *Canephoros* [*Canephoras*] De iis superius § 5. not.

[i] *Deorum simulacra*] Cupidinis et Herculis simulacra Verres abstulerat ab Hejo.

[k] *Proximus fuit*] Id est, a sua religione non discessit, tum quia Deos suos repetebat, tum quia testis juratus accedebat.

stet verum pro testimonio dixisse, pœnam constituerint?[8] [*p.* 204.] Tametsi quæ est ista laudatio, cum laudator interrogatus lædat necesse est? Quid? isti laudatores tui, nonne testes mei sunt? Hejus est laudator: læsit gravissime. Producam ceteros: reticebunt, quæ poterunt, libenter; dicent, quæ necesse erit,[9] ingratis. Negent isti onerariam navem maximam ædificatam esse Messanæ? negent, si possint.[10] Negent ei navi faciundæ senatorem Mamertinum publice præfuisse? utinam negent! Sunt etiam cetera, quæ malo integra reservare,[11] ut quam minimum sit illis temporis ad meditandum confirmandumque perjurium.[1] 20. Hæc tibi laudatio procedat in numerum: hi te homines auctoritate sua sublevent, qui te neque debent adjuvare, si possint;[12] neque possunt, si velint: quibus tu privatim injurias plurimas contumeliasque imposuisti: quo in oppido multas familias[13] in perpetuum infames tuis stupris flagitiisque fecisti. At publice commodasti.[g][14] Non sine magno quidem reipublicæ provinciæque Siciliæ detrimento. Tritici modium[15] LX millia emta populo Romano dare debebant, et solebant: abs te solo remissum est. Respublica detrimentum fecit, quod per te imperii jus una in civitate imminutum est: Siculi,[16][m] quod hoc non de summa frumenti detractum est, sed translatum in Centuripinos et Halesinos, immunes populos; et hoc plus imposi-

[g] *Affecisti eos beneficio.*

Pro *quantam*, Grævii Ms. Steph. et Lamb. habent *quam*, prob. Græv.—8 Mss. nonnulli et edd. vett. *constituerent.*—9 Huyd. *erunt.* Pro *ingratis*, Mss. plerique et edd. vett. exhibent *gratis:* Lamb. et Orell. *ingratiis.*—10 Verba *negent si possint* in ψ, Huyd. et edd. pr. desunt. Lamb. e Ms. *negent, si possunt.* Mox, in Leid. et Grævii Ms. *faciundæ* omittitur.—11 Mss. nonnulli et edd. vett. *quæ modo int. res. volui.* Tum *ut quam min. dem illis temp.* Huyd. Franc. 1. Mss. ap. Hotom. cum Ven. 1483. Junt. Crat. Beck. Schutz. et Orell. Pro *sit*, Harles. scribi jussit *esset*, aut *darem.*—12 Huyd. *si possent.*—13 Mss. pauci et edd. vett. *multas familias totas.* Tum Leid. caret *tuis* ante *stupris.*—14 Leid. *commendasti.*—15 Idem Ms. *modios:* ψ *modia.*—16 Pro *Siculi*, Lamb. conj. *Sicilia*, improb. Beck. Dein *quod ipsum non* Leid. et Steph.

NOTÆ

[1] *Perjurium*] Perjurium falsum est testimonium.

[m] *Siculi*] Nempe detrimentum fecerunt.

tum, quam ferre possent. 21. Navem imperare ex fœdere debuisti. Remisisti in triennium. Militem nullum unquam[17] poposcisti per tot annos: fecisti item, uti prædones solent; qui cum communes hostes sint omnium,[18] tamen aliquos sibi instituunt amicos, quibus non modo parcant,[19] verum etiam præda quos augeant, et eos maxime, qui habent oppidum opportuno loco, quo sæpe adeundum sit navibus, nonnunquam etiam[20] necessario. X. Phaselis[1 n] illa, quam cepit P. Servilius,[o] non fuerat urbs ante Cilicum[p] atque prædonum: Lycii illam,[2] Græci homines, incolebant: sed quod erat ejusmodi loco, atque ita projecta[h] in altum, ut et exeuntes[3] e Cilicia prædones sæpe ad eam necessario devenirent; et, cum ex hisce se locis reciperent, eodem deferrentur; asciverunt illud sibi oppidum piratæ, primo commercio, deinde etiam societate. 22. Mamertina civitas improba antea non erat: etiam erat inimica improborum; quæ C. Catonis, illius, qui consul fuit, impedimenta[q] retinuit. At cujus hominis? clarissimi potentissimique;[4] qui tamen cum consul fuisset, condemnatus est. [Ita C. Cato,[r] duorum hominum clarissimorum nepos, L. Paulli, et M. Catonis, et P. Africani sororis filius.[5]] Quo damnato,

[h] *Ita prominet.*

quod hoc ipsum non Lamb.—17 Huyd. *inquam.*—18 *Omnium* non est in Leid. —19 Huyd. *pareant.*—20 In ed. Oliv. *etiam* omittitur.

Cap. x. 1 ψ et Huyd. *Phasilis.*—2 In Huyd. *Licillam:* Ursinus ex auctoritate veteris lapidis scribi maluit *Lucii illam.*—3 ψ et Huyd. *ut ea ex.*—4 Cujac. et Lamb. *clarissimi ac potentissimi:* Pall. et edd. vett. *clarissimi, potentissimi quoque.*—5 *'Ita C. Cato, &c.*] In his verbis deesse aliquid interpretes antiquiores jam animadverterunt. Hotom. suppleri voluit, *inimicos*

NOTÆ

[n] *Phaselis*] Phaselis urbs est in Pamphylia, piratarum receptaculum.

[o] *Servilius*] De illo Servilio Isaurico dictum est superiori orat.

[p] *Cilicum*] Cilices piratæ initio belli Mithridatici provincias pop. Rom. et Italiam cum fugitivis vexaverunt: illi vero Cilices sunt appellati, tum quia ex Cilicia venerant, tum quia se in Cilicia recipiebant.

[q] *Impedimenta*] Impedimenta sarcinæ sunt necessariæ, quæ ad vitæ usum feruntur.

[r] *Ita C. Cato*] Suppl. damnatus est, cum videlicet judicabant equites, quorum severa vulgo judicia habebantur, quia incorrupta.

tum, cum severa judicia fiebant; H-S XVIII[s] millibus lis æstimata est![t] Huic Mamertini[u] irati non fuerunt; qui majorem sumtum, quam, quanti Catonis lis æstimata est, in Timarchidis[6] prandium sæpe fecerunt. 23. Verum hæc civitas isti prædoni ac piratæ Siciliensi Phaselis fuit. Huc omnia undique deportabantur;[7] apud istos relinquebantur:[8] quod celari opus erat, habebant sepositum ac reconditum: per istos, quæ volebat, in navem[9] clam imponenda, occulte exportanda curabat: navim denique maximam, quam onustam furtis in Italiam[10] mitteret, apud istos faciendam ædificandamque curavit. Pro hisce rebus,[11] vacatio[i] data est ab isto sumtus, laboris, militiæ, rerum denique omnium. Per triennium soli[12] non modo in Sicilia,

[i] *Immunitas.*

habuit Mamertinos: Lamb. repeti voluit, *condemnatus.*' Beck. 'Locus corruptus. E codd. et edd. vett. nihil lucramur, nisi quod falso acumine codd. aliqui *severa* omittunt. Ern. (prob. Wyttenb.) et Beck. verba *Ita C. Cato ... filius* uncis includunt. Sed colorem utique Tullianum habent illa *duorum ... nepos,* minimeque interpolationem sapiunt: præterea Velleius II. 8. nostrum locum ita jam legisse atque suum in usum videtur convertisse. Neque omnino ejici possunt hæc verba: quæ enim ista junctura, *condemnatus est; quo damnato?* Schutz. conjecit recte (quod ad sententiam spectat, sed parum probabiliter) *At ... potentissimique: qui duorum hominum clarissimorum L. Paulli, et M. Catonis nepos, et P. Africani sororis filius, tamen cum consul fuisset, damnatus est; quo damnato, tum cum severa judicia fiebant, H-S XVIII millibus lis æstimata est! Huic Mamertini irati fuerunt.* Mihi legend. videtur, *Ita C. Catoni, duorum hom. clariss. nepoti, L. P. et M. C., et P. A. sororis filio, quo damnato ... æstimata est; ... huic Mamertini irati fuerunt.* Anne leg. *cui* (*quoi*) *damnato.* Hanc ἀνάληψιν *Ita M. Catoni ... huic,* cum non intelligerent librarii, tres priores dativos in nominativos mutarunt. Voc. *huic* manifesto cum opponatur *isti prædoni,* sane cum Grut. Græv. Lall. Beck. Schutz. e bonis codd. scribendum est *huic Mam. irati fuerunt. Huic Mam. irati non fuerunt* codd. aliqui, edd. vett. Cam. Lamb. Ern.' *Orell.*—6 Lamb. Beck. et Schutz. *Timarchidi.*—7 Leid. *ferebantur:* Mss. Lambini *efferebantur.*—8 Huyd. *relinquebatur.* Mox pro *opus erat* ψ et Huyd. habent *oportuerat.*—9 In Grævii Ms. et duobus Mss. ad marg. ed. Lamb. desunt verba *in navem:* itaque Beck. et Orell. ea uncis includunt.—10 *Ædificandamque* abest a duobus Mss. —11 ψ et Huyd. *pro istis rebus.*—12 Leid. *solum.* Mox, nonnullæ edd. vett.

NOTÆ

[s] *H-S XVIII*] Mille libris cum quingentis.

[t] *Lis æstimata est*] Certe illius summæ condemnatus est; cum enim quis repetundarum damnabatur, æstimabatur furtorum ratio, ut restituerentur ereptæ pecuniæ.

[u] *Huic Mamertini*] Huic Verri non irati fuerunt, qui majore sumtu Timarchidi prandium fecerunt, quam Catoni lis æstimata fuit. Ratio hæc redditur; quia nempe erant illi particeps, et conscii furtorum Verris.

verum, ut opinio mea fert, his quidem temporibus, in omni orbe terrarum, vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumtu, molestia, munere. 24. Hinc illa Verrea[x] nata sunt: hinc in convivium[13] Sex. Cominium[y] protrahi jussit, in quem scyphum de manu jacere conatus est; [*p.* 205.] quem obtorta gula[k] de convivio in vincula atque in tenebras abripi jussit. Hinc illa crux, in quam civem Romanum iste,[14] multis inspectantibus, sustulit; quam non ausus est[15] usquam defigere, nisi apud eos, quibuscum omnia scelera sua ac latrocinia communicasset. XI. Laudatum etiam[z] vos quenquam venire audetis?[16] qua auctoritate? utrum, quam apud senatorium ordinem, an quam apud populum Romanum habere debetis? 25. Ecquæ civitas est, non modo[17] in provinciis nostris, verum in ultimis nationibus, aut tam potens, aut tam libera, aut etiam tam immanis ac barbara; rex denique ecquis est, qui senatorem[18] populi Romani tecto ac domo non invitet? qui honos non homini solum habetur, sed primum populo Romano, cujus beneficio[a] nos in hunc ordinem venimus, deinde ordinis auctoritati, quæ nisi gravis erit apud socios, in exteras nationes,[19] ubi erit imperii nomen et dignitas? Mamertini me publice non invitarunt. Me cum dico, leve est: senatorem populi

[k] *Obtorto collo.*

his quidem in temp.—13 Mss. nonnulli et edd. vett. *quod in conv.* omisso *hinc.* —14 Steph. et Lamb. *iste civ. Rom.*—15 'Ant. Augustinus legi maluit *ausus esset*, quia sequitur *communicasset*, prob. Ursino. At Græv. monet in Ms. Reg. esse *communicavit*, quod Lamb. jam e suis codd. ediderat. Veneta vetus, *communicavisset.*' Beck. In Leid. quoque *communicavit.*

Cap. XI. 16 Pro *venire audetis* unus Ms. et Lamb. exhibent *venitis.* Mox Mss. pauci *apud senatum, an quam.*—17 Mss. quidam cum Lamb. Grut. Græv. et Beck. omittunt *modo.* Mox pro *nationibus*, edd. Lamb. et Grut. exhibent *arationibus*, errore typographico, ut aiunt Græv. Ern. Beck. et Orell.—18 Huyd. *per sen.* Mox, Lamb. conj. *in tectum ac domum.*—19 *Et ext. nat.*

NOTÆ

[x] *Verrea*] Verrea festa solennia in honorem Verris instituta a Mamertinis.

[y] *Cominium*] De illo dicitur in sequenti actione.

[z] *Laudatum etiam*] Invehitur in Mamertinos, et aliud eorum peccatum in senatorium ordinem commemorat.

[a] *Cujus beneficio*] Solus populus Romanus dabat magistratus in repub.

Romani si non invitaverunt, honorem debitum detraxerunt, non homini,[20] sed ordini. Nam ipsi Tullio[b] patebat domus locupletissima et amplissima Cn. Pompeii Basilisci:[1 c] quo, etiamsi esset invitatus a vobis, tamen devertisset. Erat etiam Parcenniorum,[2] qui nunc item Pompeii sunt,[d] domus honestissima: quo[3] L. frater[e] meus summa illorum voluntate devertit. Senator populi Romani, quod in vobis fuit, in vestro oppido jacuit et pernoctavit in publico. Nulla hoc civitas unquam alia[4] commisit. Amicum enim nostrum in judicium vocabas. Tu, quid ego privatim negotii geram, interpretabere, imminuendo[5] honore senatorio? 26. Verum hæc tum queremur, si quid de vobis per eum ordinem[l] agetur, qui ordo a vobis adhuc solis contemtus est. In populi Romani quidem conspectum, quo ore vos commisistis? nec prius illam crucem, quæ etiam nunc civis Romani sanguine redundat, quæ fixa est ad portum urbemque vestram, revellistis, neque in profundum abjecistis, locumque illum omnem expiastis, quam Romam atque in horum conventum adiretis? In Mamertinorum solo fœderato[6] atque pacato monumentum istius crudelitatis constitutum est. Vestrane urbs electa est, ad quam cum[7] adirent ex Italia, crucem civis Romani prius, quam quenquam amicum populi Romani viderent? quam vos[8] Rheginis,[f]

[l] *Per ordinem senatorium.*

Ms. Cujac. Hervag. et Lamb. *atque ext. nat.* Cam. Græv. Oliv. Lall. Beck. et Schutz. *in ext. nat.* Mss. plerique, cum Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. Harles. et Orell.—20 Lamb. *non nomini.* Mox Huyd. *Rullio.*—1 Ms. Cujac. *Basiliti:* Pal. 1. *Basilici:* Gulielm. maluit *Basili.*—2 *Percenniorum* ψ, Huyd. et edd. vett. cum Orell. *Porcenniorum* Leid.—3 ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. *qua.*—4 Lamb. delevit *alia.*—5 Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. Grut. et Oliv. *in minuendo.*—6 Huyd. *solo et fœd.*—7 Lamb. e conj. Hotomanni edidit

NOTÆ

[b] *Ipsi Tullio*] Ciceroni non ut senatori, sed ut amico Pompeii pafuit.

[c] *Pompeii Basilisci*] Basiliscus factus est civis Rom. et in Cn. Pompeiorum familiam adoptatus est.

[d] *Pompeii sunt*] Percennii, donati civitate, in Pompeiorum familiam asciti sunt.

[e] *L. frater*] Lucius ille frater Ciceronis patruelis fuit, qui cum Cicerone in Siciliam profectus est.

[f] *Rheginis*] Rhegini a Rhegio dicti sunt, quod oppidum in freto Siciliæ

quorum civitati invidetis,[g] item[9] incolis vestris, civibus Romanis, ostendere soletis, quo minus sibi arrogent,[h] minusque vos despiciant, cum videant jus civitatis illo supplicio esse mactatum. XII. 27. Verum hæc emisse te dicis. Quid? illa Attalica,[10] tota Sicilia nominata, ab eodem Hejo peripetasmata[i] emere oblitus es? Licuit[k] eodem modo, ut signa. Quid enim actum est? An literis pepercisti?[m] Verum hominem amentem hoc fugit: minus clarum putavit fore, quod de armario,[l] quam quod de sacrario esset ablatum.[11] At quomodo abstulit? Non possum dicere planius, quam ipse apud vos dixit Hejus. Cum quæsissem,[12] numquid aliud de bonis ejus pervenisset ad Verrem, respondit istum ad se misisse, ut sibi mitteret Agrigentum peripetasmata. Quæsivi an misisset. Respondit id, quod necesse erat, scilicet dicto[13] audientem fuisse prætori:[n] [14] misisse. Rogavi, pervenissentne Agrigentum: dixit pervenisse. Quæsivi, an domum revertissent:[15] negavit adhuc revertisse. Risus populi atque admurmuratio[16] omnium facta est. 28. Hic tibi in mentem

[m] *Abstinuisti a scribendo.* [n] *Obedivisse dicto prætoris.*

qui.—8 ψ *viderunt;* et Lamb. *quem vos.*—9 Leid. et Ursini Ms. *itemque.*

CAP. XII. 10 Huyd. *Artalica.*—11 In Leid. præpositio ante *sacrario* omittitur. Tum *fuisset ablatum* Donatus ad Terent. Andr. I. 3. 13.—12 Huyd. *Quem quæsisset.*—13 Schutz. e conj. Hotomanni *erat, se dicto.*—14 ψ *prætorem.*—15 ψ, Franc. Cujac. Memmiani Mss. et Mss. ap. Hotom. ac edd. vett. cum Beck. Schutz. et Orell. *perv.? Quemadmodum revertissent:* Grævii Reg. et quatuor Pariss. cum Græv. et Lall. *perv.? Quæsivi quemadmodum revert.* Steph. Lamb. Grut. Oliv. et Harles. *perv.? quæsivi, an domum revert.*—16 *Admiratio* ψ, Huyd. Grævii Reg. et Ms. ap. Lamb. item Ven. 1483. Junt. Græv. Tum *omnium vestrum facta est* ψ, Franc. Lambini Ms.

NOTÆ

est, ubi illa ab Italia rupta esse creditur et avulsa. Vide Virg. Æn. III.

[g] *Invidetis*] Quia cives Romani erant Rhegini, eis Mamertini invidebant.

[h] *Arrogent*] Ne vero cives Romani aliquid sibi arrogarent, ostendebant eis crucem fixam in portu.

[i] *Peripetasmata*] Peripetasmata sive tapetia aulæa sunt, quibus circumtenduntur parietes, Attalica appellata, quod Attalus auro intertexta primus instituerit.

[k] *Licuit*] Subauditur emere per simulationem, ut signa quæ vi Verres abstulit.

[l] *De armario*] Armarium locus est ubi peripetasmata servabantur.

non venit, jubere, ut hæc[17] quoque referret, H-S VI millibus IↃ[m] se tibi[18] vendidisse? Metuisti ne æs alienum tibi cresceret, si H-S VI millibus IↃ tibi constarent ea, quæ tu facile posses vendere H-S CC millibus?[n] Fuit tanti,[19][o] mihi crede: haberes quod defenderes: [*p.* 206.] nemo quæreret, quanti illa res esset. Si modo te posses docere[20] emisse; facile, cui velles, tuam causam et factum probares. Nunc de peripetasmatis quemadmodum te expedias, non habes. 29. Quid? a Philarcho[1] Centuripino, homine locuplete ac nobili, phaleras[p] pulcherrime factas, quæ regis Hieronis fuisse dicuntur, utrum tandem abstulisti, an emisti? In Sicilia[2] quidem cum essem, sic a Centuripinis, sic a ceteris[3] audiebam, (non enim parum res erat clara) tam te has phaleras a Philarcho Centuripino abstulisse dicebant, quam alias item nobiles[4] ab Aristo Panormitano, quam tertias a Cratippo Tyndaritano. Etenim si Philarchus vendidisset, non ei, posteaquam reus factus es, redditurum te promisisses: quod quia[5] vidisti plures scire, cogitasti, si ei reddidisses, te minus habiturum,[6] rem nihilominus testatam futuram: non reddidisti. Dixit Philarchus pro testimonio, se, quod nosset tuum istum morbum, [ut amici tui appellant, studiose] cupisse[7] te celare de phaleris: cum

Ven. 1483. Junt. Steph. Lamb. et Græv.—17 ψ et Huyd. *ut hoc.*—18 Mss. plerique et edd. ante Grut. *H-S D se tibi:* Lamb. *H-S IↃↃ CIↃ se tibi.* ψ *H-S sexcentis se tibi.* Mox ψ *H-S sexcentis tibi:* Ursini Ms. *H-S D tibi.*—19 '*Fuit tanti*] Scil. hæc referre. Male Hotom. censet subandiendum addendumve esse tale quid, *Si mehercule hæc duo verba scribi jussisses, fuit tanti, mihi crede, haberes, quod def.*' Beck.—20 Leid. *dicere.*—1 Ms. *a Philiarcho:* al. *a Philarchio.*—2 Edd. vett. *Siciliæ.*—3 Verba *sic a ceteris* in ψ desunt.—4 Lamb. *quam alteras;* et edd. vett. *ita nob.*—5 Huyd. *Quid qua.*—6 *Minus invidiæ hab.* ψ, Pall. et Mss. Hotomanni ac edd. vett. pleræque: *minus invidias hab.* Huyd.—7 '*Appellant, cupisse*] *Appellant, studium cupisse* codd. aliqui, Ven. Junt. Crat. Hervag. Deberet esse *appell.*,

NOTÆ

[m] *H-S VI millibus IↃ*] Id est, sex millibus cum sexcentis sestertiis: nostræ pecuniæ libris sexcentis et sexaginta.

[n] *H-S CC millibus*] Ducentis millibus sestertiis, qui viginti librarum millia efficiunt.

[o] *Fuit tanti*] Id est, id tibi tam utile fuit, ut non aliud sit tuæ defensionis argumentum.

[p] *Phaleras*] Equorum ornamenta phaleræ sunt.

abs te appellatus esset, negasse[8] habere sese: apud alium quoque[9] eas habuisse depositas, ne qua invenirentur: tuam tantam[10] fuisse sagacitatem, ut eas per illum ipsum inspiceres, ubi erant depositæ: tum se deprehensum negare non potuisse; ita ab se invito ablatas[11] phaleras gratis.[o]

XIII. 30. Jam, ut hæc omnia reperire[12] ac perscrutari solitus sit, judices, est operæ pretium cognoscere.[13] Cibyratæ[q] sunt fratres quidam, Tlepolemus[14] et Hiero; quorum alterum fingere opinor e cera solitum esse, alterum esse pictorem. Hosce opinor Cibyræ, cum in suspicionem venissent suis civibus fanum expilasse Apollinis, veritos[15] pœnam judicii ac legis, domo profugisse. Quod Verrem artificii sui cupidum cognoverant tum, cum iste, id[16] quod ex testibus didicistis, Cibyram cum inanibus syngraphis[17][r] venerat, domo profugientes[18] ad eum se exules, cum iste esset in Asia, contulerunt. Habuit secum eos ab illo[19] tempore, et in legationis prædis atque furtis multum illorum opera consilioque usus est. 31. Hi sunt illi, quibus in tabulis[20] retulit sese Q. Tadius[s] dedisse jussu istius

[o] *Sine pretio.*

ut tu studium cup. sed molesta sane repetitio esset hæc principii orationis, ut visum est Grut. Ernest. Beck. qui uterque hæc uncis incluserunt. Delevit Schutz. Melius aliquanto, *appell.*, *cupisse*, omisso *studium*, codd. aliqui, Schutz. Lamb. Græv. idque defendi posse reor; quocirca toleravi. *Appell.*, *studiose cup.* nescio unde Lamb. Grut. Ern.' *Orell.* *Appell.*, *studiose cup.* quoque Oliv. et Lall. Dein pro *celare*, Huyd. et Mss. Hotomanni *celasse.*—8 ψ et Huyd. *negare.*—9 Lamb. *quoque* omisit.—10 Steph. et Lamb. *istius tantam.*—11 Eædem edd. *sublatas.*

CAP. XIII. 12 Herel. conj. *perquirere.*—13 Post *cognoscere* ψ addit *de fratribus Cybiratis.* Tum pauci Mss. cum Græv. Oliv. Lall. *Cybiratæ;* atque ita paulo post *Cybiræ.*—14 ψ *Dhepolemus:* Huyd. *Epolemus.*—15 Huyd. *verentes.*—16 In eodem Ms. *iste id* omittitur.—17 Ern. conj. *cum Malleoli syngr.* ut Verr. I. 36.—18 *Fugientes* Leid. et ed. Steph. *profugientes* omnes aliæ edd. præter Grut. Ern. et Harles. quæ exhibent *perfugientes*, errore typographico, ut ait Orell. Itaque correximus.—19 Leid. omittit *ab illo*, ac præpositionem ante *legationis.*—20 Manut. et Lamb. *in tabulas.* In Leid. *qui-*

NOTÆ

[q] *Cibyratæ*] Cibyra fuit civitas in imperio, Ciliciensis provinciæ, ubi Verres fuit Dolabellæ legatus. Per hos autem fratres omnia solitus fuit investigare.

[r] *Inanibus syngraphis*] Syngraphas has secum Roma Verres attulerat, quas 'inanes' dicit, quia nihil ex iis exigere poterat, cum nihil ex iis deberetur.

Græcis pictoribus. Eos jam bene cognitos et re probatos secum in Siciliam[1] duxit. Quo posteaquam venerunt, mirandum in modum, (canes venaticos diceres) ita[2] odorabantur omnia et pervestigabant, ut, ubi quidque[3] esset, aliqua ratione invenirent. Aliud minitando,[4] aliud pollicendo, aliud per servos, aliud per liberos, per amicum aliud, aliud per inimicum inveniebant. Quidquid illis placuerat,[5] perdendum erat: nihil aliud optabant, quorum poscebatur argentum, nisi ut Hieroni[6] et Tlepolemo displiceret. XIV. 32. Vere, mehercules,[t] hoc, judices, dicam. Memini, Pamphilum Lilybætanum, hospitem meum, et amicum,[7] nobilem hominem, mihi narrare; cum iste ab sese hydriam Boëthi[u] manu factam, præclaro opere et grandi pondere, per potestatem[8][x] abstulisset, se sane tristem et conturbatum domum revertisse, quod vas ejusmodi, quod sibi a patre[9] et a majoribus esset relictum, quo solitus esset uti ad festos dies, ad hospitum adventum,[10] a se esset ablatum. Cum sederem, inquit, domi tristis, accurrit Venerius:[y] jubet me scyphos sigillatos[z] ad prætorem statim afferre. Permotus sum, inquit: binos habebam: jubeo promi utrosque, ne quid plus mali nasceretur, et mecum ad prætoris[11] domum ferri. Eo cum veni,[12] prætor quiescebat: fratres illi

bus refert sese: Ms. in Biblioth. Reg. Paris. *quibus in tabulis refert sese.*—1 Huyd. *in Sicilia.*—2 '*Ita* sine causa suspectum Ernesto.' *Orell.*—3 ψ, Huyd. Franc. 1. et edd. vett. *quicquid.*—4 Leid. *minando.*—5 Ed. Græv. *Quidque illis plac.*—6 Huyd. *ni ut Hier.* Steph. et Lamb. *nisi ut id Hier.*

CAP. XIV. 7 *Et amicum* in Leid. desunt.—8 Huyd. omittit *per potestatem.*—9 In ψ, Huyd. et nonnullis edd. vett. *matre.*—10 Duo Mss. *adventus.*—11 ψ et Huyd. *prætorem.*—12 Harles. et Schutz. e conj. Ernesti *veni:* omnes

NOTÆ

[s] *Tadius*] Tadius magnam cum Verre rationem nummariam habuit.

[t] *Mehercules*] Mehercules adverbium est jurandi, quasi per Herculem diceretur.

[u] *Hydriam Boëthi*] Hydria vas aquarium est, a Boëtho sculptore egregio factum: de cujus operibus Plinius meminit lib. XXXIII. c. 12.

[x] *Per potestatem*] Prætoriam potestatem intelligit.

[y] *Venerius*] Aliquis e Verris ministris.

[z] *Sigillatos*] Sigillati scyphi sunt, in quibus sigilla quædam sive Deorum, sive hominum, sive belluarum insculpta sunt.

Cibyratæ inambulabant: qui, me ubi viderunt,[13] Ubi sunt, Pamphile, inquiunt,[14] scyphi? Ostendo tristis: laudant. Incipio queri, me nihil habiturum, quod alicujus esset pretii, si etiam scyphi essent ablati. [*p.* 207.] Tum illi, ubi me conturbatum vident, 'Quid vis nobis[15] dare, ut isti abs te ne auferantur?' ne multa, sestertios cc[a] me, inquit, poposcerunt: dixi me daturum[16] c. Vocat interea prætor: scyphos poscit. Tum illos cœpisse prætori dicere, putasse se, id quod audissent, alicujus pretii scyphos esse Pamphili: luteum negotium[p] esse: non dignum, quod in suo argento Verres haberet. Ait ille, idem sibi videri. 33. Ita Pamphilus scyphos optimos aufert. Et, mehercules, ego antea, tametsi hoc nescio quid nugatorium sciebam esse, ista[17] intelligere; tamen mirari solebam,[18] istum in his ipsis rebus aliquem sensum habere; quem scirem nulla in re quicquam simile hominis[19] habere. XV. Tum primum intellexi, ad eam rem[q] istos fratres Cibyratas fuisse, ut iste in furando manibus suis, oculis illorum uteretur. At ita studiosus[20] est hujus præclaræ existimationis, ut putetur in hisce rebus intelligens esse, ut nuper (videte[1] hominis amentiam) posteaquam est[2] comperendinatus,[b] cum[3] jam pro damnato mortuoque esset, ludis Circensibus,[c] mane apud L. Sisennam,[d] virum prima-

[p] *Artificium e luto.* [q] *Huic usui.*

aliæ edd. *venio.*—13 ψ, Huyd. et edd. ante Steph. *Qui simul ut me vid.*—14 Huyd. *inquit.*—15 Lamb. *quid vis, inquiunt, nobis.* Tum edd. vett. *dare, isti ne auferantur abs te.* In Huyd. *non auferantur.*—16 *Sestertios CIↃ dixi me dat.* Mss. aliqui et edd. pr. cum Beck. Schutz. et Orell. *H·S CIↃ me, inquit, poposcerunt: dixi me dat.* conj. Garaton. prob. Orell.—17 *Hoc* vel *ista* delend. censebat Garaton. In Franc. 1. *ita intell.* prob. Grævio.—18 Leid. *sciebam.*—19 Leid. *homini.*

CAP. XV. 20 Leid. *At iste stud.* Mox Huyd. *putaretur.*—1 Leid. *video.*

NOTÆ

[a] *Sestertios CC* [*H·S CC*] *Sestertios ducentos* legit Hotomannus; neque enim credibile est legi debere sestertium ducenta millia; ducenti autem sestertii nostræ monetæ viginti libras faciunt.

[b] *Comperendinatus*] Comperendinare est vocare ad secundam actionem: quod fiebat, cum mala causa judicibus videbatur, ne statim damnarent reum; sed quantum possent, parcerent.

[c] *Ludis Circensibus*] Ludi sunt qui dabantur in Circo Maximo: erant

rium, cum essent triclinia strata, argentumque expositum in ædibus; cum pro dignitate L. Sisennæ, domus esset plena hominum honestissimorum,[4] accesserit ad argentum, contemplari unumquodque otiose et considerare cœperit. Mirari stultitiam alii, quod in ipso judicio, ejus ipsius cupiditatis, cujus insimularetur, suspicionem augeret; alii amentiam, cui comperendinato, cum tam multi testes dixissent, quicquam illorum[e] veniret[5] in mentem. Pueri autem Sisennæ (credo, qui audivissent, quæ in istum testimonia essent dicta) oculos de isto nusquam dejicere, neque ab argento digitum discedere.[6] 34. Est boni judicis, parvis ex rebus conjecturam facere uniuscujusque et cupiditatis et incontinentiæ.[7] Qui reus lege, et reus comperendinatus, re et opinione hominum pæne damnatus, temperare[8] non potuerit maximo conventu, quin L. Sisennæ argentum tractaret et consideraret; hunc in provincia prætorem[9] quisquam putabit[10] a Siculorum argento cupiditatem, aut manus abstinere potuisse?

XVI. 35. Verum, uti Lilybæum, unde digressa est, oratio revertatur,[11] Diocles est, Pamphili gener, illius, a quo hydria ablata est, Popillius cognomine. Ab hoc abaci[12 f] vasa omnia, ut exposita fuerant, abstulit. Dicat, licet, se emisse:[13] etenim hic propter magnitudinem furti, sunt, ut

—2 Ern. conj. *erat* vel *esset*.—3 *Cum* non est in Huyd.—4 Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *honestorum*. Tum *accessit* .... *cœpit* Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. Græv. Vulg. ut Ern. Loco *argentum* Huyd. habet *argumentum*. Pro *unumquodque* e Ms. Reg. dedit Græv. *unumquidque*.—5 Leid. *venisset*.—6 Idem Ms. *distendere*.—7 *Et* ante *cupid.* atque verba *et incontinentiæ* desunt Leid. Tum Ms. in Biblioth. Reg. Paris. cum Steph. et Lamb. *Qui reus, et reus lege comp.*—8 Lamb. et Schutz. *sibi temperare*.—9 Steph. *hunc in provinciam præt.* Lamb. *hunc præt. in provincia*.—10 '*Putavit* Lamb. Grut. errore typographico.' *Orell.*

CAP. XVI. 11 Duo Mss. Lambini *oratio, revertamur*.—12 *Abaci* non est in ψ et Huyd.—13 *Dicat se licet emisse* Mss. nonnulli, Hervag. Cam. Steph.

NOTÆ

autem vel equestria certamina, vel curulia.

[d] *Sisennam*] Sisenna Verrem defenderat.

[e] *Illorum*] Verris stupiditatem arguit, qui, dum periclitaretur in judicio rerum earum quas in provincia concupierat, et scelerate rapuerat, suspicionem augebat.

[f] *Abaci*] Abacus mensa est, in qua vasa in triclinio exponebantur.

opinor, literæ factæ.[r] [14] Jussit Timarchidem æstimare argentum. Quo modo? quo qui [15] unquam tenuissime in donatione histrionum [g] æstimavit. Tametsi jamdudum erro,[16] qui tam multa de tuis emtionibus verba faciam, et quæram, utrum emeris,[17] et quomodo, et quanti emeris: quod verbo transigere [s] possum.[18] Ede mihi scriptum, quid argenti in provincia Sicilia pararis, unde quidque, aut quanti emeris. 36. Quid fit? quanquam non debebam ego abs te has literas poscere; me enim tabulas tuas habere et proferre oportebat. Verum negas te horum annorum aliquot [h] confecisse. Compone hoc,[i] quod postulo, de argento: de reliquo videro. 'Nec scriptum habeo, nec possum edere.' Quid futurum igitur est? Quid existimas hosce [19] judices facere posse? Domus plena [20] signorum pulcherrimorum jam etiam [1] ante præturam: multa ad villas tuas [2] posita, apud amicos multa deposita,[3] multa aliis data atque donata: tabulæ nullum indicant emtum. Omne argentum ablatum ex Sicilia est: nihil cuiquam, quod suum dici vellet, relictum. Fingitur improba defensio, prætorem omne id argentum coëmisse: tamen idipsum tabulis demonstrari non potest. Si quas tabulas profers, in his, quid habeas,[4] quomodo habeas, scriptum non est. [*p.* 208.]

[r] *Scriptum est in tabulis.* [s] *Evertere.*

Dicat se emisse alii cum Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Grut. Oliv. Lall. *Dicat licet se emisse* Guelf. Græv. Harles. Beck. Schutz. et Orell.—14 Lamb. *Literæ, ut opinor, sunt factæ.*—15 Mss. omnes et edd. vett. omittunt *quo* ante *qui.* Lamb. legit *Quo modo? quo modo qui.*—16 *Tametsi ego jamd. ero* Huyd. *Tametsi jamd. ego erro* Lambini Mss. et Grævii Reg. cum Steph. Lamb. Græv. Beck. et Orell.—17 Post *utrum emeris* Græv. Oliv. et Lall. auctoritate Ms. Reg. addiderunt *necne.* Harles. uncis inclusit.—18 Verba *quod verbo transigere possum* desunt in Huyd. et Reg. prob. Grævio.—19 Steph. et Lamb. *hos.*—20 Lamb. *Domus est plena.*—1 Leid. et Lamb. Ms. ac Schutz. omittunt *etiam.* Orell. uncis inclusit.—2 Leid. *ad villam tuam.*—3 Lamb. solus *multa ap. am. dep.*—4 *Quas habes* Mss. quidam, Ven. 1483. Junt. *quid*

NOTÆ

[g] *In donatione histrionum*] Histrionibus res tenuissimo pretio donabantur; unde et donationes eorum levius æstimabantur.

[h] *Horum annorum aliquot*] Fatetur Verres se nullas tabulas fecisse toto illo tempore quo fuit in Sicilia.

[i] *Compone hoc*] Petit a Verre, ut proferat quid argenti collegerit in Sicilia, quid emerit, quanti emerit.

Horum autem temporum, cum te plurimas res emisse dicas, tabulas omnino nullas proferas;[5] nonne te et prolatis et non prolatis tabulis condemnari necesse est? XVII. 37. Tu a M. Cœlio,[6] equite Romano, lectissimo adolescente, quæ voluisti, vasa argentea Lilybæi abstulisti: tu C. Cacurii,[7] promtissimi hominis,[k] et experientis, et inprimis gratiosi, supellectilem omnem auferre non dubitasti: tu maximam et pulcherrimam mensam citream[8 l] a Q. Lutatio Diodoro, qui Q. Catuli beneficio a L. Sulla civis Romanus factus est, omnibus scientibus, Lilybæi[9] abstulisti. Non tibi objicio, quod hominem dignissimum tuis moribus, Apollonium, Niconis filium, Drepanitanum, qui nunc A. Clodius[10] vocatur, omni argento optime facto spoliasti ac depeculatus es.[t 11] Taceo: non enim putat ille sibi injuriam factam, propterea quod homini jam perdito,[12] et collum in laqueum inserenti,[13 m] subvenisti, cum pupillis Drepanitanis bona patria erepta cum illo partitus es. Gaudeo etiam, si quid ab illo[14] abstulisti; et abs te nihil rectius factum esse dico. A Lisone[15] vero Lilybætano, primo homine, apud quem deversatus es, Apollinis signum ablatum certe non[16] oportuit. At dices te emisse: scio: H-S

[t] *Abstulisti furto.*

habes Leid. et Lamb. *quæ habes* Cujac. Crat. Hervag. Cam. Beck. Schutz. et Orell. *quæ habeas* Græv.—5 Steph. Lamb. et Orell. *dicis ... profers.*

CAP. XVII. 6 Huyd. *Cecilio.*—7 Leid. et edd. vett. *P. Cacurii:* Lamb. conj. *C. Curii.* Dein *promti hominis* Steph. et Lamb.—8 ψ *Loicitream:* Huyd. *vicitream.* Pro *Lutatio* nonnullæ edd. vett. habent *Lutadio.* Pro *Diodoro*, in Leid. *Diotaro.*—9 *Lilybæi* e superiori temere repetitum esse censet Ern.—10 Pro *Clodius*, in Leid. legitur *Manlius.*—11 Cujacii Ms. *depecuniatus es.*—12 Leid. *tam perdito.*—13 Huyd. *inserentem.*—14 Quintil. Instit. Orat. IX. 2. 52. *ab eo;* sic etiam Steph. et Lamb.—15 *Ticone* Huyd. *Lysone* Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *Lisone* alii.—16 *Abl. esse certe non*

NOTÆ

[k] *Promtissimi hominis, &c.*] Qui in rebus agendis, et in earum usu versatus, promtus homo dicitur.

[l] *Mensam citream*] Hoc ex citro arbore mensæ genus summo in pretio apud Romanos habitum est: unde dicitur a Tertulliano, lib. de Pallio, cap. 5. quod M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit.

[m] *Inserenti*] Hunc Claudium a laqueo sive a suspendio liberavit Verres, quod eripuisset pupillis Drepanitanis bona, quæ cum ipso partitus est.

CIↃ:[n] ita opinor. Scio, inquam. Proferam literas; et tamen id factum non oportuit. A pupillo Hejo, cui Marcellus[17] tutor est, a quo pecuniam grandem eripueras, scaphia[o] cum emblematis[p] Lilybæi utrum emta esse dicis, an confiteris erepta?

38. Sed quid ego istius in ejusmodi rebus mediocres injurias colligo, quæ tantummodo in furtis istius, et damnis eorum, a quibus auferebat, versatæ[18] esse videantur? Accipite, si vultis, judices, rem ejusmodi, ut amentiam singularem, ut furorem[19] jam, non cupiditatem ejus perspicere[20] possitis. XVIII. Melitensis Diodorus est, qui apud vos antea testimonium dixit. Is Lilybæi multos jam annos habitat, homo et domi[1] nobilis, et apud eos, quo se contulit, propter virtutem splendidus et gratiosus. De hoc Verri dicitur, habere eum perbona toreumata:[q] in his pocula duo quædam, quæ Thericlea[2] nominantur, Mentoris[r] manu, summo artificio, facta. Quod iste ubi audivit, sic cupiditate inflammatus est non solum inspiciundi, verum etiam[3] auferendi, ut Diodorum ad se vocaret, ac posceret. Ille, qui illa[4] non invitus haberet, respondet[5] se Lilybæi non habere; Melitæ apud quendam propinquum suum re-

Leid. *abl. certe esse non* Mss. plerique et edd. vett. cum Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *Esse* auctoritate Ms. Reg. deleverunt Græv. Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell.—17 *Cui C. Marcellus* Lamb. et Beck. *cui Metellus* Huyd.—18 Omnes Mss. et edd. vett. *versata.*—19 Lamb. e Ms. et Græv. e Ms. Reg. cum Beck. *et furorem;* et sic Huyd.—20 Huyd. *prospicere.*

CAP. XVIII. 1 Huyd. et pleræque edd. vett. *domo.* Dein Huyd. *nob., apudque eos.*—2 *Thoridia* Leid. *Ericlea* Huyd. *Ereclea* Gruteri Ms. *Eraclea* Pal. 2. *et heridia* Hittorpian. *Thericlia* seu *Theridia,* Mss. Cujacii, Puteani, Reg. et Guelf. *Thericlea* Lamb. Græv. Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. Mox Huyd. *Mentore.*—3 Huyd. caret *etiam.*—4 '*Ille qui illa*] Non placet. Deleverim *illa,* aut legerim *ista.*' Ern. Schutz. edidit *Ille, qui ait.*

NOTÆ

[n] *H-S CIↃ*] Mille nummis sestertiis, id est centum libris.

[o] *Scaphia*] Vasa a scapharum similitudine, scaphia sunt.

[p] *Emblematis*] Emblemata ornamenta, qualia signa sunt: ut cælaturæ positæ sunt extrinsecus, quæ apponi, adimique possunt.

[q] *Toreumata*] Opera sunt cælata et sculpta: a voce τορεύω.

[r] *Mentoris*] Fuit ille Mentor in vasis cælandis peritissimus artifex: de quo Plinius lib. XII.

liquisse. 39. Tum iste continuo mittit homines certos Melitam; scribit ad quosdam Melitenses, ut ea vasa perquirant; rogat Diodorum, ut ad illum suum propinquum det literas. Nihil ei longius videbatur, quam dum illud videret argentum. Diodorus, homo frugi ac diligens, qui sua servare vellet, propinquo suo[6] scribit, ut iis, qui a Verre venissent,[7] responderet, illud argentum se paucis illis diebus misisse Lilybæum. Ipse interea recedit. Abesse ab domo paulisper maluit, quam præsens illud optime factum argentum amittere. Quod ubi audivit iste, usque eo est commotus, ut sine ulla dubitatione insanire omnibus ac furere videretur. Quia non potuerat argentum eripere,[8] ipse a Diodoro erepta sibi vasa optime facta dicebat; minitari absenti Diodoro; vociferari[9] palam; lacrymas[10] interdum vix tenere. Eriphylam[11] [s] accepimus in fabulis ea cupiditate, ut, cum vidisset monile, ut opinor, ex auro et gemmis, pulchritudine ejus incensa,[12] salutem viri proderet. Similis istius cupiditas: hoc etiam[13] acrior atque insanior, quod illa cupiebat id, quod viderat; hujus libidines[14] non solum oculis, sed etiam auribus excitabantur. XIX. 40. Conquiri Diodorum tota provincia jubet: ille ex Sicilia jam castra moverat,[t] et vasa collegerat. [*p.* 209.] Homo, ut aliquo modo illum in provinciam[15] revocaret, hanc excogitavit[16] rationem; si hæc ratio potius, quam amentia nominanda est. Apponit[u] de suis canibus[u] quendam, qui

[u] *Instituit.*

—5 ψ et nonnullæ edd. vett. *respondit.*—6 Steph. et Lamb. *ad propinquum suum.*—7 Huyd. *venisset.*—8 'Hæc *quia* ... *eripere* a Mss. quibusdam abesse, et gloss. speciem præ se ferre non absurde Jannoctus ascripsit.' *Garaton.*—9 ψ, Huyd. et edd. vett. *vociferare.*—10 ψ et Huyd. *lacrymis.*—11 Post *Eriphylam* Leid. addit *uxorem Amphiarai.*—12 ψ et Huyd. *incensam.*—13 Huyd. *hæc etiam.*—14 In eodem Ms. *libidinis.*

CAP. XIX. 15 Huyd. *in provincia.*—16 Steph. et Lamb. *excogitat.*—17 ψ,

NOTÆ

[s] *Eriphylam*] Eriphyla Amphiarai vatis uxor fuit, quem, monili accepto, bello Thebano latentem prodidit; qui profectus, hiatu terræ absorptus est.

[t] *Jam castra moverat*] Translatio a re militari; significatque Diodorum torcumata secum asportasse, et fugisse.

[u] *Suis canibus*] Canes ministros

dicat, se Diodorum Melitensem rei capitalis reum velle facere. Primo mirum omnibus videri, Diodorum reum, hominem quietissimum, ab omni non modo facinoris,[17] verum etiam minimi errati suspicione remotissimum: deinde esse perspicuum, fieri omnia illa propter argentum. Iste non dubitat[18] jubere nomen deferri;[z] et tum primum[x] opinor[19] istum absentis nomen recepisse. 41. Res clara[20] Sicilia tota, propter cælati argenti cupiditatem reos fieri rerum capitalium; neque solum reos fieri præsentes,[1] sed etiam absentes. Diodorus Romæ sordidatus circum patronos atque hospites cursare; rem omnibus narrare. Literæ mittuntur isti a patre vehementes,[2] ab amicis item, videret, quid ageret, de Diodoro quo progrederetur; rem claram esse et invidiosam; insanire hominem; periturum hoc uno crimine, nisi cavisset. Iste etiam tum patrem, si non in parentis, at in hominum numero putabat; ad judicium nondum se satis instruxerat: primus annus erat provinciæ; non ut in Sthenio, jam refertus pecunia. Itaque furor ejus paululum, non pudore, sed metu ac timore repressus est. Condemnare Diodorum non audet: absentem de reis eximit. Diodorus interea prætore isto prope triennium provincia domoque caruit. 42. Ceteri non solum Siculi, sed etiam cives Romani hoc statuerant;[3] (quoniam iste tantum cupiditate progrederetur) nihil esse, quod quisquam putaret, se, quod isti paulo magis placeret, conservare, aut domi retinere posse. XX. Postea vero, quam intellexerunt, isti

[z] *Fieri reum.*

Huyd. et nonnullæ edd. vett. *facinore.* Tum in Huyd. et Ven. 1480. deest *etiam* post *verum.*—18 Leid. *dubitabat.*—19 ' *Ut opinor* Steph. id quod requireret *recepit.*' Orell.—20 Pro *Res clara* Mss. plerique et edd. vett. habent *reclamat.*—1 ' *Præsentes reos fieri*] Sic codd. plerique, edd. vett. ante Lamb. 1566. Græv. Lall. Beck. Schutz. *reos fieri præsentes* Ern. [et Harles.] sine auctoritate. Omittunt *præsentes* cod. Stephani, [Cujac. Hittorp.] Lamb. 1566. Grut. Oliv. prob. Garaton. *reos fieri* h. l. delevit Manut. haud improb. Ern.' *Orell.*—2 Huyd. *vehementer.*—3 Leid. *statu erant.*

NOTÆ

Verris sæpe vocat, quos instar canum habebat, ut prædam odorarentur.

[x] *Tum primum*] Verres primo anno præturæ Siciliensis Diodorum voluit accusari.

virum fortem, quem summe provincia expectabat, Q. Arrium, non succedere; statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum promtissimumque esset.

Tum iste ab equite Romano splendido et gratioso, Cn. Calidio, cujus filium sciebat senatorem populi Romani et judicem esse, equuleos[y] argenteos nobiles, qui Q. Maximi fuerant,[4] aufert. 43. Imprudens huc incidi, judices: emit enim, non abstulit. Nollem dixisse: jactabit se, et in his equitabit equuleis.[5 z] Emi: pecuniam solvi. Credo,[6] etiam tabulæ proferentur. Est tanti. Cedo tabulas.[7] Dilue sane crimen hoc Calidianum, dum ego tabulas aspicere possim. Verumtamen quid erat, quod Calidius Romæ quereretur, se, cum tot annos in Sicilia negotiaretur, abs te solo ita esse contemtum, ita despectum, ut etiam una[8] cum ceteris Siculis dispoliaretur? Si emeras, quid erat, quod confirmabat,[9] se abs te argentum esse repetiturum, si tibi sua voluntate vendiderat? tu porro posses facere, ut Cn. Calidio[a] non redderes?[10] præsertim cum is L. Sisenna, defensore tuo, tam familiariter uteretur, et cum ceteris fa-

Cap. xx. 4 *Quique maxime fuerant* Ms. Reg. *quique maximi fuerant* Priscian. p. 618. ed. Putsch. et sic Guelf. tres Pariss. cum Græv. et Lall.— 5 Post *equuleis* Leid. addit *aculeos*.—6 ' *Credo*] E ψ notatur *cedo*. Sed suspecta est hæc varietas. Hortensius jussit post *Credo* plene interpungi, ut hoc sit Ciceronis; et sequentia, ' etiam tabulæ proferentur,' tribuantur Verri. Non male.' *Beck*.—7 Pro *Est tanti. Cedo tab.* in Ursini Ms. legitur *Exeant, cedo tab.*—8 *Ita* ante *esse contemtum*, et *una* ante *cum ceteris* in edd. plerisque ante Grut. deessent. Mox *despoliaretur* ψ, Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *spoliaretur* edd. pr. Porro vulg. distinguitur, *dispol., si em.? quid, &c.* Ern. ex edd. pr. *dispol.? Si emeras, quid, &c.* In Huyd. *emeres*.—9 Herel. putat scribend. *confirmaret*. Mox Huyd. *argumentum*, et ψ *petiturum*. Præterea Lamb. solus *si id tibi*.—10 ψ et Huyd. *redderetur*, non improb. Beck.—

NOTÆ

[y] *Equuleos*] Equini pulli sunt, vel etiam vasa cælata, ut proprie hic intelligi possunt.

[z] *Equitabit equuleis*] Id est, jactabit se quasi idoneam nactus defensionem, ut agitatores, qui in equis desultoriis equitant, seseque ostentant.

[a] *Cn. Calidio*] Calidius eques Romanus erat qui in Sicilia negotiabatur; fas enim fuit equitibus, non senatoribus, merces exercere.

miliaribus Sisennæ reddidisses? 44. Denique[11] non opinor negaturum esse te, homini honesto, sed non gratiosiori, quam Cn. Calidius est, L. Cordio[12] argentum per Potamonem, amicum tuum, reddidisse: qui quidem ceterorum causam apud te difficiliorem fecit. Nam cum te compluribus confirmasses redditurum, posteaquam Cordius pro testimonio dixit, te sibi reddidisse, finem reddendi fecisti; quod intellexisti, te, præda de manibus amissa,[13] testimonium tamen effugere non posse. Cn. Calidio, equiti Romano, per omnes alios[14] prætores licuit argentum habere bene factum. [*p.* 210.] Licuit posse domesticis copiis, cum magistratum aut aliquem superiorem invitasset, ornare et apparare convivium. Multi domi Cn. Calidii cum imperio ac potestate fuerunt; nemo inventus est tam amens, qui illud argentum tam præclarum ac tam nobile eriperet; nemo tam audax, qui posceret; nemo tam impudens, qui postularet, ut venderet.[15] 45. Superbum est enim, judices, et non ferendum, dicere prætorem in provincia homini honesto, locupleti, splendido, 'Vende mihi vasa cælata.' Hoc est enim dicere: non es dignus tu, qui habeas, quæ tam bene facta sint;[16] meæ dignitatis ista sunt. Tu dignior, Verres, quam Calidius? qui, ut non conferam vitam atque existimationem[17] tuam cum illius; neque enim est conferenda; hoc ipsum conferam, quo tu te superiorem fingis; quod H-S LXXX[18 b] millia divisoribus,[c] ut prætor renuntiarere, dedisti; trecenta accusatori,[d] ne tibi odiosus esset. Ea re contemnis equestrem

11 Hervag. Lamb. Oliv. et Lall. *Deinde;* ceteri *Denique.*—12 Pro *Cordio* Mss. quidam habent *Curidio,* et mox *Curidius.*—13 Leid. *emissa,* ut Garaton. conjecerat legend.—14 Omittunt *alios* Mss. nonnulli, Crat. Grut. Oliv. et Lall.—15 Huyd. *post. et vend.*—16 Huyd. Ven. 1483. Junt. Steph. *facta sunt.*—17 Duo Mss. cum Lamb. *vitam neque exist.*—18 '*H-S LXXX*] Cod. Lamb. *CCC,* id est, trecenta millia, quod rectius videtur: quis enim putet, accusatori plus quam populo datum? Forte ad accusatorem illa *LXXX millia* pertinent, et nunc transposita leguntur.' *Garaton.*

NOTÆ

b *H-S LXXX*] Octo librarum millia.

c *Divisoribus*] De iis lib. III. in Verr. § 161. not.

d *Accusatori*] Verres ei, qui ambitus eum accusare volverat, dedit triginta librarum millia.

ordinem, ac despicis? ea re indignum tibi visum est, quicquam, quod tibi placeret, Calidium potius habere, quam te? XXI. 46. Jactat se jamdudum de Calidio: narrat omnibus, se emisse. Num etiam[19] de L. Papirio, viro primario, locuplete honestoque, equite Romano, thuribulum[e] emisti? qui pro testimonio dixit, te, cum inspiciendum poposcisses, vulso[20] emblemate[f] remisisse; ut intelligatis, in homine intelligentiam[z] esse, non avaritiam; artificii cupidum, non argenti fuisse. Nec solum in Papirio fuit hac abstinentia;[1] tenuit hoc institutum in thuribulis omnibus, quæcumque in Sicilia fuerunt. Incredibile est autem, quam multa et quam præclara fuerint.[2] Credo tum, cum Sicilia florebat opibus[g] et copiis, magna artificia fuisse in ea insula: nam domus erat ante istum prætorem nulla paulo locupletior, qua in domo hæc non essent, etiamsi præterea nihil esset argenti; patella[h] grandis cum sigillis, ac[3] simulacris Deorum; patera,[4] qua mulieres ad res divinas uterentur; thuribulum. Hæc autem omnia antiquo opere et summo artificio facta; ut hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræque pro portione[5] cetera: sed quibus multa fortuna ademisset, tamen apud eos remansisse ea, quæ religio retinuisset.[6] 47. Dixi,

[z] *Artificium.*

CAP. XXI. 19 Leid. *Non etiam.* Tum *Papinio* ψ, Huyd. Franc. 1. Reg. et edd. pr.—20 *Avulso* Crat. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *revulso* Reg. *evulso* Leid. Guelf. et Ms. Lambini: *vulso* ψ, Huyd. et edd. pr. cum Harles. Beck. Schutz. et Orell. Pro *remisisse* in Leid. *emisse.*—1 ψ *hæc abst.*—2 Huyd. *fuerunt.*—3 In eodem Ms. deest *ac.*—4 Leid. *patina.*—5 *Peræqua proportione* Crat. Vict. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *æqua proportione* Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. *peræque pro portione* corrigebat Turnebus, Advers. VIII. 10. quem Ern. Harles. Beck. et Schutz. secuti sunt. *Æqua pro portione* edidit Orell. In Guelf. *per eaque proportione.*—6 Huyd. *reticuisset.*—

NOTÆ

[e] *Thuribulum*] Thuribulum vas est, in quo thus accenditur.

[f] *Emblemate*] Ornamenta quibus vasa ornabantur, emblemata vocabant.

[g] *Florebat opibus*] Antequam in Siciliam irrupissent Pœni, multis florebat opibus, quas denique Verres exhausit.

[h] *Patella*] Vas quoddam sacris destinatum.

judices, multa fuisse fere apud Siculos omnes: ego idem confirmo, nunc ne unum quidem esse. Quid hoc est? quod monstrum,[7] quod prodigium in provinciam misimus? Nonne vobis id egisse[8] videtur, ut non unius libidinem, non suos oculos, sed omnium cupidissimorum[9] insanias, cum Romam revertisset, expleret? qui simul atque in oppidum[10] quopiam venerat, immittebantur illi continuo Cibyratici[i] canes, qui investigabant et perscrutabantur omnia. Si quod erat grande vas et majus opus inventum, læti afferebant:[11] si minus ejusmodi quidpiam venari potuerant;[12] illa quidem certe pro lepusculis capiebantur,[13] patellæ, pateræ, thuribula. Hic quos putatis fletus mulierum? quas lamentationes fieri solitas esse in hisce rebus? quæ forsitan vobis parvæ esse videantur; sed magnum et acerbum[14] dolorem commovent, mulierculis præsertim, cum eripiuntur e manibus ea, quibus ad res divinas uti consuerunt, quæ a suis acceperunt, quæ in familia semper fuerunt.

XXII. 48. Hic nolite expectare, dum ego[15] hoc crimen agam ostiatim;[k] ab Æschylo Tyndaritano istum pateram abstulisse, a Thrasone item Tyndaritano patellam, a Nymphodoro Agrigentino thuribulum. Cum testes ex Sicilia dabo, quem volet, ille[16] eligat, quem ego interrogem de patellis, pateris, thuribulis: non modo oppidum nullum; domus nulla paulo[17] locupletior expers hujus injuriæ re-

7 Stepb. et Lamb. *quod hoc monstrum.*—8 *Egisse* non est in Huyd.—9 Mss. nonnulli et edd. vett. *avarissimorum.*—10 Huyd. *simul ac in opp.* Tum *quodpiam* ψ, Huyd. et Mss. plerique, ac edd. vett. cum Beck. Schutz. et Orell. Porro Leid. *venerit.*—11 *Afferebant* ψ, Reg. Franc. Græv. Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *auferebant* ceteri.—12 ψ *poterant.*—13 Ms. Lambini *accipiebantur.*—14 Huyd. *videbantur;* et Leid. *sed insignem et acerbum.*

CAP. XXII. 15 In Huyd. *ego* omittitur. Tum Steph. et Lamb. *hæc crimina.*—16 A Mss. plerisque et edd. ante Grut. abest *ille;* quod Orell. uncis includit.—17 *Sed ne domus quidem paulo* Hervag. Cam. Oliv. et Lall. *sed ne domus quidem ulla paulo* duo Mss. cum Lamb. Grut. Græv. Itaque, inquit Ern., etiam *oppidum ullum* esse deberet, e consuetudine Ciceronis, quod ta-

NOTÆ

[i] *Cibyratici*] De illis fratribus vide § 30. not.

[k] *Crimen agam ostiatim*] Non vult Cicero crimina avaritiæ ejus per domos circumducere: id autem ait, ut ostendat nullam fuisse domum ab ejus rapinis immunem.

perietur: qui cum[18] in convivium venisset, si quicquam cælati aspexerat, manum abstinere, judices, non poterat. [*p.* 211.] Cn. Pompeius est Philo, qui fuit Tyndaritanus.[l] Is cœnam isti dabat apud villam[a] in Tyndaritano. Fecit, quod Siculi non audebant. Ille, civis Romanus quod erat, impunius id se facturum putavit. Apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia. Iste continuo ut vidit, non dubitavit illud insigne[19] penatium hospitaliumque Deorum ex hospitali mensa tollere: sed tamen, quod antea de istius abstinentia[m] dixeram, sigillis avulsis reliquum argentum sine ulla avaritia reddidit. 49. Quid? Eupolemo Calactino,[20] homini nobili, Lucullorum hospiti ac perfamiliari, qui nunc apud exercitum cum L. Lucullo est,[n] non idem fecit? Cœnabat apud eum. Argentum illi[1] ceterum purum[o] apposuerat, ne purus[b] ipse relinqueretur; duo pocula non magna, verumtamen cum emblematis. Hic, quasi festivum acroama,[p] ne sine corollario[q] de convivio discederet, ibidem, convivis inspectantibus, emblemata avellenda[2] curavit. Neque ego nunc istius facta[3] omnia enumerare conor; neque opus est; nec fieri ullo modo potest. Tantum-

[a] *In villa.* [b] *Inanis.*

men etiam est in Ms. Guelf. In Mss. plerisque *domus nulla paulo,* et sic Harles. Beck. Schutz. et Orell.—18 Græv. e conj. Hotomanni *quin cum:* ed. Manut. *quid cum.*—19 *Insigne* non est in Leid.—20 Huyd. *Galestino:* Leid. *Calaino:* ψ, Pall. Grut. cod. *Galæstino:* Ursini Ms. *Gelastino,* unde Grut. conj. *Galatino,* s. *Calatino.* Cf. Varr. Lectt. ad Verr. III. 43.—1 Ms. Reg. cum Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *ille.* Totum locum sic refingi maluit Hotom. *arg. ille cet., purum, ne purus ipse relinq.: duo poc. non magna, verum tamen cum embl. apposuerat.*—2 Tres Mss. *evellenda:* Græv. conj.

NOTÆ

[l] *Fuit Tyndaritanus*] Pompeius ille, antequam civis Romanus esset, Tyndaritanus fuit.

[m] *De istius abstinentia*] Ironia: nam avulso emblemate thuribulum Papirio remisit.

[n] *Cum L. Lucullo est*] Contra Mithridatem: bello Lucullus septem annis præfuit.

[o] *Purum*] Purum dicit, quia nullis figuris aut emblematis ornabatur.

[p] *Acroama*] Acroama res est auditu digna, vel sententia, vel festiva narratio.

[q] *Sine corollario*] Corollarium additamentum est, quod præter debitum dari solet.

modo[4] uniuscujusque de varia improbitate generis indicia apud vos, et exempla profero. Neque enim ita se gessit in his rebus, tanquam rationem aliquando esset redditurus; sed prorsus ita, quasi aut reus nunquam esset futurus,[5] aut, quo plura abstulisset, eo minore periculo in judicium esset venturus: qui hæc, quæ dico, jam non occulte, non per amicos atque interpretes, sed palam de loco superiore[c] ageret, pro imperio et potestate. XXIII. 50. Catinam cum venisset, oppidum locuples, honestum, copiosum, Dionysiarchum ad se proagorum,[6 r] hoc est, summum magistratum, vocari jubet. Ei palam imperat, ut omne argentum quod apud quemque esset Catinæ, conquirendum curaret, et ad se transferendum.[7] Philarchum Centuripinum, primum[8] hominem genere, virtute, pecunia, non hoc idem juratum dicere audistis, sibi istum negotium dedisse atque imperavisse, ut Centuripinis,[9] in civitate totius Siciliæ multo maxima et locupletissima,[10] omne argentum conquireret, et ad se comportari juberet? Agyrio[s] similiter istius imperio vasa Corinthia[t] per Apollodorum, quem testem[11] audistis, Syracusas deportata sunt. 51. Illa vero optima,[12] quod, cum ad Haluntium venisset prætor laboriosus et diligens, ipse in oppidum accedere[13] noluit, quod erat difficili ascensu

[c] *De tribunali.*

revellenda.—3 Huyd. *facti.*—4 Ms. ap. Lamb. *Tantum,* sine *modo.*—5 Huyd. *venturus.*

CAP. XXIII. 6 Loco *proagorum* Huyd. Ven. 1483. Junt. exhibent *proardiorum:* aliæ edd. vett. *pardiorum.* 'Seqq. *hoc est, summum magistratum* suspecta ex parte Ern. et Beckio sine causa.' *Orell.*—7 Leid. *offerendum:* Lamb. e Ms. *afferendum.*—8 Pro *primum,* '*primarium* Crat. Lamb. perpetua varietate. *Hominem* sine causa suspect. Grut. et Ern.' *Orell.*—9 *Centuripis* Steph. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. '*Centuripinis*] Vitiose. Lege *Centuripis.*' Ern.—10 Voces *et locupletissima* in ψ et Huyd. desunt.—11 Lamb. *per quem testem.*—12 *Illa vero optima est* Mss. panci, Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. *illa vero opt. sunt* Ms. ap. Steph. *illa vero notissima* conj. Lamb. Mox edd. vett. carent præpositione ante *Haluntium.*—13 Lamb. *ascendere.*—

NOTÆ

[r] *Proagorum*] Proagorus Dorica ratione, Siculorum et lingua, Latine princeps dicitur, qui ante alios verba facit. Vide Turneb. Advers. II. 11.

[s] *Agyrio*] Urbs Siciliæ Agyrium fuit: hodie *Agirone.*

[t] *Corinthia*] Vasa hæc Corinthia fuere in pretio apud veteres.

atque arduo, Archagathum Haluntinum, hominem non solum domi suæ, sed tota Sicilia in primis nobilem, vocari jussit: ei negotium dedit, ut, quicquid Halunti[14] esset argenti cælati, aut, si quid etiam Corinthiorum, id[15] omne statim ad mare ex oppido deportaretur. Ascendit[16] in oppidum Archagathus. Homo nobilis, qui a suis et amari et diligi vellet, ferebat graviter, illam sibi ab isto provinciam[d] datam; nec, quid faceret, habebat. Pronuntiat, quid sibi imperatum esset: jubet omnes proferre, quæ haberent.[17] Metus erat summus: ipse enim tyrannus non discedebat longius: Archagathum et argentum in lectica cubans ad mare[18] infra oppidum expectabat. 52. Quem concursum in oppido factum putatis? quem clamorem? quem porro fletum mulierum? qui viderent equum Trojanum introductum, urbem captam esse dicerent.[19] Efferri sine thecis vasa, extorqueri alia de manibus mulierum, effringi multorum fores, revelli[20] claustra. Quid enim putatis? scuta si quando conquiruntur a privatis in bello ac tumultu; tamen homines inviti dant, etsi ad salutem communem dari sentiunt: ne quem putetis sine maximo dolore argentum cælatum domo, quod alter eriperet, protulisse. Omnia deferuntur. Cibyratæ fratres vocantur: pauca improbant: [*p.* 212.] quæ probarant,[1] iis crustæ[u] aut emblemata detrahuntur.[2] Sic Haluntini, excussis[e 3] deliciis, cum argento

[d] *Munus.* [e] *Detractis.*

14 Lamb. et Orell. *Haluntii.*—15 Pro vulg. *id*, Mss. plerique et editiones veteres, cum Grævio, Beckio, et Orellio, habent *ut.*—16 Grævius et Harlesius e Ms. Reg. ediderunt *Escendit.* Verba *Ascendit.... Archagathus* suspecta sunt Schutzio.—17 Duo Mss. *quod hab.*—18 Pro *ad mare* in ψ *a mare.* Servius ad Æn. III. 703. *ad mare infra mœnia ante opp.* unde Lamb. conj. legend. *ad mare infra ante opp.*—19 Unus Ms. et ed. Hervag. *videret... diceret.* Tum *Et ferri* edd. pr. Loco *sine thecis* Jannoctian. habet *de gynæceis;* et Ven. 1483. Junt. *synethetis.* Ursinus conj. *e gynæceis,* prob. Orell. qui *sine thecis* notavit ut lectionem corruptam.—20 Leid. *et evelli.*—1 Huyd. *probant.*—2 Huyd. Leid. Reg. Franc. 1. Guelf. Ms. Lambini, cum Ven. 1483. Junt. Crat. Beck. *detrahebantur.*—3 Ern. conj. *excussi* legend. esse.

NOTÆ

[u] *Crustæ*] Crusta tectorium est durius, quo quidpiam ornandi, sive tegendi causa, operitur.

puro domum reverterunt. XXIV. 53. Quod unquam, judices, hujusmodi[4] everriculum[x] in illa provincia fuit? Avertere aliquid de publico quam obscurissime per magistratum[5 y] solebant: etiam aliquid de privato nonnunquam occulte auferebant; et illi tamen condemnabantur. Et, si quæritis, (ut ipse de me detraham)[6] illos ego accusatores puto fuisse, qui hujusmodi hominum furta odore aut aliquo leviter[7] presso vestigio persequebantur. Nam nos quidem quid facimus in Verre,[8] quem in luto volutatum totius corporis vestigiis invenimus? Permagnum est, in eum dicere aliquid, qui præteriens, lectica paulisper deposita, non per præstigias,[9 z] sed palam per potestatem, uno imperio, ostiatim totum oppidum compilarit? At tamen, ut posset[10] se dicere emisse, Archagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, numulorum,[11] dicis causa,[a] daret. Invenit Archagathus paucos, qui vellent accipere: his dedit. Eos nummos tamen iste Archagatho non reddidit. Voluit Romæ petere[12] Archagathus; Cn. Lentulus Marcellinus[b] dissuasit, sicut ipsum dicere audistis. Recita[13] Archagathi et Lentuli testimonium. 54. Et, ne forte hominem[14] existimetis hanc tantam vim emblematum sine causa coacervare voluisse, videte,[15] quanti

CAP. XXIV. 4 Huyd. et edd. vett. cum Beck. et Orell. *hujuscemodi.* In ψ et Huyd. *verriculum.* Tum *ulla in prov.* Leid. et Ms. in Biblioth. Reg. Paris. cum nonnullis edd. vett. Porro Ern. conj. *Avertere alii aliq.*—5 Ms. Cujac. *per magistrum*, probb. Gulielm. et Græv. Mox *etiam cum aliquid a privato* Leid. Franc. 1. et Reg.—6 *Ut ipse me detr.* Ven. 1483. Junt. *ut egomet mihi detr.* Naug. Lamb.—7 In libb. vett. teste Hotomanno, *aliquid ego aliquo lev.* Alii codd. *aliquid*, alii *aliquod* habere dicuntur. Pro *leviter* ψ et Huyd. exhibent *leniter.*—8 Leid. *in Verrem.*—9 ψ et Huyd. *præstigia:* Leid. *prostigias.*—10 Guelferb. Græv. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *posset:* omnes aliæ edd. et Mss. *possit.*—11 Mss. plerique et editiones veteres, cum Beck. *nummorum.*—12 ψ, Leid. et Ms. Lambini *repetere.*—13 Pro *Recita*, in ψ, Huyd. Reg. et nonnullis editionibus veteribus, *atque hac tota de re audistis.*—14 Huyd. *homines.*—15 Idem Ms. *videtis.*—16 Loco *populi Rom.* ψ

NOTÆ

[x] *Everriculum*] Ludit in Verris nomine.

[y] *Per magistratum*] Ex ulla civitate nihil efferri solitum erat, nisi permittente illius magistratu.

[z] *Per præstigias*] Id est, obscure et clam.

[a] *Dicis causa*] Id est, ad speciem, aut simulationis causa. Vetus fuit proverbium.

[b] *Marcellinus*] Adoptatus aliquis est ab Marcellorum aliquo.

vos, quanti existimationem populi Romani,[16] quanti leges et judicia, quanti testes Siculos negotiatoresque fecerit.[17] Posteaquam tantam multitudinem collegerat emblematum, ut ne unum quidem cuiquam reliquisset; instituit officinam Syracusis in regia maximam. Palam[18] artifices omnes, cælatores, ac vascularios convocari jubet; et ipse suos complures habebat. Eo conducit magnam hominum multitudinem.[19] Menses octo continuos opus his non defuit, cum vas nullum fieret, nisi aureum. Tum illa, ex patellis et thuribulis quæ vellerat,[20] ita scite in aureis poculis illigabat,[21] ita apte in scyphis aureis includebat,[1] ut ea ad illam rem nata[f] esse diceres: ipse tamen prætor, qui sua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuisse, in hac officina majorem partem diei cum tunica pulla[2 c] sedere solebat et pallio.[d] XXV. 55. Hæc ego, judices, non auderem proferre, ni vererer, ne forte plura de isto ab aliis in sermone, quam a me in judicio audisse vos diceretis. Quis enim est, qui de hac officina, qui de vasis aureis, qui de istius pallio, tunica pulla,[3] non audierit? Quem voles de conventu Syracusanorum[4] virum bonum, nominato; producam. Nemo erit,

[f] *Facta.*

habet *prætoris.*—17 Græv. e Reg. et duobus Mss. Lambini edidit *quanti testes, Siculos negotiatores fec.*—18 *Syracusis: in regiam maximam palam* edd. vett. *Syracusis in regia maximam palam* Mss. Cujac. Hittorp. Grut. Reg. cum edd. Grut. Græv. Oliv. Lall. et sic Franc. 1. nisi quod in eo *maxima* legatur. Ceteri, ut Ern. Pro *artifices*, Ursini Ms. habet *aurifices*, prob. Orell. Mox Franc. 1. *vasculatores.*—19 Ms. Cujac. et tres Mss. Lambini *Eos concludit magna hom. multitudine:* unde Grut. conj. *Eo concludit*, aut *conclusit, magnam hom. multitudinem*, non improb. Orell. In duobus aliis Mss. quoque *Eos concludit.*—20 Ms. Reg. *evelleret:* Græv. mavult *evellerat.* Ed. Lamb. *avellerat.*—21 Huyd. *alligabat.*—1 Cujac. et Hittorp. *scaphis aur. concludebat:* unde Gulielm. rescribit *scaphiis.* In Leid. quoque *concludebat.*—2 ψ et Huyd. *palla.*

Cap. XXV. 3 Mss. plerique et edd. *de istius pallio, palla:* Cujac. *de istius pallio, palla pulla.*—4 *Syracusanorum* omnes edd. præter Lamb. Beck. Schutz. et Orell. qui e Ms. dederunt *Syracusano*, ut § 70. In Leid. *Syracusanum.*—

NOTÆ

[c] *Tunica pulla*] Id est, nigra, seu potius coloris terræ similis; quo colore in tunicis plebs infima et opifices uti consueverant.

[d] *Et pallio*] Pallium ad Græcos, toga ad Romanos pertinuit. Arguit autem Verrem quod Græcorum, non Romanorum vestitu induebatur.

quin hoc se aut vidisse, aut audisse dicat.[5] 56. O tempora, o mores! nihil nimium[6] vetus proferam. Sunt vestrum, judices,[7] aliquammulti, qui L. Pisonem cognoverunt,[8] hujus L. Pisonis, qui prætor fuit, patrem. Is cum[9] esset in Hispania prætor, qua in provincia occisus est, nescio quo pacto, dum armis exercetur, annulus aureus, quem habebat, fractus est, et comminutus. Cum vellet sibi annulum facere, aurificem jussit vocari[10] in foro ad sellam,[e] Cordubæ,[f] et ei palam appendit aurum: hominem in foro sellam jubet ponere, et facere annulum, omnibus præsentibus. Nimium fortasse dicet aliquis hunc diligentem. Hactenus reprehendat,[11] si quis volet: nihil amplius:[g] verum fuit ei concedendum. Filius enim L. Pisonis erat, ejus, qui primus de pecuniis repetundis legem tulit.[h] 57. Ridiculum est, nunc de Verre me[12] dicere, cum de Pisone Frugi dixerim. Verumtamen, quantum intersit, videte. [*p.* 213.] Iste cum aliquot abacorum[i] faceret vasa aurea, non laboravit,[g] quid non modo in Sicilia, verum etiam Romæ in judicio audiret.[13] Ille in auri semuncia[k] totam Hispaniam scire voluit, unde prætori[14] annulus fieret: nimirum, ut hic nomen[l] suum comprobavit, sic ille cognomen.[15]

[g] *Non metuit.*

5 Ven. 1483. Junt. *qui hoc .... non dicat.*—6 Leid. *nimirum.*—7 Huyd. et edd. vett. pleræque omittunt *judices;* quod Beck. uncis includit. Pro *aliquammulti* Leid. habet *alii multi;* Huyd. *aliqui multi;* Mss. pauci et edd. vett. *alii quam multi;* Cam. Græv. Oliv. et Lall. *quam multi.*—8 Ven. 1483. Junt. *cognoverint.*—9 Leid. et Reg. *Et cum;* unde Græv. conj. *Ei cum.*—10 Leid. *fecit vocari.* Tum Græv. Schutz. et Orell. e Ms. *Reg. in forum.*—11 Huyd. *reprehendebat:* Lamb. *reprehendet.*—12 Steph. et Lamb. *me nunc de Verre.*—13 ψ, Ven. 1483. Junt. *lab., quin ... audiret;* unde Hotom. conj. *lab., quin ... audiretur;* atque ita Manut. dedit.—14 ψ *prætoris.*—15 Pro *sic ille,* in Leid. *Siciliæ.*

NOTÆ

[e] *Ad sellam*] Sedes in qua sedebat prætor.

[f] *Cordubæ*] Corduba, urbs provinciæ Bœticæ, utriusque Senecæ et Lucani patria.

[g] *Nihil amplius*] Profitetur se nihil ad eam rem additurum esse, quæ laude singulari digna est.

[h] *Legem tulit*] De quo in seq.

[i] *Abacorum*] Abacus est genus scrinii, super quo vasa argentea reponebantur.

[k] *Semuncia*] Valet scutatos quatuor Gallicos semuncia, et unciæ pars est dimidia.

[l] *Ut hic nomen*] Ludit in nomine

XXVI. Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti. Genera ipsa cupio[16] breviter attingere; ut hic modo[17] me commonuit Pisonis annulus, quod totum effluxerat. Quam multis istum putatis hominibus honestis de digitis annulos aureos[18] abstulisse? nunquam dubitavit, quotiescumque alicujus aut gemma aut annulo delectatus est. Incredibilem rem dicam, sed tam claram,[19] ut ipsum negaturum non arbitrer. 58. Cum Valentio ejus interpreti epistola Agrigento[20] allata esset, casu signum iste animadvertit in cretula:[1 m] placuit ei: exquisivit,[2] unde esset epistola: respondit, Agrigento. Iste literas, ad quos solebat, misit, ut is annulus ad se primo quoque tempore afferretur: ita literis istius, patrifamilias, L. Titio cuidam,[3] civi Romano, annulus de digito detractus est. Illa vero ejus cupiditas incredibilis est. Nam ut in singula conclavia, quæ iste non modo Romæ, sed in omnibus villis habet, tricenos lectos optime stratos cum ceteris ornamentis convivii quæreret, nimium multa comparare videretur.[4] Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste non textrinum[5 n] instituerit. 59. Mulier est Segestana,[6] perdives et nobilis, Lamia nomine: per triennium isti, plena domo telarum, stragulam vestem confecit; nihil nisi conchylio[7] tinctum.[o] Attalus, homo pecuniosus,

CAP. XXVI. 16 Huyd. *Gen. jam cupio.*—17 Mss. nonnulli et edd. vett. *hoc modo.*—18 In Ms. Reg. deest *aureos*, et Lamb. ex uno Ms. omisit.—19 Leid. *Incredibile dicam, sed tam clarum.*—20 ψ, Huyd. et editiones veteres, *Agrigenti.*—1 Ursini Ms. et Jannoctian. *cerula.*—2 Reg. Guelf. Ursini Ms. cum Grævio, Beckio, et Schutz. *quæsivit.*—3 Reg. et Lamb. omittunt *cuidam.*—4 *Videbatur* Schutz. e conj. Gœrenzii ad Acad. II. 20.—5 Naug. Hervag. Crat. Lamb. *textrinam.*—6 '*Mulier est Segest.*] Aut *est* delendum, aut post scribendum *ea per trienn.*; quod malo.' *Ern.* 'Forsan hæc lectio latet in varietate cod. ψ, e quo pro *nomine* affertur *non est.*' Beck. *Non est* quoque in Huyd.—7 *Nihil conch.* ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. *nihil non*

NOTÆ

Verris, quasi ille Verres dictus esset a verrendo: quod omnia secum auferret.

[m] *In cretula*] Cretula est terra argillosa et candida, qua veteres in epistolis signandis, sicut cera nunc, utebantur.

[n] *Textrinum* [*textrinam*] Textrina officina textoris est ad vestes stragulas conficiendas instituta.

[o] *Conchylio tinctum* [*tinctam*] Ex conchylii concha incisa colligitur succus

Neti; Lyso, Lilybæi; Critolaus Ennæ; Syracusis Æschrio, Cleomenes, Theomnastus; Elori[8] Archonides, Megistus. Vox[9] me citius defecerit, quam nomina. Ipse dabat purpuram[p] tantum, amici operas,[10] credo:[q] jam enim non libet omnia criminari. Quasi hoc[11] mihi non satis sit ad crimen, habuisse tam multum, quod daret;[r] voluisse[12] deportare tam multa: hoc denique, quod concedit, amicorum operis esse in hujuscemodi rebus usum. 60. Jam vero lectos æratos,[s] et candelabra ænea, num cui, præter istum, Syracusis per triennium facta esse existimatis? Emebat, credo. Sed tantum[13] vos certiores, judices, facio, quid iste in provincia prætor egerit,[14] ne cui forte nimium negligens fuisse videatur, neque se satis, cum potestatem habuerit, instruxisse et ornasse.

XXVII. Venio nunc, non jam[15] ad furtum, non ad avaritiam, non ad cupiditatem, sed ejusmodi facinus, in quo omnia nefaria contineri mihi atque inesse videantur:[16] in quo Dii immortales violati, existimatio atque auctoritas nominis populi Romani imminuta, hospitium spoliatum ac proditum, abalienati scelere istius a nobis omnes reges amicissimi, nationesque quæ in eorum regno ac ditione sunt. 61. Nam reges Syriæ, regis Antiochi filios pueros,[17] scitis

conch. Vict. Manut. Mox ψ et edd. ante Steph. *pec. nec vulgo Lil.* Ms. Lamb. *pec. netyliso Lit.* Lamb. 1566. *nec unus e vulgo Lil.*—8 *Pelori* Mss. plerique et edd. ante Græv. qui e conj. Ursini dedit *Elori.* Beck. *Helori.*—9 Pro *vox,* Leid. Reg. et Lamb. habent *dies.*—10 *Operam* Huyd. Reg. *opera* Leid. —11 *Quasi vero hoc* Huyd. et Ms. ap. Steph. cum Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Beck. et Orell.—12 Huyd. *noluisse.*—13 *Si tantum* Huyd. Ven. 1483. Junt. *Sed tamen* Franc. et Ms. Ursini.—14 Huyd. *preteregit.*

CAP. XXVII. 15 Steph. et Lamb. omittunt *jam.*—16 Verba *in quo omnia . . . videantur* in ψ et Huyd. desunt.—17 Pro *filios* in Leid. legitur *illos,* et pro

NOTÆ

gendis vestibus expetitus; ex eo enim inficitur purpura. Vide Plin. x. 36.

p *Ipse dabat purpuram*] Prolepsis est nempe, Verres dabat purpuram, &c.

q *Credo*] Id est, non negaverim ipsum purpuram dedisse.

r *Tam multum, quod daret*] Nempe ex furtis et rapinis quotidianis quas faciebat, multa Verres habebat, quæ dare posset.

s *Lectos æratos*] Lecti fuerunt alii cubiculares, alii tricliniares, et utrique ex ære Syracusano, quod auro et argento temperatum erat.

Romæ nuper fuisse; qui venerant non propter Syriæ regnum; nam id sine controversia obtinebant, ut a patre et a majoribus acceperant; sed regnum Ægypti ad se[18] et ad Selenen, matrem suam, pertinere arbitrabantur. Hi ipsi[19] posteaquam temporibus reipublicæ[20] [t] exclusi, per senatum agere quæ voluerant, non potuerunt, in[1] Syriam, in regnum patrium profecti sunt. Eorum alter, qui Antiochus vocatur, iter per Siciliam facere voluit. Itaque, isto prætore, venit Syracusas. 62. Hic Verres hæreditatem sibi venisse arbitratus est, quod in ejus regnum[u] ac manus venerat is, quem[2] iste et audierat multa secum præclara habere, et suspicabatur. [*p.* 214.] Mittit homini munera satis large: hæc ad usum domesticum:[3] vini, olei quod visum erat; etiam tritici, quod satis esset, de suis decumis.[4] [x] Deinde ipsum regem ad cœnam vocavit.[5] Exornat ample magnificeque triclinium:[6] exponit ea, quibus abundabat, plurima ac pulcherrima vasa argentea: namque[7] hæc aurea nondum fecerat. Omnibus curat rebus instructum et paratum ut[8] sit convivium. Quid multa? Rex ita discessit, ut et istum copiose[9] ornatum, et se honorifice acceptum arbitraretur. Vocat ad cœnam deinde ipse prætorem: exponit suas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quæ, ut mos est regius, et maxime in Syria, gemmis erant distincta clarissimis. Erat

pueros in Huyd. *puer.*—18 Ern. conj. *sed quod regn. Æg. ad se:* Ursini Ms. *sed regnum Æg. quod ad se.*—19 *Ipsi* in ψ, Huyd. et edd. vett. omittitur.—20 ψ, Huyd. et edd. ante Steph. *populi Romani.*—1 *In* ante *Syriam* omittit Lamb.—2 ψ et Huyd. carent *is quem.*—3 Edd. vett. cum Beck. sic interpungunt, *Mittit hom. munera satis large hæc ad usum dom.* Orell. *Mittit hom. munera: satis large hæc ad usum dom.* Vulg. ut Ern. Mox Lamb. solus *visum est.*—4 ψ, Huyd. et edd. ante Steph. *de his dec.*—5 Erf. *vocabat.* Schutz. e conj. Herelii *vocat;* et sic Lamb. 1566.—6 Huyd. *quatriclinium.*—7 Duo Mss. *nam.*—8 *Ut* non est in Huyd.—9 Pro *copiose,* in ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt.

NOTÆ

[t] *Temporibus reipublicæ*] Per tempora reipub. bella intelligit; tum enim bellum contra Mithridatem in Asia, et in Hispania contra Sertorium gerebatur.

[u] *In ejus regnum*] Ad invidiam Siciliam regnum vocat, quia in ea tyrannice regnabat Verres.

[x] *Decumis*] Agit de decumis, quas a Syracusanis extorsit.

etiam vas vinarium ex una[10] gemma pergrandi, trulla[y] excavata, manubrio[z] aureo; de qua, credo, satis idoneum, satis gravem testem, Q. Minucium dicere audistis. 63. Iste unumquodque vas in manus sumere, laudare, mirari. Rex gaudere,[11] prætori populi Romani satis jucundum et gratum illud esse convivium. Posteaquam inde discessum est, cogitare iste nihil aliud (quod[12] ipsa res declaravit) nisi, quemadmodum regem ex provincia spoliatum[13] expilatumque dimitteret. Mittit rogatum vasa ea, quæ pulcherrima apud illum viderat: ait se suis cælatoribus velle ostendere. Rex, qui istum non nosset,[14] sine ulla suspicione libentissime dedit. Mittit etiam trullam gemmeam[15] rogatum: velle se eam diligentius considerare. Ea quoque ei[16] mittitur. XXVIII. 64. Nunc reliquum, judices, attendite, de quo et vos audistis, et populus Romanus non nunc primum audiet; et in exteris nationibus[17] usque ad ultimas terras pervagatum est. Candelabrum e gemmis clarissimis, opere[18] mirabili perfectum, reges hi, quos dico, Romam cum attulissent, ut in Capitolio ponerent; quod nondum etiam perfectum[19] templum[a] offenderant, neque ponere potuerunt, neque vulgo ostendere ac proferre voluerunt; ut et magnificentius videretur, cum suo tempore in cella[20] Jovis Op-

Crat. *diligenter.*—10 Pro *ex una* in Leid. *eximia.* Tum Schutz. e conj. Herelii *pergr. in trullam exc.* Edd. vett. cum Orell. habent *cum* ante *manubrio.*—11 Post *gaudere* in Huyd. additur *cœpit.* Voces *populi Romani* non sunt in ψ et Huyd.—12 *Nihil aliud, id quod* Græv. et Orell. *nihil aliud quam id quod* ψ, Huyd. et edd. vett. Observavit Hotom. alterutrum abundare aut *quam* aut *nisi.* Manut., servatis verbis *quam id quod,* delevit *nisi.* In Ms. ap. Lamb. *nihil iste aliud quod.*—13 ψ, Ven. 1483. Junt. *exspoliatum.*—14 Huyd. *noscet.*—15 Idem Ms. *gemmam.*—16 *Ei* deleri vult Herel.

CAP. XXVIII. 17 Ursini Ms. *quod in exteras nationes.* Scheller. aut *quod in exteris nationibus,* ant pro *de quo,* legi *quod* jussit. *Usque* omittunt Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Dein *perrulgatum est* Ms. Cujac. et Hittorp.—18 ψ et Huyd. *opera.*—19 Leid. *quod nunquam perf.* Mox *potuerunt* deest in ψ, Huyd. et edd. vett.—20 Lamb. et Grut. *in sella.* Voces *Optimi utroque loco* in

NOTÆ

[y] *Trulla*] Genus vasis vinarii.

[z] *Manubrio*] Manubrium est capulus cujuscumque rei, a manu sic appellatus, quod manu videlicet teneatur.

[a] *Perfectum templum*] Capitolium intelligit; quod de cœlo tactum, et incendio combustum, Syllanis temporibus Q. Catulus restituit.

timi Maximi poneretur, et clarius, cum pulchritudo ejus recens ad oculos hominum atque integra perveniret. Statuerunt id secum in Syriam reportare; ut, cum audissent, simulacrum Jovis Optimi Maximi dedicatum, legatos mitterent, qui cum ceteris rebus illud quoque eximium atque pulcherrimum donum in Capitolium afferrent. Pervenit res ad istius aures, nescio quomodo: nam rex celatum[1] voluerat; non quo quicquam metueret, aut suspicaretur, sed ut ne multi illud ante perciperent[2] oculis, quam populus Romanus. Iste petit a rege, et eum pluribus verbis rogat, ut id[3] ad se mittat: cupere se dicit inspicere, neque se aliis videndi potestatem esse facturum. 65. Antiochus, qui animo et puerili esset et regio, nihil de istius improbitate suspicatus est:[4] imperat suis, ut id in[5] prætorium involutum quam occultissime deferrent. Quo posteaquam attulerunt, involucrisque rejectis constituerunt; iste clamare cœpit, dignam rem esse regno Syriæ, dignam regio munere, dignam Capitolio. Etenim erat eo splendore, qui ex clarissimis et pulcherrimis gemmis[6] esse debebat; ea varietate operum, ut ars certare videretur cum copia; ea magnitudine,[7] ut intelligi posset, non ad hominum apparatum, sed ad amplissimi templi ornamentum[8] esse factum. Quod[9] cum satis jam perspexisse videretur, tollere incipiunt, ut referrent. Iste ait, se velle illud etiam atque etiam considerare: nequaquam se esse satiatum. Jubet illos discedere, et candelabrum relinquere. Sic illi tum inanes ad Antiochum revertuntur. XXIX. 66. Rex primo nihil metuere, nihil suspicari. Dies unus,[10] alter, plures: non referri. Tum mittit rex[11] ad istum, si sibi videatur, ut reddat. [*p.* 215.] Jubet iste posterius ad se reverti. Mirum

ψ et Huyd. omittuntur.—1 ψ, Huyd. et edd. ante Steph. *rex id cel.* et sic Harles., qui *id* uncis inclusit. Mox Huyd. et Lamb. *non quod quicq.*—2 *Præceperant* Hittorp. Ms. *præciperent* Reg. Pariss. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—3 Pro *ut id* Huyd. habet *uti.*—4 Schutz. e conj. Herelii delevit *est.*—5 Pro *ut id in* in Huyd. legitur *et.*—6 Pal. 1. *et pulcrimis gemmis:* Nang. Crat. Lamb. Grut. Oliv. Lall. *et plurimis gemmis.*—7 ψ et Huyd. *et magn.*—8 Reg. Ven. 1483. Junt. Lamb. *ornatum.*—9 Ms. Cujac. non habet *Quod.*

Cap. XXIX. 10 '*Dies unus, &c.*] Male Hotom. statuit librariorum culpa excidisse *abiit.*' Beck.—11 Ms. Cujac. omittit *rex,* probante Grutero. A Ms.

illi videri. Mittit iterum. Non redditur. Ipse hominem appellat: rogat, ut reddat. Os hominis insignemque impudentiam cognoscite. Quod sciret, quodque ex ipso rege audisset in Capitolio esse ponendum, quod Jovi Optimo[12] Maximo, quod populo Romano servari videret, id sibi ut donaret, rogare et vehementer[13] petere cœpit. Cum ille se et religione Jovis Capitolini, et hominum existimatione impediri diceret, quod multæ nationes testes essent illius operis ac muneris; iste homini minari acerrime cœpit. Ubi videt, eum nihilo magis minis, quam precibus permoveri;[14] repente hominem de provincia jubet ante noctem decedere.[15] Ait, se comperisse, ex ejus regno piratas in Siciliam[16] esse venturos. 67. Rex maximo conventu Syracusis, in foro, ne quis forte me in crimine obscuro versari, atque affingere[17] aliquid suspicione hominum arbitretur, in foro, inquam, Syracusis, flens, ac Deos hominesque contestans,[18] clamare cœpit, candelabrum factum e gemmis, quod in Capitolium missurus esset, quod in templo clarissimo populo Romano[19] monumentum suæ societatis amicitiæque esse voluisset; id sibi C. Verrem abstulisse: de ceteris operibus ex auro et gemmis, quæ sua penes illum essent, se non laborare: hoc sibi eripi, miserum esse et indignum. Id etsi antea jam[20] mente et cogitatione sua, fratrisque sui, consecratum esset; tamen tum se, in illo conventu civium Romanorum, dare, donare, dicare, consecrare Jovi Optimo Maximo,[1] testemque ipsum Jovem suæ voluntatis ac religionis adhibere.[2] XXX. Quæ vox, quæ latera, quæ vires hujus unius criminis querimoniam possint[3] sustinere? Rex Antiochus, qui Romæ ante oculos omnium nostrum bien-

in Bibl. Reg. Paris. absunt *rex ad istum*, prob. Madvigio.—12 In ψ et Huyd. deest *Optimo*.—13 Leid. et Ms. Lamb. *vehementissime*.—14 Ms. Lamb. *removeri*.—15 Huyd. et edd. ante Lamb. *discedere*.—16 Duo Mss. *ad Sic*.—17 Nonnullæ edd. vett. *effingere*. Tum Lamb. e conj. edidit *suspicioni*. Porro Huyd. *arbitraretur*. Verba *in foro* non sunt in Huyd.—18 Ven. 1483. Junt. *contestatus*.—19 Huyd. *carissimo*. ' *Popnlo Romano*] Hæc in Ms. Lamb. et ed. 1483. notis, ut fiebat, perscribi moneo, si quis forte malit *populi Romani*.' Garaton.—20 Huyd. Ven. 1483. Junt. omittunt *jam*.—1 Pro *Optimo Maximo*, in Huyd. *magno* legitur.—2 Idem Ms. *habere*.

Cap. XXX. 3 Ms. Reg. *quer., judices, possunt:* unde edidit Græv. *quer.*,

nium fere comitatu regio atque ornatu fuisset; is cum amicus et socius populi Romani esset, amicissimo patre, avo, majoribus, antiquissimis et clarissimis regibus, opulentissimo et maximo regno, præceps[4] provincia populi Romani exturbatus est. 68. Quemadmodum hoc accepturas nationes exteras; quemadmodum hujus tui facti famam in regna aliorum atque in ultimas terras perventuram putasti,[5] cum audierint, a prætore populi Romani in provincia violatum regem, spoliatum hospitem, ejectum socium populi Romani atque amicum? Nomen[6] vestrum, populique Romani, odio atque acerbitati[7] scitote nationibus exteris, judices, futurum, si istius hæc tanta injuria impunita discesserit. Sic omnes arbitrabuntur,[8] præsertim cum hæc omnino fama de nostrorum hominum avaritia et cupiditate percrebuerit,[9] non istius solius hoc esse facinus, sed eorum etiam qui approbarint. Multi reges, multæ liberæ civitates,[10] [b] multi privati opulenti ac potentes habent profecto in animo Capitolium sic ornare, ut templi dignitas, imperiique nostri nomen desiderat: qui si intellexerint, interverso[c] regali hoc dono, graviter vos tulisse, grata fore[11] vobis populoque Romano sua studia ac dona[12] arbitrabuntur. Sin hoc vos in rege tam nobili, in re[13] tam eximia, in injuria tam acerba, neglexisse audierint; non erunt tam amentes, ut operam,[14] curam, pecuniam impendant in eas res, quas

judices, possint.—4 Pro *præceps* in Leid. *princeps.* Mss. plerique et edd. vett. cum Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. habent præpositionem *e* ante *provincia.*—5 ψ *putaris.* Huyd. ac Ms. in Biblioth. Reg. Paris. *cum audirent.*—6 'In Erfurt. cod. auctore Herelio legitur *soc. pop. Romani. At quam inimicum nomen, &c.* unde vir doctiss. conjicit legend. *soc. pop. Romani tanquam inimicum? Nomen, &c.*' Beck.—7 Leid. *acerbitate.*—8 ψ et Huyd. *arbitrantur.* Mox in Leid. omittitur *omnino,* pro quo ψ habet *omnia.*—9 Lamb. Beck. et Schutz. *percrebruerit.* Huyd. caret *hoc* post *solius.* Mox Grut. et Græv. *approbarunt,* errore typographico, ut Orell. ait.—10 ψ et Huyd. *multæ civ.* sine *liberæ.*—11 Leid. *ingrata,* et Huyd. *forte.*—12 Huyd. *bona.*—13 Leid. *nobiliore re.* Mox Huyd. Leid. Steph. et Lamb. omittunt præpositionem ante *injuria.*—14 ψ *opera.*

NOTÆ

[b] *Liberæ civitates*] Liberæ sunt civitates, quæ suis legibus utuntur, et in quibus magistratus pop. Rom. jus non potest dicere.

[c] *Interverso*] Id est, callide surrepto, quod vulgo fit, cum rem sibi commodatam quis usurpat, doloque malo, ne domino restituatur, efficit.

vobis gratas fore non arbitrentur. XXXI. 69. Hoc loco, Q. Catule,[d] te appello: loquor enim de tuo clarissimo pulcherrimoque monumento: non judicis solum severitatem in hoc crimine, sed prope inimici atque accusatoris vim suscipere debes. Tuus est[15] enim honos in illo templo, senatus populique Romani beneficio; tui nominis æterna memoria simul cum templo illo consecratur: tibi hæc cura suscipienda, tibi hæc opera sumenda est, ut Capitolium, quomodo magnificentius[16] est restitutum, sic copiosius ornatum sit, quam fuit: [*p.* 216.] ut illa flamma divinitus extitisse videatur, non, quæ deleret Jovis Optimi Maximi[17] templum, sed quæ[18] præclarius magnificentiusque deposceret. 70. Audisti, Q. Minucium Rufum dicere, domi suæ deversatum esse Antiochum regem[19] Syracusis; se illud scire ad istum esse delatum; se scire non redditum. Audisti, et audies omni[20] e conventu Syracusano, qui ita dicant, sese audientibus, illud Jovi Optimo Maximo[1] dicatum esse ab rege Antiocho et consecratum. Si judex non esses, et hæc ad te delata res esset; te potissimum hoc persequi, te petere, te agere[2] oporteret. Quare non dubito, quo animo judex[3] hujus criminis esse debeas, qui apud alium judicem multo acrior, quam ego sum,[4] actor accusatorque esse deberes. XXXII. 71. Vobis autem, judices, quid hoc indignius, aut quid minus ferendum videri potest? Verresne habebit domi suæ candelabrum Jovis Optimi Maximi,[5] e gemmis auroque perfectum? cujus fulgore collucere atque illustrari Jovis Optimi Maximi templum opor-

CAP. XXXI. 15 Leid. caret *est*.—16 Beck. e Mss. Lamb. et Ursini *quemadmodum magn.*—17 Pro *Optimi Maximi* in Huyd. *magni*.—18 *Quæ* ante *præclarius* in Huyd. deest.—19 A ψ et Huyd. abest *regem*.—20 ψ, Huyd. Franc. 1. Jannoctian. et edd. ante Ald. *omnes*.—1 Huyd. *Jovi magno*.—2 Huyd. Ven. 1483. Junt. Lamb. *te petere et agere*.—3 Huyd. *quo an. tu judex*.—4 Idem Ms. *sim.*

CAP. XXXII. 5 Pro *Optimi Maximi* Huyd. habet *magni*. Ita et paulo post, atque infra *magnum*, ubi vulg. *Opt. Maximum*. In eodem Ms. deest

NOTÆ

[d] *Q. Catule*] Catulus is Capitolium apud Romanos. dedicavit, vir magnæ auctoritatis

tebat, id apud istum in ejusmodi conviviis constituetur, quæ domesticis stupris flagitiisque flagrabunt? In istius lenonis turpissimi domo, simul cum ceteris Chelidonis[6] hæreditariis ornamentis, Capitolii ornamenta ponentur? Quid huic sacri unquam fore, aut quid fuisse religiosi putatis, qui nunc tanto scelere se obstrictum esse non sentiat? qui in judicium[7] veniat, ubi ne precari quidem Jovem Optimum Maximum, atque[8] ab eo auxilium petere more omnium[e] possit? a quo etiam Dii immortales sua repetunt in eo judicio, quod hominibus ad suas res[9] repetundas est constitutum. Miramur, Athenis Minervam, Deli Apollinem, Junonem Sami, Pergæ Dianam,[10] multos præterea ab isto Deos tota Asia Græciaque violatos, qui a Capitolio manus abstinere non potuerit? quod privati homines de suis pecuniis ornant, ornaturique sunt, id C. Verres ab regibus ornari non est passus. 72. Itaque hoc nefario scelere concepto,[h] nihil postea tota in Sicilia neque sacri, neque religiosi esse duxit: ita sese in ea provincia per triennium gessit, ut ab isto non solum hominibus, verum etiam Diis immortalibus bellum indictum putaretur.

XXXIII. Segesta[f] est oppidum pervetus in Sicilia, judices, quod ab Ænea fugiente a Troja, atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant.[11] Itaque Segestani non solum perpetua societate atque amicitia, verum etiam cognatione[g] se cum populo Romano conjunctos esse arbitrantur. Hoc quondam[12] oppidum, cum illa civitas cum Pœnis suo nomine, ac sua sponte bellaret, a Carthagini-

[h] *Commisso.*

præpositio ante *gemmis.*—6 Huyd. *Chelidoniis.*—7 *Quid in id jud.* ψ: *qui in id jud.* Huyd.—8 Huyd. caret *atque.*—9 Ab eodem Ms. abest *res.*—10 Huyd. *Sani, Perge Dyanam:* ψ *Sami, Pergamæ, Dianam.*

CAP. XXXIII. 11 Huyd. *quod ab Æn. a Troja, in hæc loca ven., cond. de-*

NOTÆ

[e] *More omnium*] Veteres patroni ab invocatione Deorum solebant causas incipere, quod Verri licere negat, qui dicatum Jovi munus surripuit.

[f] *Segesta*] Segesta urbs est Siciliæ occidentalis, quæ ab Ænea condita dicitur.

[g] *Cognatione*] Segestani cognatione cum Romanis conjuncti sunt, quia Æneas fuit Romanæ stirpis origo.

ensibus[13] vi captum atque deletum est; omniaque, quæ ornamento urbi esse possent, Carthaginem sunt ex illo loco deportata. Fuit apud Segestanos ex ære simulacrum Dianæ, cum[14] summa atque antiquissima præditum religione, tum singulari opere[15] artificioque perfectum. Hoc translatum Carthaginem,[16] locum tantum hominesque mutarat: religionem quidem pristinam conservabat; nam propter eximiam pulchritudinem, etiam hostibus digna,[17] quam sanctissime colerent, videbatur. 73. Aliquot sæculis post, P. Scipio[h] bello Punico tertio Carthaginem cepit: qua in victoria[18] (videte hominis virtutem[19] et diligentiam, ut et domesticis præclarissimæ virtutis exemplis gaudeatis, et eo majore odio dignam istius incredibilem[20] audaciam judicetis) convocatis Siculis omnibus, quod diutissime sæpissimeque Siciliam vexatam a Carthaginiensibus cognorat,[1] jubet omnia conquiri: pollicetur, sibi magnæ curæ fore, ut omnia civitatibus, quæ cujusque fuissent, restituerentur. [*p.* 217.] Tum illa, quæ quondam fuerant Himera[i] sublata, de quibus antea dixi, Thermitanis sunt reddita; tum alia Gelensibus,[2] alia Agrigentinis; in quibus etiam ille nobilis taurus, quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur, quo vivos, supplicii causa, demittere homines, et subjicere[3] flammam solebat: quem taurum Scipio cum redderet Agrigentinis, dixisse dicitur, æquum esse illos cogitare, utrum esset Siculis utilius,[4]

monstrat. Vox *Itaque* non est in Leid.—12 ψ *quoddam.*—13 Leid. *in Carthag.* Mox ψ, Pall. et edd. pr. *dejectum est;* et sic Franc. 1. in quo *vi* omittitur. Tum ψ *omnia quæque orn. ibi esse poss.* Huyd. quoque habet *ibi.*—14 Edd. ante Steph. *tum.*—15 ψ et Huyd. *opera.*—16 Nonnullæ edd. vett. *Carthagine.* —17 Herel. censet legend. *Dea digna,* sive *digna Dea.*—18 ψ et Huyd. *historia.*—19 Pro *virtutem* Herel. conj. *æquitatem* legend. ut c. 37. II. 35. sive *fidem,* ut act. I. 12. act. II. l. I. c. 7. in Cæcil. 16. 21.—20 Leid. *non credibilem.*—1 Steph. et Lamb. *a Karth. esse cognorat*: Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. *a Karth. noverat.*—2 Huyd. et edd. vett. *Gellensibus.*—3 Lamb. solus *et cui subj.*—4 Leid. et Ms. Lambini *utrum esset Agrigentinis utilius*: unde Garaton. suspicabat legend. *utrum esset utilius,* cetera in glossematis habenda.—5 Leid. *anne.*

NOTÆ

[h] *Scipio*] Hic Scipio Pauli Æmilii filius fuit, qui a Scipionis Africani Majoris filio adoptatus est.

[i] *Himera*] Himera urbs est Siciliæ, sita ad occasum Himeræ fluvii.

suisne servire, an[5] populo Romano obtemperare; cum idem monumentum et domesticæ crudelitatis et nostræ mansuetudinis haberent. XXXIV. 74. Illo tempore Segestanis maxima cum cura hæc ipsa Diana, de qua dicimus, redditur: reportatur[6] Segestam: in suis antiquis sedibus summa cum gratulatione[7] civium et lætitia reponitur. Hæc erat posita[8] Segestæ, sane excelsa in basi, in qua grandibus literis P. Africani nomen erat incisum, eumque Carthagine capta restituisse, perscriptum. Colebatur a civibus: ab omnibus advenis visebatur: cum quæstor essem, nihil mihi ab illis est demonstratum prius.[9] Erat admodum amplum et excelsum signum cum stola:[k] verumtamen inerat in illa magnitudine ætas atque habitus virginalis. Sagittæ pendebant ab humero: sinistra manu[10] retinebat arcum: dextra ardentem facem præferebat.[l] 75. Hanc cum[11] iste sacrorum omnium hostis, religionumque prædo vidisset; quasi illa ipse face[12] percussus esset, ita flagrare cupiditate atque amentia cœpit. Imperat magistratibus,[13] ut eam demoliantur, et sibi dent: nihil sibi gratius ostendit futurum. Illi vero dicere, id sibi nefas esse; seque cum[14] summa religione, tum summo metu legum et judiciorum teneri. Iste tum petere ab illis, tum minari, tum spem, tum metum ostendere. Opponebant illi interdum nomen Africani: donum[15] populi Romani illud esse

CAP. XXXIV. 6 Leid. *reponitur.* Mox Ursini Ms. *et in suis.*—7 Huyd. *maxima cum grat.*—8 ψ, Huyd. Pall. Ven. 1483. Junt. *reposita.* Verba *Hæc erat posita* pro gloss. habet Grut. Post *Segestæ* Huyd. addit *suæ.*—9 Ursini Ms. *antiquius.*—10 Huyd. Franc. 1. Ven. 1483. Junt. *manus.*—11 ψ et Huyd. *Hæc, cum.* Dein duo Mss. *sacr. omn. et religionum hostis prædoque.*—12 Ven. 1483. Junt. et Orell. *ipse illa face:* Crat. Hervag. Manut. *ipsa illa face:* Lamb. Oliv. Lall. *illa ipsa face.* Vulg. *illa ipse face.* Pro *percussus* quidam viri docti putant legend. *perustus:* al. *perculsus.*—13 Mss. et edd. ante Ern. post *magistratibus* addunt *iste,* quod Ern. delevit auctoritate Ms. Guelf. et quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—14 Schutz. *tum.*—15 *Donum* abest a Leid. Reg. Hittorp. et Cujac. In Huyd. *domum.* Hotom. conj.

NOTÆ

[k] *Stola*] Stola significat quodlibet vestimenti genus apud Græcos; apud Latinos vero honestum tantum, quo matronæ utebantur.

[l] *Facem præferebat*] Quia Diana Luna in cœlo est, et noctem illustrat, cum face pingebatur.

dicebant: nihil se in eo potestatis habere, quod imperator clarissimus, urbe hostium capta, monumentum victoriæ populi Romani[16] esse voluisset. 76. Cum iste nihilo remissius,[i] atque etiam multo vehementius instaret quotidie; res[17] agitur in senatu. Vehementer ab omnibus reclamatur. Itaque illo tempore, ac primo istius adventu, pernegatur. Postea, quicquid erat oneris in nautis remigibusque[18] exigendis, in frumento imperando, Segestanis, præter ceteros, imponebat aliquanto amplius, quam ferre possent. Præterea magistratus eorum evocabat: optimum quemque et nobilissimum[19] ad se arcessebat: circum omnia provinciæ fora[20 m] rapiebat: singillatim unicuique calamitati fore[1] se denuntiabat: universam[2] se funditus illam eversurum esse civitatem minabatur. Itaque aliquando, multis malis,[3] magnoque metu victi Segestani, prætoris imperio parendum esse decreverunt. Magno cum luctu et gemitu totius civitatis, multis cum lacrymis et lamentatione virorum mulierumque omnium, simulacrum Dianæ tollendum locatur. XXXV. 77. Videte quanta religione fuerit apud Segestanos. Repertum[4] esse, judices, scitote, neminem, neque liberum, neque servum,[5] neque civem, neque peregrinum, qui illud signum auderet attingere. Barbaros[6] quosdam Lilybæo scitote adductos[7] esse operarios. Hi

[i] *Non minus instanter.*

donum imperatoris populi Rom.—16 *Populi Rom.* in Ms. Hittorp. desunt.—17 ψ *instaret: quotidie res, &c.*—18 Copula *que* non est in Huyd.—19 Edd. vett. *opt. et nob. quemque.*—20 ψ et Huyd. *loca.*—1 Huyd. caret *fore.*—2 Leid. Cujac. Hittorp. Steph. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *universis:* Grut. conj. *universim.*—3 Huyd. *multis modis malis.*

CAP. XXXV. 4 *Quanta religione fuerit. Apud Segestanos rep.* Crat. Græv. Oliv. et Lall. *quanta religio* (sic etiam Reg. Cujac. Hittorp.) *fuerit. Apud Segestanos rep.* Beck. Vulg. ut Ern. Pro *fuerit* in Cujac. et Hittorp. *fuit.*—5 A ψ abest *neque liberum;* et ab Huyd. *neque liberum, neque servum.*—6 Huyd. *Barbatos.*—7 In uno Ms. deest *scitote.* Pro vulg. *advocatos,* e Guelf. Reg. Hittorp. Cujac. *adductos* dedit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. se-

NOTÆ

[m] *Omnia provinciæ fora, &c.*] Segestanos primates magna cum molestia secum ducebat per omnem provinciam, ubicumque forum acturus esset.

denique illud, ignari totius[8] negotii ac religionis, mercede accepta, sustulerunt: quod cum ex oppido exportaretur,[9] quem conventum mulierum factum esse arbitramini? quem fletum majorum natu? quorum nonnulli etiam illum diem memoria tenebant, cum illa eadem Diana, Segestam Carthagine revecta, victoriam populi Romani reditu suo nuntiasset. [*p.* 218.] Quam dissimilis[10] hic dies illi tempori videbatur! tum imperator populi Romani, vir clarissimus,[11] Deos patrios reportabat Segestanis, ex urbe hostium recuperatos: nunc ex urbe sociorum prætor ejusdem[12] populi turpissimus atque impurissimus eosdem illos Deos nefario scelere auferebat. Quid hoc[13] tota Sicilia est clarius, quam omnes Segestanas[14] matronas et virgines convenisse, cum Diana exportaretur[15] ex oppido? unxisse unguentis? complesse coronis et floribus? thure odoribusque incensis usque ad agri fines prosecutas esse? 78. Hanc tu tantam religionem si tum in imperio[16] propter cupiditatem atque audaciam non pertimescebas; ne[17] nunc quidem, in tanto tuo liberorumque tuorum periculo perhorrescis? Quem tibi aut hominem, invitis[18] Diis immortalibus, aut vero Deum, tantis eorum religionibus violatis, auxilio futurum putas? Tibi illa Diana in pace atque in otio religionem nullam attulit? quæ cum duas[19] urbes, in quibus locata fuerat, captas incensasque vidisset, bis ex duorum bellorum flamma ferroque servata est; quæ Carthaginiensium victoria, loco mutato, religionem tamen non amisit; P. Africani virtute religionem simul cum loco recuperavit. Quo quidem scelere suscepto, cum inanis esset basis, et in ea P. Africani nomen incisum; res indigna atque intoleranda videbatur omnibus, non solum religiones esse violatas, ve-

quuntur.—8 ψ *potius.*—9 Duo Mss. *exportabatur.*—10 Huyd. *dissimiles.*—11 *Vir* suspect. Herelio. A Franc. 1. absunt *vir clarissimus.*—12 Pro *ejusdem*, in Huyd. et Ven. 1483. *equidem* legitur. In Franc. 1. deest. Post *populi* Franc. 1. Ven. 1483. Junt. Beck. et Orell. addunt *Romani.* In Ms. Ursini *nunc ex urbe sociorum populi Romani ejusdem prætor populi.*—13 Lamb. et Schutz. deleverunt *hoc.* 'Aut *hoc* delendum, aut *quam.*' Ern.—14 Pal. 1. et Gruteri Ms. *Segestanos:* Cujac. et Hittorp. *Segestanæ.*—15 Al. *exportabatur.*—16 Præpositio ante *imperio* non est in Huyd. Mox *timescebas* ψ et Huyd.—17 Huyd. *nec.*—18 Idem Ms. *inviti.*—19 Huyd. *suas.*

rum etiam P. Africani, viri fortissimi, rerum gestarum gloriam, memoriam virtutis, monumenta victoriæ, C. Verrem sustulisse. 79. Quod cum isti renuntiaretur de basi ac literis, existimavit homines in oblivionem totius negotii esse venturos, si etiam basim, tanquam indicem sui sceleris, sustulisset: itaque tollendam istius imperio locaverunt: quæ vobis locatio ex publicis Segestanorum literis priore actione recitata est. XXXVI. Te nunc, P. Scipio,[n] te, inquam, lectissimum ornatissimumque adolescentem appello: abs te officium tuum, debitum generi et nomini requiro et flagito. Cur pro isto, qui laudem honoremque familiæ vestræ[20] depeculatus est,[k] pugnas? cur eum defensum esse vis? cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus[1] sustineo? M. Tullius P. Africani monumenta requirit: P. Scipio eum, qui illa[2] sustulit, defendit. Cum mos a majoribus traditus sit, ut monumenta majorum ita suorum quisque defendat, ut ea ne ornari quidem nomine alieno[3] sinat; tu isti aderis, qui non obtrusit[4][l] aliqua ex parte monumenta P. Scipionis, sed funditus sustulit ac delevit?[5] 80. Quisnam igitur,[6] per Deos immortales! tuebitur P. Scipionis memoriam mortui? quis monumenta atque indicia virtutis, si tu ea relinques ac deseres?[7] neque solum spoliata illa patiere, sed etiam eorum spoliatorem vexatoremque defendes? Adsunt Segestani, clientes tui, socii populi Romani atque amici: certiorem te faciunt, P. Africanum, Carthagine deleta, simulacrum Dianæ majoribus suis restituisse; idque

[k] *Sustulit.* [l] *Obscuravit.*

CAP. XXXVI. 20 Mss. Lambini et Ursini *qui laudem honoremque tuum familiæque tuæ.*—1 Lamb. e Ms. cum Steph. *tuum munus,* prob. Garaton. Mox idem Ms. Lambini *Cur M. Tullius.*—2 Ern. censet *illa* delend.—3 Pro *alieno* in Leid. *aliorum* legitur.—4 Huyd. Leid. Cujac. Guelf. et Reg. cum Beck. Schutz. et Orell. *obstruxit.* Steph. *obruit:* Lamb. e conj. Hotomanni *obtrivit.* —5 *Fund. del. ac abstulit* Guelf. *fund. del. ac sust.* Steph. Lamb. et Orell. *del. ac fund. sust.* Græv. et Beck. e Ms. Reg. In Leid. *sed id fund. sust. ac del.*—6 Leid. *Quis non igitur.*—7 *Relinquis aut deseres* Guelf. *relinques ac de-*

NOTÆ

[n] *Te nunc, P. Scipio*] Scipio Verrem defendebat, qui socer postea Pompeii Magni fuit.

apud Segestanos, ejus imperatoris nomine positum ac dedicatum fuisse: hoc Verrem demoliendum et asportandum, nomenque omnino P. Scipionis delendum tollendumque curasse: orant te, atque obsecrant, ut sibi religionem, generi tuo laudem gloriamque restituas, ut, quod ex urbe hostium per P. Africanum recuperarint,[8] id per te ex prædonis domo conservare possint. XXXVII. Quid aut tu his[9] respondere honeste potes, aut illi facere, nisi ut te ac fidem tuam implorent? adsunt, et implorant. Potes domesticæ laudis amplitudinem, Scipio, tueri, potes: omnia in te sunt, quæ aut fortuna hominibus aut natura largitur. [*p.* 219.] Non præcerpo[m] fructum officii tui: non alienam mihi laudem appeto: non est pudoris mei, P. Scipione, florentissimo adolescente, vivo et incolumi, me propugnatorem monumentorum[10] P. Scipionis, defensoremque profiteri. 81. Quam ob rem si suscipis domesticæ laudis patrocinium, me non solum silere de vestris monumentis oportebit,[11] sed etiam lætari, P. Africani ejusmodi esse fortunas[12] mortui, ut ejus honos ab iis, qui ex eadem familia sint, defendatur, neque ullum adventicium requiratur auxilium.[13] Sin istius amicitia te impediet; si hoc, quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere; succedam ego vicarius tuo muneri;[14] suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar. Næ ista[15] præclara nobilitas desinat queri, populum Romanum hominibus novis atque industriis[16] libenter honores mandare, semperque mandasse. Non est querendum, in ea ci-

[m] *Anteverto.*

seres Ms. Reg. cum Lamb. Græv. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *relinquis ac deseris* alii. Mox Græv. e Ms. Reg. edidit *defenderis.*—8 Huyd. *aut quidem ex urbe host. per P. Afr. recuperarunt:* Steph. e Ms. cum Lamb. *quod per P. Afr. ex urbe host. recuperarint.*

CAP. XXXVII. 9 Leid. et Ursini Ms. cum Steph. Lamb. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *Quid aut tu his.* Aliæ edd. omittunt *tu.* In Ms. Guelf. *Quid aut cum his.*—10 *Monumentorum* in Leid. et ed. Lamb. deest.—11 Huyd. *oportebat.*—12 Leid. et Lamb. *fortunam,* Orell. non improb.—13 Lamb. *aux. requiratur.* Tum Mss. panci et edd. ante Steph. *Si istius.* Paulo post Huyd. *impediret.*—14 ψ, Huyd. Vict. Manut. *munere.*—15 Ferratius *arbitrabar. Næ ista:* et sic Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *arbitrabar, ne ista* ceteri. Pro *næ* in Ms. Ursini *dummodo.*—16 Gulielm. conj. *hominibus navis atque ind.* legend. Guelf. Cujac. et Lamb. non habent *atque,* quod Orell. uncis inclu-

vitate,[17] quæ propter virtutem omnibus nationibus imperat, virtutem plurimum posse.[18] Sit apud alios imago P. Africani: ornentur alii mortui virtute ac nomine. Talis ille vir fuit, ita de populo Romano meritus est, ut non uni familiæ, sed universæ civitati commendatus esse debeat. Est aliqua mea pars virilis,° quod[19] ejus civitatis sum, quam ille amplam, illustrem, claramque reddidit; præcipue quod in his artibus[20] pro mea parte versor,[n] quarum ille princeps fuit, æquitate, industria, temperantia, defensione miserorum, odio improborum: quæ cognatio studiorum et artium propemodum non minus est conjuncta, quam ista, qua vos delectamini, generis et nominis. XXXVIII. 82. Repeto abs te, Verres, monumentum P. Africani; causam Siculorum, quam suscepi, relinquo: judicium de pecuniis repetundis ne sit hoc tempore: Segestanorum injuriæ negligantur: basis P. Africani[21] restituatur: nomen invicti[1] imperatoris incidatur: signum pulcherrimum Carthagine captum reponatur.[2] Hæc abs te non Siculorum defensor, non tuus accusator, non Segestani postulant; sed is, qui laudem gloriamque P. Africani tuendam conservandamque suscepit. Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio judici non probem; qui cum res maximas gesserit, monumentaque suarum rerum[3] cum maxime constituat, atque in his elaboret; profecto volet[4] hæc non solum suis posteris, verum

[n] *Quantum possum impendo me.*

dit.—17 Lamb. e Ms. *in hac civ.*—18 ψ et Huyd. *plur. nosse.*—19 Lamb. *virilis, judices, quod.*—20 Pro *artibus* Huyd. et Reg. habent *rebus.* In ψ *in his art. Romæ aperte versor:* Huyd. *in his art. Romæ a patre versor.*

CAP. XXXVIII. 21 Leid. et Ms. Reg. *basis Scipionis.*—1 *Invictissimi* Mss. et edd. ante Ern. qui e Reg. Guelf. et Ms. Lambini edidit *invicti;* et sic Harles. Beck. Schutz. et Orell.—2 *Carth. captum recuptum* (sic) *rep.* duo Mss. Lamb.: *captum reponatur Carth.* Franc. 1. *Carth. capta recuperatum rep.* Manut. et Lamb. e conj. Hotom.: *Carth. capta receptum rep.* Schutz. et Orell. e conj. Beck.—3 Græv. e Ms. Reg. edidit *mon. suarum rerum gestarum;* et sic Guelf. improb. Ern. qui ait, 'deberet esse *a se gestarum.*' Dein *nunc max.* Ursini Ms.

NOTÆ

° *Est aliqua mea pars virilis*] Profitetur Cicero se Scipioni partem aliquam debere gratiæ, eam videlicet quam unus ex civibus debet homini tam bene de Romana civitate merito.

etiam omnibus viris fortibus et bonis civibus defendenda, non spolianda[5] improbis tradere. Non vereor, ne tibi, Q. Catule, displiceat, cujus amplissimum[p] in orbe terrarum, clarissimumque monumentum est, quam plurimos esse custodes monumentorum, et[6] putare omnes bonos alienæ gloriæ defensionem ad officium suum pertinere. 83. Et quidem[7] ceteris istius furtis atque flagitiis ita moveor, ut ea reprehendenda tantum putem: hic vero tanto[8] dolore afficior, ut nihil mihi indignius ferendum[9] videatur. Verres Africani monumentis domum suam, plenam stupri, plenam flagitii, plenam dedecoris, ornabit? Verres temperatissimi[10] sanctissimique viri monumentum, Dianæ simulacrum virginis, in ea domo collocabit, in qua semper meretricum lenonumque[11] flagitia versantur?

XXXIX. 84. At hoc solum Africani monumentum violasti? quid? a Tyndaritanis non ejusdem[12] Scipionis beneficio positum simulacrum Mercurii, pulcherrime factum, sustulisti? At quemadmodum, Dii immortales! quam audacter! quam libidinose! quam impudenter! Audistis nuper dicere legatos Tyndaritanos, homines honestissimos ac principes civitatis, Mercurium, qui sacris anniversariis[o] apud eos, ac summa[13] religione coleretur, quem P. Africanus, Carthagine capta, Tyndaritanis non solum suæ victoriæ, sed etiam illorum fidei societatisque monumentum atque indicium dedisset; [*p.* 220.] hujus vi, scelere, imperioque esse sublatum: qui, ut primum in illud oppidum venit, statim, tanquam ita fieri non solum oporteret, sed etiam

[o] *Solennibus.*

In nonnullis edd. vett. deest *cum.*—4 *Nolet* Leid. *vellet* Huyd.—5 Leid. *defendendam, non spoliandam.*—6 In ψ et Huyd. deest copula.—7 Reg. margo Crat. et Ms. ap. Steph. cum Lamb. 1566. *Equidem;* ut Hotom. et Herel. malunt.—8 Huyd. *tamen:* Mss. plerique et edd. vett. *tantum,* prob. Beckio.—9 Ante *ferendum,* Guelf. Reg. tres Pall. et Mss. Lambini cum Steph. Lamb. Græv. Beck. Schutz. et Orell. addunt *nihil minus;* et sic Priscian. p. 687.—10 Orell. *temperantissimi.*—11 Leid. *meretricia lenonumque flagitia,* omisso *versantur;* quod verbum in suo cod. deesse observat Gifanius in Ind. Lucret. voc. 'Trivia.'

NOTÆ

[p] *Amplissimum*] Templum Jovis Capitolini, de quo supra.

necesse esset, tanquam hoc senatus mandasset, populusque Romanus jussisset; ita continuo, signum ut demolirentur, et Messanam deportarent, imperavit. 85. Quod cum illis, qui aderant,[14] indignum; qui audiebant, incredibile videretur; non est ab isto, primo illo adventu, perseveratum. Discedens mandat proagoro[r] Sopatro, cujus verba audistis, ut demoliatur. Cum recusaret, vehementer minatur. Ita tum ex illo[15] oppido proficiscitur. Proagorus[16] refert rem ad senatum: vehementer undique reclamatur. Ne multa: iterum iste aliquanto post ad illos venit; quærit continuo de signo. Respondetur ei, senatum non permittere: pœnam capitis constitutam, si injussu senatus quisquam attigisset: simul religio commemoratur.[17] Tum iste: 'Quam mihi religionem narras? quam pœnam? quem senatum? vivum te non relinquam: moriere virgis, nisi signum[18] traditur.' Sopater iterum flens[19] ad senatum defert,[20] istius cupiditatem minasque demonstrat. Senatus Sopatro responsum nullum dat, sed commotus perturbatusque discedit. Ille prætoris arcessitus nuntio, rem demonstrat:[1] negat ullo modo fieri posse. XL. Atque hæc (nihil enim prætermittendum[2] de istius impudentia videtur) agebantur in conventu palam, de sella, ac de loco superiore. 86. Erat hyems summa; tempestas, ut ipsum Sopatrum dicere audistis, perfrigida; imber maximus:[3] cum iste imperat lictoribus, ut Sopatrum de porticu, in qua ipse sedebat, præcipitem in forum dejiciant,[p] nudum-

[p] *Trahant raptim in forum.*

CAP. XXXIX. 12 Leid. *ejus.*—13 Leid. *ex summa.*—14 Huyd. *quibus aderant.*—15 Reg. et Mss. Lambini *minatur. Et statim ex illo:* Leid. *minatur. Et factum ex illo.*—16 In tribus Mss. deest *Proagoras.* Lamb. e Ms. edidit *Refert rem ille ad sen.*—17 Huyd. *commemorabitur.*—18 Steph. e Ms. Lambini *nisi mihi signum.*—19 Leid. *fugiens.*—20 Lall. e Ms. Guelf. *refert:* Græv. *rem refert:* Cujacii Ms. et Lamb. *rem defert.*—1 Garaton. conj. *ille a prætore arcessitus, rem dem.* Verba *rem demonstrat* suspicabantur Grutero.

CAP. XL. 2 Post *prætermittendum* Huyd. a m. pr. addit *est.*—3 Huyd.

NOTÆ

[r] *Proagoro*] Summus Tyndaritanorum magistratus proagorus dictus est. De illo superius.

que constituant. Vix erat hoc plane etiam[4] imperatum, cum illum spoliatum, stipatumque lictoribus videres. Omnes ideo putabant,[5] ut miser atque innocens virgis cæderetur. Fefellit hæc homines[6] opinio. Virgis iste cæderet sine causa socium[7] populi Romani atque amicum? non usque eo improbus:[8] non omnia sunt in eo uno vitia: nunquam fuit crudelis: leniter hominem clementerque accepit. Equestres sunt medio in foro Marcellorum statuæ, sicuti fere ceteris in oppidis Siciliæ: ex quibus iste C. Marcelli[s] statuam delegit; cujus officia in illam civitatem totamque provinciam[9] recentissima erant et maxima. In ea Sopatrum, hominem tum[10] domi nobilem, tum summo magistratu præditum, divaricari[t] ac deligari jubet. 87. Quo cruciatu sit affectus, venire in mentem necesse est omnibus, cum esset vinctus nudus in aëre,[u] in imbri,[11] in frigore. Neque tamen finis huic injuriæ crudelitatique fiebat, donec populus, atque[12] universa multitudo, atrocitate rei misericordiaque commota, senatum clamore coëgit, ut ei simulacrum[13] illud Mercurii polliceretur. Clamabant[14] fore, ut ipsi sese Dii immortales ulciscerentur: hominem interea perire innocentem non oportere. Tum frequens senatus ad istum venit: pollicetur signum. Ita Sopater de statua C. Marcelli, cum jam pæne obriguisset,[15] vix vivus aufertur. Non possum disposite[q] istum accusare,[16] si cupiam: opus est non solum ingenio, verum etiam artificio quodam singulari. XLI. 88. Unum hoc crimen videtur esse, et a me pro uno ponitur, de Mercurio Tyndari-

[q] *Distincte.*

permaximus.—4 Leid. Guelf. Reg. Lamb. Græv. Beck. Schutz. omittunt *etiam.*—5 Reg. et Lamb. *omnes id fore put.*—6 Huyd. *hic hom.*—7 Idem Ms. *nisi causa sociumque.*—8 Hervag. Cam. Steph. et Lamb. *eo est improb.*—9 Mss. nonnulli et edd. vett. cum Oliv. et Lall. *in illa civitate totaque provincia.*—10 Steph. et Lamb. *cum.*—11 Huyd. *ut imbri.*—12 Loco *populus atque* Leid. habet *pulsetur.*—13 Huyd. *ut et sim.* Steph. Lamb. et Orell. *ut ipsi sim.*—14 Græv. *clamabat.*—15 ψ et Huyd. *obduruisset.*—16 Huyd. Ven. 1483. Junt. Vict. *eum accusare.*

NOTÆ

[s] *C. Marcelli*] Marcellus paulo ante Siciliæ præfuit.

[t] *Divaricari*] Id est, extendi apertis cruribus.

[u] *In aëre*] Suspensus videlicet.

tano: plura sunt: sed ea quo pacto distinguere ac separare possim, nescio. Est pecuniarum captarum, quod signum a sociis pecuniæ magnæ sustulit. Est peculatus, quod publicum[17] populi Romani signum, de præda hostium captum, positum imperatoris nostri nomine, non dubitavit auferre. [*p.* 221.] Est majestatis, quod imperii nostri gloriæ rerumque gestarum monumenta evertere[18] atque asportare ausus est. Est sceleris, quod religiones maximas violavit. Est crudelitatis, quod in hominem innocentem, in socium nostrum[19] atque amicum, novum ac singulare supplicii genus excogitavit. 89. Illud vero quid sit, jam non queo dicere:[20] quo nomine appellem, nescio, quod in C. Marcelli statua. Quid est hoc? patronusne quod erat? quid tum? quo id spectat? utrum ea res ad opem, an ad calamitatem clientium atque hospitum valere debebat? an ut hoc ostenderes, contra vim tuam, in patronis præsidii nihil esse? quis hoc non intelligeret, in improbi præsentis imperio majorem esse vim, quam in bonorum absentium[1] patrocinio? an vero ex hoc illa tua singularis significatur insolentia, superbia, contumacia? detrahere videlicet aliquid te de amplitudine[2] Marcellorum putasti. Itaque nunc Siculorum Marcelli non sunt patroni: Verres in eorum locum substitutus est. 90. Quam in te tantam virtutem esse, aut dignitatem arbitratus es, ut conarere clientelam tam illustrem, tam splendidæ[3] provinciæ, transducere ad te,[4] auferre a certissimis antiquissimisque[5] patronis? Tu ista stultitia,[6] nequitia, inertia, non modo totius Siciliæ, sed unius tenuissimi Siculi clientelam tueri potes? Tibi Marcelli statua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit? tu ex illius honore in eos ipsos, qui honorem illi[7] habuerant, supplicia quærebas? Quid postea? quid tandem tuis statuis fore arbitrabare?[8] an vero id, quod accidit? Nam

CAP. XLI. 17 Leid. Guelf. et Mss. Lambini cum Lamb. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *publicum*: ceteri *publice*.—18 Gulielm. conj. *avertere*.—19 Ms. Lambini *in innoc., in hominem, in socium vestrum*.—20 Huyd. *quero*. Pro *dicere* in Leid. *debere*.—1 In Huyd. deest *absentium*.—2 ψ, Huyd. et edd. pr. *magnitudine*.—3 Ms. Lambini *tam splendidæ, tam illustris*. Herel. quoque *illustris*.—4 Lamb. *traducere*, et Huyd. *ad se*.—5 Leid. *acutissimisque*.—6 *Stul-*

Tyndaritani statuam istius, quam sibi propter Marcellos, altiore etiam basi poni jusserat, deturbarunt, simulac successum isti[9] audierunt. XLII. Dedit igitur tibi[10] fortuna Siculorum C. Marcellum judicem, ut, cujus ad statuam Siculi, te prætore, alligabantur, ejus religioni te eundem vinctum astrictumque dederemus.[11] 91. Ac primo, judices, hoc signum Mercurii dicebat iste Tyndaritanos C. Marcello huic Æsernino[x] vendidisse: atque hoc sua causa etiam Marcellum[12] ipsum sperabat esse dicturum: quod mihi nunquam verisimile visum est, adolescentem illo loco natum, patronum Siciliæ, nomen suum isti ad translationem criminis commodaturum. Verumtamen ita res mihi tota provisa[13] atque præcauta est, uti, si maxime esset inventus, qui in se suscipere istius culpam crimenque cuperet; tamen is proficere nihil posset: eos enim testes deduxi,[14] et eas literas deportavi, ut de istius facto dubium nemini esse posset. 92. Publicæ literæ sunt, deportatum esse Mercurium Messanam sumtu publico. Dicunt, quanti: præfuisse huic negotio publice legatum Poleam. Quid? is ubi est?[15] præsto est: testis est. Proagori Sopatri jussu. Quis est hic? qui ad statuam astrictus est. Quid? is ubi est?[16] testis est: vidistis hominem, et verba ejus audistis.

titia non est in Leid.—7 Idem Ms. omittit *illi*.—8 Reg. *arbitrabere*.—9 ψ et Huyd. *secessum istius*.

CAP. XLII. 10 *Dedit igitur tibi nunc* Ms. Reg. cum Lamb. Græv. et Orell. *Dedit nunc igitur tibi* Guelf. Beck. Schutz. et Orell. *Nunc* vulgo omittitur. —11 Pro vulg. *dedamus*, e conjectura *dederemus* edidit Ern. quem Harles. Beck. et Schutz. sequuntur. In Leid. et Reg. *ejus religioni te isti devinctum adstrictumque dedamus*. Lamb. conj. legend. *astrictumque videamus*. Madvig. mavult *ejus religione* (ut in Ms. Reg.) *te istic devinctum adstrictumque videamus*. —12 Ms. Lamb. *M. Marcello*, et mox *M. Marcellum*; 'quod est considerandum,' ait Orell., citans Fragm. Capit. Ludorum Secularium apud Piranes. n. XXXI. ubi est M. Marcellus Marci filius, Marci nepos. Pro *Æsernino* ψ habet *Æserniæ*, Huyd. *Æsermiē*. Inter *etiam* et *Marcellum* Leid. inserit *in*.— 13 Mss. nonnulli cum Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. Oliv. et Lall. *prævisa*.— 14 Franc. 1. Ms. Lamb. et Ms. Ursini cum Ven. 1480. *adduxi*. Herel. censet copulam ante *eas literas* delend. Mox *dub. esse nem. posset* Græv. *nem. dub. esse posset* Ven. 1483. Junt.—15 Huyd. sic interpungit, *Quid is? ubi est?* Mox idem Ms. ante *Proagori* repetit *ubi est*.—16 Leid. *strictus est. Quid is?*

NOTÆ

[x] *Æsernino*] Æsernia urbs Samnitum est in Italia; a qua Æserninus.

Demoliendum curavit Demetrius[17] gymnasiarchus,[y] quod is eo loco[18] præerat. Quid? hoc nos dicimus? immo vero ipse præsens:[19] Romæ nuper istum esse pollicitum,[20] sese id signum legatis esse redditurum, si ejus rei testificatio tolleretur, cautumque esset,[1] eos testimonium non esse dicturos. Dixit[2] hoc apud vos Zosippus, et Hismenias, homines nobilissimi, et principes Tyndaritanæ civitatis.

XLIII. 93. Quid? Agrigenti[3] nonne ejusdem P. Scipionis monumentum, signum Apollinis pulcherrimum, cujus in femine[4][z] literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum, ex Æsculapii[a] religiosissimo fano sustulisti? quod iste, judices, cum clam[5] fecisset, cum ad suum scelus illud furtumque nefarium[6] quosdam homines improbos duces atque adjutores adhibuisset, vehementer commota civitas est. [*p.* 222.] Uno eodemque tempore[7] Agrigentini beneficium Africani, religionem domesticam, ornamentum urbis, indicium victoriæ,[b] testimonium societatis,[c] requi-

ubi est? Verba *testis est* absunt a ψ, Leid. Huyd. Reg. Franc. 1. Ven. 1483. Junt. prob. Grævio.—17 *Democritus* Mss. nonnulli, cum Hervag. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall.—18 Huyd. Leid. et edd. ante Lamb. cum Orell. *ei loco.*—19 Lamb. *præsens ait.*—20 Guelf. Græv. Beck. et Orell. *nuper istum ipsum esse poll.* Vict. Cam. Harles. et Schutz. *nuper istum esse poll.* Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. Oliv. et Lall. *nuper ipsum esse poll.*—1 ψ *cautumque esse.*—2 *Dixit* offendit Hotomannum, qui videndum esse monuit annon in Ms. quodam videretur *dixere.* Dein Lamb. legit *Sosippus.* Mox Orell. jubet *Ismenias* legi.

CAP. XLIII. 3 Vulg. *Agrigento.* Ern. e conj. edidit *Agrigenti,* et sic Harles. Beck. Schutz. et Orell.—4 Leid. et Guelf. *femore.* Pro *literulis* in Leid. *literis.*—5 *Quid, quid, judices, cum iste clam* Ms. ap. Lamb. *quod quidem, judices, cum iste clam* e quatuor Mss. Pariss. ediderunt Lall. Beck. et Orell.—6 Mss. quidam et edd. ante Steph. *nefarios.* Hotom. conjiciebat, melius utrumque et *nefarium* et *improbos* abfore.—7 *Uno eodem temp.* edd. vett. cum Grut. Græv. Oliv. et Lall. *Uno et eodem temp.* Lamb. *Uno enim temp.* Orell. e Ms. Reg. *Uno*

NOTÆ

[y] *Gymnasiarchus*] Qui alicui præest exercitationi, sive illa sit animi, sive corporis, gymnasiarchus dicitur.

[z] *In femine*] Femen pars cruris interior est, quæ tangit alteram.

[a] *Æsculapii*] Æsculapius Apollinis ex Coronide Nympha filius, qui traditus Chironi, ab eo medicinam edoctus est: is a Pausania medicinæ Deus celebratur.

[b] *Victoriæ*] Contra Carthaginenses.

[c] *Societatis*] Cum pop. Rom. societatem inierant Siculi.

rebant. Itaque ab illis,[8] qui principes in ea civitate erant, præcipitur, et negotium datur quæstoribus et ædilibus, ut noctu vigilias agerent ad ædes sacras. Etenim iste[9] Agrigenti (credo propter multitudinem illorum hominum atque virtutem, et quod cives Romani, viri fortes ac strenui et honesti, permulti in illo oppido, conjunctissimo animo, cum ipsis Agrigentinis vivunt ac negotiantur) non audebat[10] palam tollere, aut poscere, quæ placebant. 94. Herculis templum est apud Agrigentinos, non longe a foro, sane sanctum apud illos et religiosum. Ibi est ex ære simulacrum ipsius Herculis, quo non facile quicquam dixerim me vidisse pulchrius, (tametsi non tam multum in istis rebus intelligo, quam multa vidi) usque eo, judices, ut rictum[11] ejus ac mentum paulo sit attritius, quod in precibus et gratulationibus[12] non solum id venerari, verum etiam osculari solent. Ad hoc templum, cum esset iste Agrigenti, duce Timarchide, repente, nocte intempesta, servorum armatorum fit concursus atque impetus. Clamor a vigilibus fanique custodibus tollitur: qui primo cum obsistere ac defendere conarentur, male mulcati[13] clavis ac fustibus repelluntur. Postea convulsis[14] repagulis, effractisque valvis, demoliri signum, ac vectibus[d] labefactare conantur. Interea ex clamore fama tota urbe percrebruit,[15] expugnari Deos patrios, non hostium adventu nec opinato,[16] neque repentino prædonum impetu, sed, ex domo atque cohorte prætoria,[17] manum fugitivorum instructam armatamque venisse. 95. Nemo Agrigenti neque ætate tam affecta, neque viribus tam infirmis[18] fuit, qui non illa nocte, eo nuntio,[19] excitatus

eodemque temp. tacite Ern. Harles. Beck. et Schutz.—8 Lamb. *ab iis.*—9 Huyd. *isti.* Mox ψ, Huyd. *pro multitudine,* et mox *virtute.* Vid. Nott. Varr.—10 Leid. *audebant.* Tum Reg. Franc. 1. Guelf. cum Steph. Lamb. et Græv. *palam poscere aut tollere.*—11 Mss. quidam et edd. ante Lamb. *rictus.*—12 Lipsius, Elect. II. 6. volebat *gratationibus.*—13 *Mulctati* edd. ante Lamb. qui e conj. edidit *mulcati ;* et sic omnes edd. recentt.—14 Leid. *commissis.*—15 Al. *percrebuit.*—16 In Mss. quibusdam et edd. ante Lamb. desunt verba *nec opinato.*—17 Ms. Lambini *prætoris.*—18 ψ *infirmus.*—19 Huyd. *numero.*

NOTÆ

[d] *Ac vectibus*] Vectibus utuntur bus movendis.
opifices in saxis et gravioribus oneri-

surrexerit, telumque, quod cuique fors offerebat,[20] arripuerit. Itaque brevi tempore ad fanum ex urbe tota concurritur. Hora[1] amplius jam in demoliendo signo permulti homines moliebantur: illud interea nulla lababat ex parte;[2] cum alii vectibus subjectis conarentur commovere, alii deligatum omnibus membris rapere ad se funibus. Repente[3] Agrigentini concurrunt: fit magna lapidatio: dant sese in fugam istius præclari[4] imperatoris nocturni milites. Duo tamen sigilla perparvula tollunt, ne omnino inanes ad istum prædonem religionum reverterentur. Nunquam tam male[5] est Siculis,[r] quin aliquid[6] facete et commode dicant; velut in hac re. Aiebant, in labores Herculis non minus hunc immanissimum Verrem,[e] quam illum aprum Erymanthium referri oportere. XLIV. 96. Hanc virtutem Agrigentinorum imitati sunt Assorini[f] postea, viri fortes et fideles, sed nequaquam ex tam ampla, neque tam ex[7] nobili civitate. Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. Is apud illos habetur Deus, et religione maxima colitur. Fanum ejus est in agro propter ipsam viam, qua Assoro itur Ennam.[g] In eo Chrysæ est simulacrum, præclare factum e marmore: id iste poscere Assorinos propter singularem ejus fani religionem non ausus est. Tlepolemo dat Hieronique[8] negotium. Illi noctu, facta manu,[s] armatique[9] ve-

[r] *Tantum malum accidit Siculis.* [s] *Manu comparata.*

—20 Edd. ante Lamb. *sors*, et Huyd. *efferebat.*—1 Steph. Lamb. et Orell. *Horam.*—2 Huyd. *jamque illud nutabat ex parte.* In ψ quoque, cum Ven. 1483. Junt. Crat. *nutabat*, omisso *nulla.* Schutz. edidit *illud interea nulla nutabat ex parte.*—3 Leid. et Reg. *funibus, ac rep.*—4 Huyd. *præclarissimi.* —5 ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. *tantum male.*—6 Huyd. *aliud.*

CAP. XLIV. 7 Lamb. *ex tam.* Mox *Crisas* Huyd. *Cryses* scribi voluit Ursinus ex nummo antiquissimo. Vid. Nott. Varr.—8 Huyd. Leid. *et Hieroni*, omisso *dat.*—9 *Accinctaque* Leid. *armataque* ψ, Guelf. Reg. Cujac. Hittorp.

NOTÆ

[e] *Immanissimum Verrem*] Ludit in Verris nomine, et apro Erymantho, qui ab Hercule occisus est.

[f] *Assorini*] Assorini ab Assoro urbe dicti sunt, quæ in Sicilia inter Ennam et Agyrium oppidum sita est.

[g] *Ennam*] Enna urbs est in ipso Siciliæ umbilico, templo Cereris quondam illustris.

niunt: fores ædis effringunt: æditui[10 h] custodesque mature sentiunt: signum, quod erat notum vicinitati,[11] buccina datur: homines ex agris concurrunt: ejicitur fugaturque Tlepolemus; neque quicquam ex fano Chrysæ, præter unum perparvulum[12] signum ex ære, desideratum est. 97. Matris Magnæ[i] fanum apud Enguinos[13] est. [*p.* 223.] Jam enim mihi non modo breviter de unoquoque dicendum,[14] sed etiam prætereunda videntur esse permulta, ut ad majora istius et illustriora in hoc genere furta et scelera veniamus. In hoc[15] fano loricas galeasque æneas, cælatas opere Corinthio, hydriasque grandes, simili in genere, atque eadem arte perfectas, idem ille P. Scipio, vir omnibus rebus præcellentissimus, posuerat, et suum nomen inscripserat.[16] Quid jam de isto plura dicam, aut querar? omnia illa, judices, abstulit: nihil in religiosissimo fano, præter vestigia violatæ religionis, nomenque P. Scipionis, reliquit. Hostium spolia, monumenta imperatorum, decora atque ornamenta fanorum posthac, his præclaris nominibus[k] amissis, in instrumento ac supellectili[17] C. Verris numerabuntur. 98. Tu videlicet solus vasis Corinthiis delectaris? tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta solertissime perspicis?[18] Hæc Scipio ille non intelligebat, homo doctissimus atque humanissimus? Tu sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis, intelligis et

Pariss. Pall. et edd. pr. cum Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *armatique* ceteri.—10 Aul. Gell. Noct. Att. XII. 10. *æditimi*, et sic Lamb. Beck. Schutz. Vid. Nott. Varr.—11 Leid. *notum in civitate.*—12 Huyd. *parvulum.*—13 *Eguinos* Pal. 2. Hittorp. et Cujac. *Æginnos* Pal. 1. *Inguinos* al.—14 Edd. vett. cum Orell. post *dicendum* addunt *est*, quod tacite omittit Grut. quem alii secuti sunt.—15 In Huyd. non legitur *hoc.*—16 Leid. *scripserat.*—17 Ms. Lamb. *atque in supellectile.* Mox *nominabuntur* ψ, Reg. Franc. 1. Ms. Lamb. et edd. pr.

NOTÆ

[h] *Æditui* [*æditimi*] Volunt aliqui legi *æditui;* sed cur non *æditimi*, cum M. Varro in lib. II. ad Marcellum sermone 'æditimum' dici oportere censeat magis quam 'æduituum.' Is autem est æditimus, sive æduituus, qui ædem aliquam, sacram maxime, custodit.

[i] *Matris Magnæ*] Cybeles Magna Deorum Mater dicitur.

[k] *Præclaris nominibus*] Nomina sunt imperatorum, qui multa Siciliensibus restituerunt, quæ ab hostibus fuerant abrepta.

judicas?[19] Vide, ne ille non[20] solum temperantia, sed etiam intelligentia te, atque istos, qui se elegantes dici volunt, vicerit. Nam quia,[1] quam pulchra essent, intelligebat, idcirco existimabat, ea, non ad hominum luxuriem, sed ad ornatum fanorum atque oppidorum esse facta, ut posteris nostris monumenta religiosa esse videantur.

XLV. 99. Audite etiam singularem ejus, judices, cupiditatem, audaciam, amentiam, in his[2] præsertim sacris polluendis, quæ non modo manibus attingi, sed ne cogitatione quidem[3] violari fas fuit. Sacrarium Cereris est apud Catinenses, eadem religione, qua Romæ, qua in ceteris locis, qua prope in toto orbe terrarum. In eo sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum; quod viri, non modo cujusmodi esset, sed ne esse quidem sciebant: aditus enim in id sacrarium non est viris: sacra per mulieres ac virgines confici solent. Hoc signum noctu clam istius servi ex illo religiosissimo atque antiquissimo fano sustulerunt: postridie sacerdotes Cereris, atque illius fani antistitæ,[4][1] majores natu, probatæ ac nobiles mulieres, rem ad magistratus suos deferunt. Omnibus acerbum, indignum, luctuosum denique videbatur. 100. Tum iste permotus illa atrocitate negotii, ut ab se sceleris istius suspicio demoveretur,[5] dat hospiti suo cuidam negotium, ut aliquem reperiret, quem ea fecisse insimularet; daretque operam, ut is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine. Res non procrastinatur: nam cum iste Catina[6] profectus esset, servi cujusdam nomen defertur. Is accusatur: ficti testes in eum dantur: rem cunctus senatus Catinensium legibus judicat.[7] Sacerdotes vocantur: ex his quæritur secreto in curia, quid

—18 ψ, et Huyd. *præcipis*.—19 Pro *judicas* Leid. habet *vides*.—20 Leid. caret *non*.—1 In ψ et Huyd. deest *quia*.

CAP. XLV. 2 Lamb. et Orell. *in iis*.—3 *Quidem* non est in Huyd.—4 Mss. nonnulli et edd. vett. *antistites*.—5 Leid. et Guelf. *dimoveretur*; unde Ern. dedit *removeretur*: et sic Harles. Beck. Schutz. et Orell. *demoverctur* alii.—6 Edd. ante Ern. *Catinam*. Ern. e Guelf. et Lall. e tribus Pariss. ediderunt *Catina*: et sic Harles. Beck. Schutz. et Orell.—7 Leid. *judicabat*.—8 Guelf.

NOTÆ

[1] *Antistitæ*] Antistitæ, sive antistites, sacris Cereris præerant.

esset factum, quemadmodum arbitrarentur signum esse ablatum.[8] Respondent illæ, prætoris in eo loco[9] servos esse visos. Res, quæ esset jam[10] antea non obscura, sacerdotum testimonio perspicua esse cœpit. Itur in consilium: 101. servus ille innocens omnibus sententiis absolvitur, quo facilius vos hunc omnibus[11] sententiis condemnare possetis.[12] Quid enim postulas, Verres? quid speras? quid spectas?[13] Quem tibi aut Deorum, aut hominum,[14] auxilio putas futurum? Eone tu servos ad spoliandum[15] immittere ausus es, quo liberos adire, ne orandi quidem causa, fas erat? hisne rebus manus afferre non dubitasti, a quibus etiam oculos cohibere te religionum jura cogebant? tametsi ne oculis quidem captus[16] in hanc fraudem tam sceleratam ac tam nefariam decidisti. [*p.* 224.] Nam id concupisti, quod nunquam videras: id, inquam, adamasti, quod antea non aspexeras: auribus tu tantam cupiditatem concepisti: ut eam non metus, non religio, non Deorum vis, non hominum existimatio contineret. 102. At ex viro bono audieras, credo, et bono auctore.[17] Qui id potest, qui ne ex viro quidem audire potueris? Audisti igitur ex muliere; quoniam[18] id viri neque vidisse, neque nosse poterant. Qualem porro illam fœminam fuisse putatis, judices? quam pudicam, quæ cum Verre loqueretur? quam religiosam, quæ sacrarii[19] spoliandi ostenderet rationem? At minime mirum, quæ sacra per summam castimoniam virorum ac mulierum fiant, eadem per istius stuprum ac flagitium esse violata.[20] XLVI. Quid ergo? hoc[1] solum

Grut. Oliv. et Lall. *quid esse factum arbitrarentur; quemadmodum signum esse abl.* Vid. Nott. Varr.—9 Huyd. *in illo loco.*—10 In Mss. quibusdam et edd. vett. deest *jam*, quod Orell. uncis includit.—11 Huyd. *omnium.*—12 Stephani Ms. *possitis.*—13 Erf. Lamb. et Orell. *quid speras? quid expectas?* et sic legend. conjecit Herel. Omittunt *quid spectas* ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. —14 Leid. *aut Deum aut hominem.*—15 Edd. ante Ern. cum Harles. et Orell. post *spoliandum* exhibent *fanum*, quod Ern. e conj. delevit, et quem Beck. ac Schutz. sequuntur.—16 Lamb. legi voluit *tametsi non oculis sane captus.* Mox Lamb. *incidisti:* Leid. *dedisti.*—17 Leid. *ut bono auct.* Dein *Qui id potes* Guelf. Reg. et Mss. Lambini cum Lamb. Græv. Beck. et Orell. *Qui id pote est* conj. Lamb.—18 *Quoniam* in Leid. deest.—19 In Mss. nonnullis et edd. vett. *sacrarium.*—20 Reg. *An minime mirum ... violata?* Huyd. *At nimium quæ sacra, &c.* Pro *virorum* Lall. Schutz. et Orell. ediderunt *virginum* e conj. Hotomanni. Vid. Nott. Varr. Loco *fiant* ψ et Huyd. habent *erant.*

auditione expetere cœpit, cum id ipse non vidisset? immo vero alia complura:[2] ex quibus eligam spoliationem nobilissimi atque antiquissimi fani; de qua priore actione testes dicere audistis. Nunc eadem illa, quæso, audite, et diligenter, sicut adhuc fecistis, attendite. 103. Insula est Melita,[m] judices, satis lato ab Sicilia mari periculosoque disjuncta; in qua est eodem nomine oppidum, quo iste nunquam accessit: quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit. Ab eo oppido non longe, in promontorio, fanum est Junonis antiquum; quod tanta religione semper fuit, ut non modo illis Punicis bellis, quæ in his fere locis navali copia[3] gesta atque versata sunt; sed etiam in[4] hac prædonum multitudine[n] semper inviolatum sanctumque fuerit. Quin etiam hoc memoriæ proditum est, classe quondam Masinissæ[5] regis[o] ad eum locum appulsa, præfectum regium dentes eburneos, incredibili magnitudine, e fano sustulisse, et eos in[6] Africam portasse, Masinissæque donasse. Regem quidem[7] primo delectatum esse munere: post, ubi audisset, unde essent, statim certos homines in quinqueremi misisse, qui eos dentes reportarent.[8] Itaque in his inscriptum[9] literis Punicis fuit: 'regem Masinissam imprudentem accepisse: re cognita, reponendos restituendosque curasse.'[10] Erat præterea magna vis eboris, multa ornamenta, in quibus eburneæ Victoriæ, antiquo opere ac summa arte perfectæ. 104. Hæc iste omnia, ne multis morer, uno impetu,[11] atque

Cap. xlvi. 1 Schutz. *Quid? ergo hoc*, improb. Orell.—2 Priscian. pag. 769. ed. Putsch. *compluria*. Tum Ms. Ursini *ex quibus unam elig.*—3 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *navali prælio*.—4 *In* ante *hac* non est in Leid. —5 Lamb. *Masanissæ*, et passim.—6 Huyd. omittit præpositionem.—7 Reg. et Lamb. non habent *quidem*.—8 Leid. et Ms. ap. Lamb. *reponerent*.—9 Ven. 1483. Junt. Lamb. *scriptum*.—10 Reg. et Ms. ap. Steph. *re cogn., reportandos cur.* Leid. *re cogn., reponendos cur.* Muretus conj. *re cogn., reportandos restituendosque cur.*—11 Huyd. *moror*. Verba *uno impetu atque* absunt a ψ et Huyd.

NOTÆ

[m] *Melita*] Melita insula maris Libyci, inter Siciliam et Africam sita.

[n] *Multitudine*] Prædones vicit, et expulit ex illo mari Pompeius.

[o] *Masinissæ regis*] Vide Val. Max. v. 1. Masinissa rex fuit Numidarum, primo hostis, postea socius populi Romani.

uno nuntio, per servos Venerios, quos ejus rei causa miserat, tollenda atque asportanda curavit. XLVII. Pro Dii immortales! quem ego hominem accuso? quem legibus ac judiciali jure[12] persequor? de quo vos sententiam per tabellam feretis?[p] Dicunt legati Melitenses publice, spoliatum templum esse Junonis; nihil istum in religiosissimo fano reliquisse: quem in locum classes hostium sæpe accesserint;[13] ubi piratæ fere quotannis hyemare soleant; quod neque prædo violarit antea, neque hostis[14] attigerit; id ab uno isto sic spoliatum esse, ut nihil omnino sit relictum. Hic nunc aut iste reus, aut ego[15] accusator, aut hoc judicium appellabitur? criminibus enim coarguitur, aut[16] suspicionibus in judicium vocatur? Dii ablati, fana vexata, nudatæ urbes reperiuntur. Earum autem rerum nullam sibi iste neque inficiandi rationem, neque defendendi facultatem reliquit: omnibus in rebus coarguitur a me, convincitur a testibus, urgetur confessione sua, manifestis in maleficiis tenetur, et manet etiam, ac tacitus facta mecum sua recognoscit.

105. Nimium mihi diu[17] videor in uno genere versari criminum. Sentio, judices, occurrendum esse satietati aurium animorumque vestrorum. Quam ob rem multa prætermittam. Ad ea autem, quæ dicturus sum, reficite vos, quæso, judices, per Deos immortales! [*p.* 225.] per[18] eos ipsos, de quorum religione jam diu dicimus, dum id ejus facinus commemoro et profero, quo provincia tota commota est: de quo si paulo altius ordiri,[19] ac repetere memoriam

Cap. XLVII. 12 Ms. Steph. *legibus aut judiciali jure:* Ern. conj. *legibus, judicio ac jure.* Lambino suspectum erat verbum *judiciali,* quod Beck. et Orell. uncis includunt.—13 ψ, Ven. 1483. Junt. *accesserunt.* Mox ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. *solebant.*—14 *Neque unquam hostis* Reg. et Mss. Lambini cum ed. Lamb. Græv. Lall. Harles. Beck. et Orell.—15 Ab Huyd. abest *aut* ante *iste,* et a ψ *ego* ante *accusator.*—16 *Haud* e Franc. 1. habent Græv. Oliv. et Lall. atque adeo post *vocatur* colon ponunt.—17 *Diu* non est in Leid.—18 *Per* ante *eos ipsos* in Ms. Stephani deest.—19 ψ et Huyd. *ordiar.*

NOTÆ

p *Per tabellam feretis*] Finita accusatione, vel defensione, tabellæ judicibus dabantur, ut ferrent sententiam, quas in urnam conjiciebant.

religionis videbor, ignoscite. Rei magnitudo me breviter perstringere atrocitatem criminis non sinit. XLVIII. 106. Vetus est hæc opinio, judices,[20] quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atque monumentis, insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberæ[q] consecratam. Hoc cum ceteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam[1] persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur. Nam et natas esse has in his locis Deas,[2] et fruges in ea terra primum repertas arbitrantur: et raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore (qui locus, quod in media est insula situs, umbilicus Siciliæ nominatur); quam cum investigare et conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse[t] tædas iis ignibus,[3] qui ex Ætnæ vertice erumpunt: quas sibi cum ipsa præferret, orbem omnium[4] peragrasse terrarum. 107. Enna autem, ubi ea, quæ dico, gesta esse memorantur, est loco præcelso[5] atque edito; quo in summo est æquata agri planities, et aquæ perennes: tota vero ab[6] omni aditu circumcisa atque diremta[u] est: quam circa lacus lucique sunt plurimi et lætissimi[7] flores omni tempore anni; locus ut ipse[8] raptum illum virginis, quem jam a pueris accepimus, declarare videatur. Etenim propter[x] est spelunca[9] quædam, conversa ad aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem[r] patrem ferunt repente cum curru extitisse, abrep-

[t] *Accendisse.* [u] *Disjuncta.* [x] *Juxta.*

CAP. XLVIII. 20 Huyd. caret *judices.*—1 Steph. et Lamb. *ita.* Mox Ms. in marg. ed. Lamb. *ut in animis.*—2 Ab Huyd. abest *Deas*, et mox verba *primum repertas.*—3 ψ *ex his ign.* Huyd. *ex iis ign.*—4 *Orbem omnem* e Ms. dedit Lamb. quem Schutz. et Orell. sequuntur; prob. Garaton.—5 Reg. Lamb. et Steph. *perexcelso.*—6 Mss. pauci et edd. vett. omittunt præpositionem ante *omni.* Mox pro *diremta* ψ, Huyd. Reg. habent *directa.*—7 Leid. *latissimi:* ψ, Huyd. et edd. ante Grut. *lectissimi.*—8 *Ipse* non est in Huyd.—9 Ursini Ms. *Etenim propter eam est spel. &c.* Lambini Ms. Ven. 1483. Junt.

NOTÆ

[q] *Liberæ*] Libera, seu Proserpina, Cereris filia dicta est. Significat hæc terræ fœcunditatem, quæ cum aliquando defuisset, dedit occasionem fabulæ quæ de ejus raptu circumfertur.

[r] *Ditem*] Dis, Jovis et Neptuni frater, Inferorum Deus, qui et Pluto

tamque ex eo loco virginem secum asportasse, et subito non longe a Syracusis penetrasse sub terras, lacumque in eo loco repente extitisse: ubi usque ad hoc tempus Syracusani festos dies anniversarios agunt, celeberrimo virorum mulierumque conventu. XLIX. Propter hujus opinionis vetustatem, quod eorum in his locis vestigia, ac prope incunabula reperiuntur Deorum, mira quædam tota Sicilia privatim ac publice religio est Cereris Ennensis. Etenim multa sæpe[10] prodigia vim ejus numenque declarant: multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxilium ejus oblatum est, ut hæc insula ab ea non solum diligi, sed etiam incoli custodirique videatur. 108. Nec solum Siculi, verum etiam ceteræ gentes nationesque Ennensem Cererem maxime colunt. Etenim, si Atheniensium sacra[y] summa cupiditate expetuntur, ad quos Ceres in illo errore venisse dicitur, frugesque[11] attulisse; quantam esse religionem convenit eorum, apud quos eam natam esse et fruges[12] invenisse constat? Itaque apud patres nostros, atroci ac difficili reipublicæ tempore, cum, Ti. Graccho occiso, magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur,[13] P. Mucio, L. Calpurnio consulibus,[s] aditum est ad libros Sibyllinos; in quibus[14] inventum est, Cererem antiquissimam placari oportere. Tum ex amplissimo collegio decemvirali[15][t] sacerdotes populi Romani, cum esset in urbe nostra Cereris pulcherrimum et magnificentissimum templum, ta-

[y] *Mysteria.*

Steph. Lamb. *Etenim prope est spel. &c.* ψ et Huyd. *Etenim propter eam Ditem, &c.* omissis vocibus intermediis. Ante *qua* Lamb. habet præpositionem *ex.* Pro *ferunt* in Huyd. legitur *fecerunt.* Mox Leid. *stetisse.*

CAP. XLIX. 10 Huyd. *multa spe.*—11 Idem Ms. *frugemque.*—12 ψ *frugem.* Dein Ern. conj. *constet* legend.—13 Huyd. *ex ostensis protenderetur.*—14 ψ, Huyd. *a quibus:* Leid. et Stephani Ms. *ex quibus.*—15 Ursinus conj. *quindecimvirali.* Mox pro *urbe nostra Cereris* Huyd. habet *Sicilia.* In ψ deest

NOTÆ

dicitur; utroque nomine a divitiis ducto, quæ ab inferis, id est, intimis terræ visceribus eruuntur.

[s] *Publio Mucio, L. Calpurnio consulibus*] A. U. C. 620. consulatum gesserunt.

[t] *Decemvirali*] Fuit societas, seu collegium, decem virorum, qui libris Sibyllinis præerant.

men usque Ennam profecti sunt. Tanta enim erat auctoritas et[16] vetustas illius religionis, ut, cum illuc irent, non ad ædem Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderentur. 109. Non obtundam diutius: etenim jamdudum vereor,[17] ne oratio mea, aliena ab judiciorum ratione, et quotidiana[18] dicendi consuetudine esse videatur. Hoc dico, hanc ipsam Cererem, antiquissimam, religiosissimam, principem omnium sacrorum, quæ[19] apud omnes gentes nationesque fiunt, a C. Verre ex suis templis ac sedibus esse sublatam. [*p.* 226.] Qui accessistis Ennam, vidistis simulacrum Cereris e marmore, et in altero templo Liberæ. Sunt ea perampla atque præclara, sed non ita antiqua. Ex ære fuit quoddam modica amplitudine, ac singulari opere, cum facibus, perantiquum, omnium illorum, quæ sunt in eo fano, multo antiquissimum. Id sustulit; ac tamen eo contentus non fuit.[20] 110. Ante ædem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt, Cereris unum, alterum Triptolemi,[u] et[1] pulcherrima, et perampla. His[2] pulchritudo periculo, amplitudo saluti fuit, quod eorum demolitio atque asportatio perdifficilis[3] videbatur. Insistebat in manu[4] Cereris dextra simulacrum pulcherrime factum Victoriæ. Hoc iste e signo Cereris[5] avellendum asportandumque curavit. L. Qui tandem istius animus est nunc in recognitione[6] scelerum suorum, cum ego ipse in commemoratione eorum[7] non solum animo commovear, verum etiam corpore perhorrescam? Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentem: versantur ante oculos omnia: dies ille, quo[8] ego Ennam cum venissem, præsto mihi sa-

Cereris.—16 Copula non est in Huyd.—17 Mss. plerique et edd. ante Grut. cum Orell. *Non obt. diutius aures vestras: jamdudum ver.* Vulg. ut Ern.—18 Ms. Steph. *et a quot.*—19 Huyd. *sacrorumque.*—20 Lamb. *nec tamen eo contentus fuit.*—1 *Et* ante *pulcherrima* in Ms. Steph. deest.—2 Leid. non agnoscit *His.*—3 Huyd. *difficilis.*—4 Lamb. *e manu.* Mox ante *simulacrum* Ms. Steph. addit *grande.*—5 Lamb. *in signo;* et Huyd. *ceteris.*

Cap. L. 6 Guelf. Reg. Cujac. et Memmian. *recordatione.*—7 Huyd. *ipso-*

NOTÆ

[u] *Triptolemi*] Triptolemus delatus triticum serendum. in Eleusim Atticæ, incolis distribuit

cerdotes Cereris cum infulis[x] ac verbenis[y] fuerunt: concio conventusque civium; in quo ego cum loquerer,[9] tanti fletus gemitusque[10] fiebant, ut acerbissimus tota urbe luctus versari videretur. 111. Non illi decumarum imperia,[z] non bonorum direptiones, non iniqua judicia, non importunissimas[11] istius libidines, non vim, non contumelias, quibus operti[12] oppressique erant, conquerebantur: Cereris numen, sacrorum vetustatem, fani religionem, istius sceleratissimi atque audacissimi supplicio expiari volebant: omnia se cetera pati ac negligere dicebant. Hic dolor erat tantus, ut Verres, alter Orcus,[13] [z] venisse Ennam, et non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur. Etenim urbs illa non urbs videtur, sed fanum Cereris esse. Habitare apud sese Cererem[14] Ennenses arbitrantur; ut mihi non cives illius civitatis, sed omnes sacerdotes, omnes accolæ[15] [a] atque antistites Cereris esse videantur. 112. Enna[16] tu simulacrum Cereris tollere audebas? Ennæ tu de manu Cereris Victoriam deripere, et Deam Deæ detrahere conatus es? quorum nihil violare, nihil attingere ausi sunt, in quibus erant omnia, quæ sceleri propiora sunt, quam religioni.[17] Tenuerunt enim, P. Popillio, P. Rupilio consulibus,[b] illum locum servi, fugitivi, barbari, hostes.[18] Sed neque tam servi illi[19] dominorum, quam tu libidinum; ne-

[z] *Decumæ imperatæ.*

rum.—8 Pro *quo* in Leid. legitur *cum.*—9 Leid. *quo ego colloquerer.*—10 Lamb. e Ms. *gemitus fletusque.*—11 Lamb. e Ms. *importunas.*—12 Græv. e duobus Mss. *vexati,* ut est in Guelf.—13 Leid. *Ortus.* Mox idem Ms. omittit *asportasse.*—14 Lamb. *apud Cererem sese.*—15 Gulielm. conj. *sacricolæ.*—16 Vulg. *Ennæ.* E Ms. Guelf. *Enna* dedit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—17 Ern. conj. *in quibus erant omnia sceleri propiora quam religioni.*

NOTÆ

[x] *Cum infulis*] Infulæ sacerdotum sunt insignia, quibus utebantur in sacris faciendis.

[y] *Verbenis*] Verbena gramen est ex arce cum sua terra revulsum, sed quod postea ad omne herbarum genus translatum est, quæ ex puro loco collectæ sunt, et in sacris adhibentur.

[z] *Alter Orcus*] Orcus Latinis est Pluto, qui summus Deus est Inferorum, et Proserpinam rapuit.

[a] *Accolæ*] Populares et concives accolæ vocantur.

[b] *Consulibus*] A. U. C. 621.

que tam fugitivi illi a dominis, quam tu a jure et a legibus; neque tam barbari lingua et natione illi, quam tu natura et moribus; neque illi tam hostes hominibus, quam tu Diis immortalibus. Quæ deprecatio est igitur ei reliqua,[a] qui indignitate servos, temeritate fugitivos,[20] scelere barbaros, crudelitate hostes vicerit? LI. 113. Audistis Theodorum, et Numinium,[1] et Nicasionem, legatos Ennenses, publice dicere, sese a suis civibus hæc habere mandata, ut ad Verrem adirent, et eum simulacrum Cereris et Victoriæ reposcerent: id si impetrassent, tum ut morem veterem Ennensium conservarent; publice in eum (tametsi vexasset Siciliam) tamen, quoniam hæc a majoribus constituta[2] accepissent, testimonium ne quod dicerent. Sin autem ea non reddidisset, tum ut judicio adessent, tum uti de ejus injuriis judices docerent, sed multo maxime de religione quererentur. Quas illorum querimonias nolite, per Deos immortales, aspernari; nolite contemnere ac negligere, judices. Aguntur injuriæ sociorum; agitur vis legum; agitur existimatio veritasque judiciorum: [*p.* 227.] quæ sunt omnia permagna; verum illud maximum: tanta religione obstricta tota provincia est; tanta superstitio ex istius facto[3] mentes omnium Siculorum occupavit, ut, quæcumque accidant publice vel privatim[4] incommoda, propter eam causam scelere istius[5] evenire videantur. 114. Audistis, Centuripinos, Agyrinenses, Catinenses, Herbitenses, Ennenses, complures[6] alios, publice dicere, quæ solitudo esset in agris, quæ vastitas, quæ fuga aratorum, quam deserta, quam inculta, quam relicta omnia. Ea tametsi[7] istius multis et variis

[a] *Restat.*

In Huyd. *propriora.*—18 Huyd. *hospites.*—19 Idem Ms. *illorum.*—20 Verba *temeritate fugitivos* in ψ et Huyd. desunt. Pro *scelere* aptius hic esset *feritate*, ait Schutz. Tum Huyd. *vicerat.*

CAP. LI. 1 Orell. e Leid. *Numenium.*—2 Lamb. e Mss. suis et Græv. e Reg. ediderunt *instituta*, ut est in Guelf., et Hotomannus conjecerat legend. Mox Huyd. *reddidissent*, et Leid. *tum ut in jud.*—3 Franc. 1. *furto*, prob. Græv. In ψ *fausto:* Huyd. *fastu.*—4 Leid. Steph. et Lamb. *publice privatimque.*—5 *Sceleris istius* Guelf. Reg. et Steph. *scelusque istius* Lamb. e Ms. Vulg. *scelere istius;* quæ voces Ernesto et Beckio suspectæ erant. Gruter. judicabat verba *propter eam causam* spuria esse. Harles. tantum aut *istius* aut *eam* omitti jubet.—6 Steph. et Lamb. *compluresque.*—7 Leid. *Ea ita tam-*

injuriis acciderunt; tamen hæc una causa in opinione Siculorum plurimum valet, quod, Cerere violata, omnes cultus fructusque Cereris in his locis interiisse arbitrantur. Medemini religioni sociorum,[8] judices: conservate vestram. Neque enim hæc externa vobis religio,[9] neque aliena: quod si esset, si suscipere eam nolletis, tamen in eo, qui violasset, sancire[b] vos velle oporteret. 115. Nunc vero in communi omnium gentium religione, inque his sacris, quæ majores nostri ab exteris nationibus ascita atque arcessita coluerunt,[10] (quæ sacra, ut erant re vera, sic appellari Græca voluerunt) negligentes ac dissoluti, si cupiamus[11] esse, qui possumus?

LII. Unius etiam urbis, omnium pulcherrimæ[12] atque ornatissimæ, Syracusarum direptionem commemorabo, et in medium proferam, judices; ut aliquando totam hujus generis orationem[13] concludam ac definiam. Nemo fere vestrum est, quin, quemadmodum captæ sint a M. Marcello[c] Syracusæ, sæpe audierit, nonnunquam etiam in annalibus legerit. Conferte hanc pacem cum illo bello; hujus prætoris adventum, cum illius imperatoris victoria; hujus cohortem impuram, cum illius exercitu invicto;[14] hujus libidines, cum illius continentia: ab illo, qui cepit, conditas; ab hoc, qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas. 116. Ac jam[15] illa omitto, quæ disperse a me multis locis dicentur ac dicta sunt: forum Syracusanorum, quod introitu Marcelli purum a cæde[16] servatum est, id adventu Verris Siculorum[17] innocentium sanguine redundasse:

[b] *Decernere.*

etsi.—8 ψ *religioni Siculorum.* Mox post *vestram* ψ, Huyd. et edd. ante Lamb. addunt *auctoritatem.*—9 Huyd. Leid. et edd. vett. *vobis est religio.*—10 ψ *accessa col.* Huyd. *accessa voluerunt.*—11 Huyd. *cupimus.*

CAP. LII. 12 Hotomannus e § 117. legi voluit *Græcarum omn. pulch.* Lamb. edidit *omnium Græcarum urbium pulch.*—13 Al. *rationem.* Tum Gulielm. conj. *concl. atque finiam:* Gruter. maluit *concl. et desinam.* Porro in Huyd. *Nemo vero vestrum.*—14 Huyd. *exercitu juncto.*—15 ψ, Huyd. et edd. pr. *Nunc jam.* Mox al. *multis in locis.*—16 ψ, Huyd. et edd. vett. *Marc. a plurima cæde.*—17 ψ et Huyd. *ad adventum Verris singulorum.*—18 Ern. dubi-

NOTÆ

[c] *M. Marcello*] Describit hanc Marcelli victoriam Livius lib. XXV.

portum Syracusanorum, qui tum et nostris classibus et Carthaginiensium clausus fuisset, eum, isto prætore, Cilicum myoparoni[d] prædonibusque patuisse. Mitto adhibitam vim ingenuis, matresfamilias violatas; quæ tum, urbe capta, commissa non sunt, neque odio hostili, neque licentia militari, neque more belli, neque jure victoriæ: mitto, inquam, hæc omnia, quæ ab isto per triennium perfecta[18] sunt: ea, quæ conjuncta cum illis rebus sunt, de quibus antea dixi, cognoscite. 117. Urbem Syracusas maximam esse Græcarum urbium[19] pulcherrimamque omnium, sæpe audistis. Est, judices, ita, ut dicitur: nam et situ est, cum munito,[20] tum ex omni aditu, vel terra, vel mari, præclaro ad aspectum: et portus habet prope in ædificatione aspectuque[1] urbis inclusos; qui cum diversos inter se aditus habeant, in exitu conjunguntur et confluunt. Eorum conjunctione pars oppidi, quæ appellatur Insula, mari disjuncta angusto, ponte rursum adjungitur et continetur.[2] LIII. 118. Ea tanta est urbs, ut ex quatuor urbibus maximis constare dicatur: quarum una est ea, quam dixi, Insula; quæ duobus portubus cincta, in utriusque portus ostium aditumque projecta est:[c] in qua domus est, quæ regis Hieronis[3] fuit, qua prætores uti solent. In ea sunt ædes sacræ complures; sed duæ, quæ longe ceteris antecellunt:[4] Dianæ una; et altera, quæ fuit ante istius adventum ornatissima, Minervæ. [*p.* 228.] In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium; qui fluctu[5] totus operiretur, nisi muni-

[c] *Extenditur.*

tabat, annon *perpetrata* legendum esset.—19 Omittunt *urbium* Hittorp. Cujac. Reg. et Græv. qui quoque auctoritate Ms. Reg. edidit *pulcherrimam*, sine copula. In Leid. et Reg. legitur *Græcorum*.—20 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. *est communito:* unde Schutz. edidit *est tum communito*.—1 Herelius conj. *accessuque*, vel *sinuque* ex v. 37.—2 Leid. *eu quæ appellatur Insula continetur, mari disj. ang., ponte rursum adjung. continenti.* Pro *adjungitur* Lamb. *conjungitur.*

CAP. LIII. 3 Hittorp. *Gelonis*.—4 Leid. *antecedant.* Vox *una* post *Dianæ* in ψ, Huyd. Leid. et Reg. deest. Verba *et altera* quoque non habet Leid.—

NOTÆ

[d] *Myoparoni*] Myoparo, nomen navigii.

tione ac mole lapidum a mari disjunctus esset. 119. Altera autem est urbs Syracusis, cui nomen Acradina[6 e] est; in qua forum maximum, pulcherrimæ porticus, ornatissimum prytaneum,[f] amplissima est curia, templumque egregium Jovis Olympii: ceteræque urbis partes, una[7] lata via perpetua, multisque transversis divisæ, privatis ædificiis continentur. Tertia est urbs, quæ, quod[8] in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, Tycha[9 g] nominata est; in qua et[10] gymnasium amplissimum est, et complures ædes sacræ; coliturque ea pars, et habitatur frequentissime. Quarta autem est urbs,[11] quæ quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur; quam ad summam[d] theatrum est maximum: præterea duo templa sunt egregia, Cereris unum, alterum Liberæ; signumque Apollinis, qui Temenites[12 h] vocatur, pulcherrimum et maximum; quod iste si portare potuisset, non dubitasset auferre. LIV. 120. Nunc ad Marcellum revertar, ne hæc[13] a me sine causa commemorata esse videantur; qui cum tam præclaram urbem vi copiisque cepisset, non putavit ad laudem populi Romani hoc pertinere, hanc pulchritudinem, ex qua præsertim nihil periculi[14] ostenderetur, delere et extinguere. Itaque ædificiis omnibus, publicis et privatis, sacris et profanis sic pepercit, quasi ad ea defendenda[15] cum exercitu, non expug-

[d] *In cujus extrema parte.*

5 Leid. *qui fluens fluctu.*—6 ψ *Achardina:* Huyd. *Archadina:* Ven. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell. *Achradina.*—7 Steph. *partes quæ una.*—8 Leid. *quæque.* Pro *Fortunæ* in Huyd. legitur *fori unum.*—9 Edd. vett. *Tyche.*—10 Leid. et Steph. carent *et.*—11 Leid. et Lamb. omittunt *urbs.*—12 *Tenuites* Leid. *Temutes* ψ, Pal. 1. *Themnites* Cujac. Hittorp. *Temnites* duo Mss. Lambini: *Themotes* Vict. *Themythes* Junt. *Themictes* Crat. *Themicles* al. *Thesmothetes,* aut *Themistes,* legi voluit Hotom.

CAP. LIV. 13 Huyd. *nec hæc.*—14 *Periculi* abest a ψ et Huyd. Mox Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. Græv. Beck. Schutz. et Orell. *publicis privatis, sa-*

NOTÆ

[e] *Acradina*] Acradina Syracusanorum arx fuit, quam Marcellus cepit.

[f] *Prytaneum*] Prytaneum Athenis locus dicebatur, in quo judicia exercebantur; et ubi, qui de repub. bene meriti fuerant, sumtibus publicis alebantur. Tale fuit Syracusis.

[g] *Tycha*] Tycha una ex quatuor arcibus Syracusanis fuit.

[h] *Temenites*] Temenes locus Siciliæ juxta Syracusas, cujus incolæ Temenites appellantur.

nanda,[16] venisset. In ornatu urbis habuit victoriæ rationem, habuit humanitatis. Victoriæ putabat esse, multa Romam deportare, quæ ornamento urbi[17] esse possent; humanitatis, non plane spoliare[18] urbem, præsertim quam conservare voluisset. 121. In hac partitione ornatus, non plus victoria Marcelli populo Romano appetivit,[19] quam humanitas Syracusanis reservavit. Romam quæ asportata[20] sunt, ad ædem Honoris[i] atque Virtutis, itemque[1] aliis in locis videmus. Nihil in ædibus, nihil in hortis posuit, nihil in suburbano: putavit, si urbis ornamenta domum suam non contulisset, domum suam ornamento urbi futuram.[2] Syracusis autem permulta atque egregia reliquit: Deum vero nullum violavit, nullum attigit. Conferte Verrem; non ut hominem cum homine comparetis, ne qua[3] tali viro mortuo fiat injuria; sed ut pacem cum bello, leges cum vi, forum et jurisdictionem cum ferro et armis, adventum et comitatum cum exercitu et victoria conferatis. LV. 122. Ædes Minervæ est in Insula, de qua ante dixi; quam Marcellus non attigit; quam plenam atque ornatam reliquit: quæ ab isto sic spoliata atque direpta est, non ut ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionum[4] et consuetudinis jura retineret, sed ut a barbaris prædonibus vexata esse videatur. Pugna erat equestris Agathoclis[5][k] regis in tabulis picta præclare; his autem tabulis[6] interiores templi parietes vestiebantur. Nihil erat ea pictura nobilius; nihil Syracusis, quod magis visendum putaretur. Has tabulas

cris profanis.—15 Huyd. *deferenda.*—16 Leid. *oppugnanda.*—17 Huyd. Leid. et Steph. *urbis.*—18 *Exspoliare* Reg. et Mss. Lambini cum Steph. Græv. Beck. Schutz. et Orell.—19 Herelius conj. *acquisivit*, sive *attribuit.*—20 Huyd. *Romamque*, et Lambini Ms. *apportata;* unde Lamb. edidit *deportata*, ut est in Huyd.—1 Huyd. *item.*—2 Lamb. conj. *domui suæ ornamento urbem fut.* Tum *Syracusanis* volebat Scheller.—3 Huyd. *neque.*

CAP. LV. 4 Leid. *religionem.* Mox idem Ms. cum Steph. *contineret.*—5 Reg. et Mss. Lambini cum Græv. Beck. Schutz. et Orell. *Agathocli.*—6 *Picia: præclaris autem tab.* ♁, Huyd. Ven. 1483. Junt. In Leid. *pictis.*

NOTÆ

[i] *Ad ædem Honoris*] Romæ juxta portam Calatinam fuit ædes Honoris vota et ædificata a Marcello. Vide Liv. l. XXVII.

[k] *Agathoclis*] Fuit rex Siciliæ Agathocles, patre figulo natus.

M. Marcellus, cum omnia, illa victoria sua, profana fecisset, tamen religione impeditus non attigit: iste, cum illa jam, propter diuturnam pacem, fidelitatemque populi Syracusani, sacra religiosaque accepisset,[7] omnes eas tabulas abstulit: parietes, quorum ornatus tot sæcula manserat, tot bella effugerat,[8] nudos ac deformatos reliquit. 123. Et Marcellus, qui si Syracusas cepisset, duo templa se Romæ dedicaturum voverat, id,[9] quod erat ædificaturus, his rebus ornare,[10] quas ceperat, noluit: Verres, qui non Honori, neque Virtuti, ut[11] ille, sed Veneri et Cupidini vota deberet, is Minervæ templum spoliare conatus est. [*p.* 229.] Ille Deos Deorum spoliis ornare[12] noluit: hic ornamenta Minervæ virginis in meretriciam domum transtulit. Viginti et septem[13] præterea tabulas pulcherrime pictas ex eadem æde sustulit; in quibus erant imagines Siciliæ regum ac tyrannorum, quæ non solum pictorum artificio delectabant, sed etiam commemoratione hominum, et cognitione formarum. Ac videte, quanto tætrior[14] hic tyrannus Syracusanis fuerit, quam quisquam superiorum; cum illi tamen ornarint templa Deorum immortalium, hic etiam Deorum[15] monumenta atque ornamenta sustulerit. LVI. 124. Jam vero quid ego de valvis illius templi commemorem? Vereor, ne, hæc qui non viderunt, omnia me nimis augere atque ornare arbitrentur; quod tamen nemo suspicari debet, tam esse me cupidum,[16] ut tot viros primarios velim, præsertim ex judicum numero, qui Syracusis fuerint, qui hæc viderint, esse temeritati et mendacio meo conscios. Confirmare hoc liquido, judices, possum, valvas magnificentiores, ex auro atque ebore perfectiores, nullas unquam ullo templo[17] fuisse.

Omittunt *præclare* Leid. et Steph.—7 Huyd. Leid. et Steph. *cepisset.*—8 Reg. et Ms. Lambini cum Steph. *manserant, tot bella effugerant.*—9 Lamb. e Ms. cum Beck. Schutz. et Orell. *is id.*—10 Lamb. *iis rebus*, et Græv. e Reg. *ornari.*—11 Pro *ut* Leid. et Steph. habent *quemadmodum.* Mox ψ *his Minervæ.*—12 Lamb. ac Græv. e Reg. *ornari.*—13 Ern. *septem et viginti* legi jussit.—14 Leid. *deterior.* Tum *Syracusis* Ven. 1483. Junt. prob. Garaton. *Syracusanis* Mss. et edd. ante Lamb. cum Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *Syracusanus* ceteri.—15 Leid. Steph. et Lamb. *illorum.* Mox *sustulit* Reg. et Steph.

CAP. LVI. 16 Lamb. ratus deesse aliquod verbum, conjecit *criminandi cupidum.*—17 *Ullo in templo* Ursini Ms. et Lamb. *ullo in tempore* ψ, Huyd.

Incredibile dictu est, quam multi Græci de valvarum harum pulchritudine scriptum reliquerint. Nimium forsitan hæc illi [18] mirentur, atque efferant: esto; verumtamen honestius est reipublicæ nostræ, judices, ea, quæ illis pulchra esse videantur, imperatorem nostrum in bello reliquisse, quam prætorem in pace abstulisse. Ex ebore diligentissime perfecta argumenta[e] erant in valvis: ea detrahenda curavit omnia. Gorgonis[1] os pulcherrimum, crinitum [19] anguibus, revellit atque abstulit; et tamen indicavit, se non solum artificio, sed etiam pretio quæstuque duci; nam bullas[m] aureas omnes [20] ex his valvis, quæ erant et multæ, et graves, non dubitavit auferre; quarum[1] iste non opere delectabatur, sed pondere. Itaque ejusmodi valvas reliquit, ut, quæ olim ad ornandum templum erant maxime, nunc tantum ad claudendum factæ esse videantur. 125. Etiamne gramineas[2] hastas?[n] vidi enim vos in hoc nomine,[3] cum testes dicerent, commoveri, quod[4] erant hujusmodi, ut semel vidisse satis esset: in quibus neque manu factum quicquam, neque pulchritudo erat ulla, sed tantum magnitudo incredibilis, de qua vel audire satis esset; nimium, videre plus, quam semel. Etiamne id concupisti?[5] LVII. Nam Sappho,[o] quæ sublata de prytaneo est, dat tibi justam excusationem,[p] prope ut concedendum atque ignoscendum

[e] *Fabulæ, seu signa.*

Ven. 1483. Junt. *ullo tempore* Crat. Lamb. *illo tempore* Lamb.—18 Huyd. *hoc illi.* Steph. et Lamb. *mirantur atque efferunt.*—19 Mss. et edd. vett. *cinctum.*—20 Edd. vett. *omnes aureas.* In Huyd. deest *omnes.*—1 Huyd. *quare.*—2 Hotom. conjecit *fraxineas.*—3 *In hoc non minime* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. Oliv. Lall. *in hoc non minimum* Lamb. Tum *cum testis diceret* Steph.—4 Orellio suspectum est verbum *quod*, pro quo Leid. habet *qui.*—5 *Concupi* Huyd. *concupisci* ψ.

NOTÆ

[1] *Gorgonis*] Una ex Furiis Gorgon fuit.

[m] *Bullas*] Per bullas intelligit clavorum capita, quæ bullarum instar eminebant.

[n] *Gramineas hastas*] Recte censent omnes fere interpretes legendum esse *fraxineas*, quia cum sit procera fraxinus et teres, hastis est aptior.

[o] *Sappho*] Sappho poëtria fuit lasciva, a qua carmen Sapphicum inventum est.

[p] *Justam excusationem*] Pungit Verrem dicendo justam habuisse excusationem, nempe a loco suo dimovendi statuam illam, et apud se collocandi; quia impudica delectabatur.

esse videatur. 126. Silanionis[6] [q] opus tam perfectum, tam elegans, tam elaboratum, quisquam non modo privatus, sed populus potius haberet, quam homo elegantissimus atque eruditissimus Verres? nimirum contra dici nihil potest: nostrum enim unusquisque, qui tam beati, quam iste[7] est, non sumus, tam delicati esse non possumus: si quando aliquid istiusmodi videre[8] volet, eat ad ædem Felicitatis, ad monumentum Catuli,[r] in porticum[9] Metelli:[s] det operam, ut admittatur in alicujus istorum Tusculanum:[t] spectet forum[10] ornatum, si quid iste suorum ædilibus[11] accommodavit: Verres hæc habeat domi? Verres ornamentis fanorum atque oppidorum habeat plenam domum, villas refertas? Etiamne hujus operarii studia ac delicias, judices, perferetis? qui ita natus est, ita educatus, ita factus et animo et corpore, ut multo appositior[12] ad deferenda,[f] quam ad auferenda signa esse videatur. 127. Atque hæc[13] Sappho sublata quantum desiderium sui reliquerit,[14] dici vix potest. Nam cum[15] ipsa fuit egregie facta, tum epigramma Græcum pernobile incisum habuit in basi,[16] quod iste eruditus homo, et Græculus, qui hæc subtiliter judicat, qui solus intelligit, si unam literam Græcam scisset, certe non sustulisset.[17] [*p.* 230.] Nunc enim, quod inscrip-

[f] *Ad deportanda.*

Cap. lvii. 6 Edd. vett. *M.*, aut *Annæi*, *Silanionis:* al. *Syllanionis.*—7 Huyd. *quam ille.*—8 Idem Ms. *videtur.*—9 ψ et Huyd. *porticu.*—10 Mss. nonnulli et edd. vett. *eorum.*—11 Reg. *ædibus*, ut Hotom. conjecerat. Tum *commodavit* Lamb. *commodarit* Reg. et Steph. *accommodarit* Orell. e conj. Mox post *domi* et post *refertas* Garaton. et Herel. deleri jubent interrogandi notas.—12 Leid. *depositior.* Dein Leid. et Lamb. *ad ferenda.*—13 ψ et Huyd. *hac.*—14 Huyd. *dereliquerit.*—15 Edd. vett. *tum.*—16 Huyd. *nobile*, et Steph. *incisum est in basi.*—17 In ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. deest *certe.* Garaton. conj. legend. *certe sustulisset*, sine negatioue, pro qua Herel.

NOTÆ

[q] *Silanionis*] Silanio celebris fuit statuarius, qui nullo doctore nobilis fuit. Plin. xxxiv. 8.

[r] *Ad monumentum Catuli*] Monumentum Catuli Capitolium dictum est, quia ab eo restauratum est.

[s] *In porticum Metelli*] Metellus porticum fecit, et exornavit statuis, quas e Macedonia victor attulit.

[t] *Tusculanum*] Loquitur de Hortensii Tusculano, in quo ædem habuit. Fuit autem oppidum urbi Romæ proximum, ubi Romani ædes habebant non paucas.

tum[18] est inani in basi, declarat, quid fuerit, et id ablatum indicat. Quid? signum Pæanis ex æde Æsculapii, præclare factum,[19] sacrum et religiosum, non sustulisti? quod omnes propter pulchritudinem visere, propter religionem colere solebant? 128. Quid? ex æde Liberi simulacrum Aristei[20] non tuo imperio palam ablatum est? Quid? ex æde Jovis religiosissimum simulacrum Jovis Imperatoris,[1] quem Græci Urion[2 u] nominant, pulcherrime factum, nonne abstulisti? Quid?[3] ex æde Liberæ parvum illud caput pulcherrimum, quod visere solebamus, num dubitasti tollere? Atque ille Pæan[x] sacrificiis anniversariis simul cum Æsculapio apud illos colebatur: Aristeus, qui [ut Græci ferunt, Liberi filius,[4]] inventor olei esse dicitur, una cum Libero patre apud illos eodem erat in templo consecratus. LVIII. 129. Jovem autem Imperatorem[5] quanto honore in suo templo fuisse arbitremini, hinc colligere[6] potestis, si recordari volueritis, quanta religione fuerit eadem specie atque forma signum illud, quod ex Macedonia captum in Capitolio posuerat Flamininus.[7 y] Etenim tria ferebantur in

mavult *una*. Orell. e conj. Beckii edidit *non sustulisset* cum nota interrogationis, omisso τῷ *certe*.—18 Huyd. Steph. Lamb. *scriptum*.—19 Ern. mavult *ex æde Æscul. signum Pæanis præcl. factum*. Pro *Pæanis* Lamb. habet *Pæonis*.—20 Harles. Beck. Schutz. et Orell. *Aristæi*.—1 Laubanus conj. *Imbricitoris*, prob. Grutero. Chishull, Antiqq. Asiat. p. 62. conj. *impuberis* legend. —2 Al. *Urium:* Orell. Οὔριον.—3 Huyd. *Quod*. Tum Mss. nonnulli et edd. vett. *Liberi*. Porro *Parinum* ψ, Cujac. Reg. Pal. 2. et quatuor Pariss. cum Ven. 1483. Junt. Lall. Beck. *Parmum* Pal. 1. *parvum* vulg. Vid. Nott. Varr. Denique *soleb., dubitasti tollere* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. et Orell. *soleb., non dub. tollere* Guelf. Reg. Steph. Græv. Oliv. *soleb., num dub. tollere* ceteri; sed Beck. *num* uncis includit. Totus hic locus *Quid? ex æde Liberæ ... tollere* spurius videbatur Ernesto.—4 Schutz. delevit verba *ut Græci ferunt, Liberi filius*.

CAP. LVIII. 5 ψ *impetratorem*, et mox *impetratoris*.—6 *Arbitramini? Hinc colligere* Naug. Crat. Hervag. Cam. Lamb. Græv. Schutz. et Orell. *arbitramur? Hinc coll.* Huyd. Ven. 1483. Junt. *arbitremini, hinc colligere* dedit Ern. e conj. et quem Harles. et Beck. sequuntur. Vulg. *arbitramini, hinc colligere*. Omittunt *hinc* Guelf. et Steph. ut volebat Ern. *Conjicere* habent

NOTÆ

[u] *Urion*] Urion finium præses est.

[x] *Pæan*] Apollo Pæan dictus est ἀπὸ τοῦ παίειν, hoc est *a feriendo*, quia Pythonem sagittis suis confecit. Unde Juvenal. 'Parce, precor, Pæan! et tu depone sagittas.'

[y] *Flamininus*] Flamininus de rege Macedoniæ Philippo triumphavit.

orbe terrarum signa Jovis Imperatoris uno[8] in genere pulcherrime facta: unum illud Macedonicum, quod in Capitolio vidimus; alterum, in Ponti ore et angustiis; tertium, quod[9] Syracusis ante Verrem prætorem fuit: illud Flamininus ita ex æde sua sustulit,[z] ut in Capitolio, hoc est,[10] in terrestri domicilio Jovis, poneret. 130. Quod autem est ad introitum Ponti; id, cum[11] tam multa[12] ex illo mari bella emerserint, tam multa porro in Pontum invecta sint, usque ad hanc diem integrum inviolatumque servatum est. Hoc tertium, quod erat Syracusis, quod[13] M. Marcellus, armatus et victor, viderat;[14] quod religioni concesserat; quod cives atque incolæ Syracusani colere, advenæ non solum visere, verum etiam venerari solebant, id Verres[15] ex templo Jovis sustulit. 131. Ut sæpius ad M. Marcellum revertar, judices, sic habetote: plures esse a Syracusanis istius adventu Deos, quam victoria Marcelli homines desideratos. Etenim ille[16] requisisse dicitur etiam Archimedem[a] illum, summo[17] ingenio hominem ac disciplina, eumque cum audisset[18] interfectum, permoleste tulisse: iste omnia, quæ requisivit, non ut servaret,[19] verum ut asportaret, requisivit. LIX. Jam illa, quia leviora videbuntur,[20] ideo præteribo; quod iste mensas Delphicas e marmore, crateras ex ære pulcherrimas,[1] vim maximam va-

Steph. et Lamb. e Mss. *intelligere* Huyd.—7 Al. *Flaminius.*—8 Huyd. *tuo.* Mox *videmus* vulg. *vidimus* ex edd. Med. et Ascens. dederunt Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell.—9 Leid. *qui.*—10 Huyd. non habet *est.* Mox in ψ et Huyd. *terrestris.*—11 Leid. *quod.*—12 Leid. *tamen multa.* Dein ψ et Huyd. *injecta.*—13 Leid. *quoque.* In Huyd. deest.—14 Orell. conj. *viserat.* Herel. mavult *reliquerat.* Tum Leid. *qui relig.*—15 Beck. et Orell. e Ms. Lamb. *id C. Verres.*—16 *Ille* non est in Huyd. Mox Lamb. omittit *etiam.*—17 Ern. conj. *summum* legend.—18 E Reg. et Ms. Ursini *quem cum aud.* dederunt Græv. Beck. et Orell.—19 Lamb. *conservaret.*

CAP. LIX. 20 Leid. et Ms. Ursini *quæ leviora.* Post *videbuntur* vulgo addebantur verba *si hoc loco dicerentur;* quæ Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. deleverunt auctoritate Guelf. et Ms. Reg. Mox Leid. Steph. et Lamb. omittunt *iste.*—1 Lamb. *pulcherrimos,* ut volebat Ern.—2 Huyd. *dicere*

NOTÆ

[z] *Æde sua sustulit*] Id est, ex æde Jovis: nam non modo abstinuit a Græciæ templis, verum etiam ornamentis ea cumulavit.

[a] *Archimedem*] Archimedes fuit geometra præstantissimus, de quo Cicero in orat. pro Cluentio.

sorum Corinthiorum, ex omnibus ædibus sacris Syracusis abstulit. 132. Itaque, judices, hi, qui hospites ad ea, quæ visenda sunt, ducere solent, et unumquidque[2] ostendere, quos illi mystagogos[3 b] vocant, conversam jam habent demonstrationem suam: nam, ut ante demonstrabant, quid ubique esset; ita[4] nunc, quid undique[5] ablatum sit, ostendunt.

Quid tum? mediocrine tandem dolore[6] eos affectos esse arbitramini? Non ita est, judices: primum, quod omnes religione[7] moventur; et Deos patrios, quos a majoribus acceperunt,[8] colendos sibi diligenter et retinendos esse arbitrantur: deinde hic ornatus, hæc opera atque artificia, signa, tabulæ pictæ, Græcos homines nimio opere delectant. Itaque ex illorum querimoniis intelligere possumus,[9] hæc illis acerbissima videri, quæ forsitan nobis levia et contemnenda esse videantur. Mihi credite, judices, (tametsi vosmetipsos hæc eadem audire[10] certo scio) cum multas acceperint per hosce annos socii atque exteræ nationes calamitates et injurias; [*p.* 231.] nullas[11] Græci homines gravius tulerunt, nec ferunt,[12] quam hujuscemodi spoliationes fanorum atque oppidorum. 133. Licet iste dicat emisse se, sicuti solet dicere; credite hoc[13] mihi, judices; nulla unquam civitas tota Asia et Græcia, signum ullum, ullam[14] tabulam pictam, ullum denique ornamentum urbis, sua voluntate cuiquam vendidit: nisi forte existimatis,[15]

solent, et ψ *unum quidquid*. Porro Huyd. *offendere*.—3 Crat. *xenagogos*.—4 Huyd. Leid. Steph. et Lamb. *item*.—5 Ant. Augustin. conj. *undeque* legend.—6 Ern., deleto *ne* post *mediocri*, (quod etiam in Franc. 1. deest,) scribi vult *Quid? tum mediocri tundem dol.* vel, permutatis particulis, *Quid tandem? mediocri tum dol.* Schutz. edidit *Quid? mediocrine tum dol.* In Leid. et Guelf. *Quid tamen? mediocrine tandem dol.*—7 ψ. et Huyd. *omni relig.*—8 Verba *quos ... acceperunt* ab Ern. et Schutz. suspecta erant.—9 Steph. *possimus*. Mox ψ et Huyd. *acerrima*.—10 Huyd. *scire*.—11 ψ *nulla:* Huyd. *nullam*.—12 Reg. *graviusfuerunt ac tulerunt:* duo Mss. Lambini *gravius fleverunt ac tulerunt*.—13 Huyd. et Lamb. omittunt *hoc*.—14 Vulgo abest *ullam*, quod Ern. insernit e conj. Gulielmii, et quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur. In edd. pr. legitur *signum ullum et tabulas pictas*. Mox edd. nonnullæ exhi-

NOTÆ

[b] *Mystagogos*] Custodiæ sacrorum præfecti mystagogi dicti sunt.

posteaquam judicia severa Romæ fieri desierint,[16] Græcos homines hæc venditare[17] cœpisse, quæ tum non modo non venditabant, cum judicia fiebant, verum etiam coëmebant: aut[18] nisi arbitramini, L. Crasso,[c] Q. Scævolæ,[19] C. Claudio, potentissimis hominibus, quorum ædilitates ornatissimas[20] vidimus, commercium istarum rerum[d] cum Græcis hominibus non fuisse; iis,[1] qui post judiciorum dissolutionem[2] ædiles facti sunt, fuisse. LX. 134. Acerbiorem etiam scitote esse civitatibus falsam istam et simulatam emtionem, quam si quis clam surripiat, aut eripiat palam, atque auferat: nam turpitudinem summam esse arbitrantur, referri[3] in literas[g] publicas, pretio adductam civitatem, et pretio parvo, ea, quæ accepisset[4] a majoribus, vendidisse atque alienasse: etenim mirandum in modum Græci rebus istis, quas nos[5] contemnimus, delectantur. Itaque majores nostri facile patiebantur, hæc esse quam plurima apud socios, ut[6] imperio nostro quam ornatissimi florentissimique essent: apud eos autem, quos vectigales[7] [e] aut stipendiarios[f] fecerant, tamen hæc relinquebant, ut illi, quibus ea jucunda sunt, quæ nobis levia videntur,[8] haberent hæc oblectamenta, et solatia servitutis. 135. Quid arbitramini

[g] *Tabulas.*

bent *nullum denique.*—15 Steph. *existimetis.*—16 Guelf. Lamb. et Græv. *desierunt.*—17 *Vendere* Huyd. et nonnullæ edd. vett. Dein *quæ tamen* Huyd. Voces *non modo* absunt a ψ et Huyd. Denique *vendebant* habent ψ, Huyd. Lamb. Oliv. et Lall.—18 In Mss. plerisque ac Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. deest *aut.*—19 Huyd. *Scævola.*—20 Oliv. tacite *nobilissimas.*—1 Nonnullæ edd. vett. *his.*—2 Vulg. *dissolutiones.* Reg. cum Lamb. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *dissolutionem.*

CAP. LX. 3 ψ et Huyd. *refert.* Tum *in tabulas publicas* Leid. Reg. et Ms. Lamb.—4 ψ et Huyd. *accepissent.* Mox *abalienasse* Leid. Reg. Steph. et Lamb.—5 Leid. caret *nos.*—6 *Hæc esse apud illos quam plurima, ut* Steph. et Lamb. e Mss. *hæc esse apud illos quam plurima; apud socios, ut* Reg.—7 Huyd. *quos aut vect.*—8 Vulg. *videbantur:* Ern. e Guelf. edidit *videntur;* et sic

NOTÆ

[c] *L. Crasso, &c.*] Horum ædilitatis munera l. II. de Off. nominat.

[d] *Commercium istarum rerum*] Fuit quidem commercium illarum rerum cum illis ad ornandum forum, sed quas reddebant postea.

[e] *Vectigales*] Vectigales dicuntur, qui pendunt vectigal, ut decumas.

[f] *Stipendiarios*] Stipendiarii certum quotannis solvunt vectigal, quod stipendiarium dicitur.

Rheginos, qui jam cives Romani sunt, merere[h] [9] velle, ut ab eis marmorea Venus illa auferatur? quid Tarentinos,[g] ut Europam[10] in tauro sedentem amittant? ut Satyrum, qui apud illos in æde Vestæ est? ut cetera? quid Thespienses, ut Cupidinis signum, propter quod unum visuntur Thespiæ?[11] quid Cnidios,[12] ut Venerem marmoream? quid, ut pictam, Coos? quid Ephesios, ut Alexandrum?[13] quid Cyzicenos,[14] ut Ajacem, aut Medeam? quid Rhodios, ut Jalysum?[15] quid Athenienses, ut ex marmore Iacchum, aut Paralum[16] pictum, aut ex ære Myronis buculam? Longum est et non necessarium, commemorare, quæ apud quosque visenda sunt tota Asia et Græcia: verum illud est, quamobrem hæc commemorem;[17] quod existimare vos hoc volo, mirum quendam dolorem accidere iis,[18] ex quorum urbibus hæc auferantur. LXI. 136. Atque, ut ceteros omittamus, de ipsis Syracusanis cognoscite; ad quos ego cum venissem, sic primo[19] existimabam, ut Romæ ex istius amicis acceperam, civitatem Syracusanam propter Heraclii hæreditatem,[h] non minus esse isti amicam, quam Mamertinam propter prædarum ac furtorum omnium societatem: simul et verebar,[20] ne mulierum nobilium et formosarum gratia, quarum iste arbitrio præturam per triennium gesserat, virorumque, quibuscum illæ[1] nuptæ erant, nimia in istum

[h] *Solvere.*

Harles. Beck. Schutz. et Orell.—9 ψ, Huyd. et edd. ante Lamb. *mereri.*—10 *Illa ne auferatur ... ut ne Europam* Mss. nonnulli et edd. ante Grut. Vocem *sedentem* non agnoscunt Guelf. Cujac. Reg. quatuor Pariss. cum Lamb. Græv. Lall. et Beck.—11 Schutz. delevit verba *propter quod unum visuntur Thespiæ*, quæ Beck. uncis incluserat, tanquam e cap. 2. male repetita.—12 Leid. *Grados.*—13 Idem Ms. *Alexandram.*—14 Huyd. *Cirenos.* Mox Leid. *et Med.*—15 Huyd. *Jhalisium.*—16 *Parathalum* Huyd. *Parhalum* Leid. *Parthalum* Mss. plerique et edd. vett.—17 *Commemorarim* Mss. nonnulli cum Naug. Crat. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall.—18 *Accipere eos* Cujac. tres Pariss. et Mss. Turnebi, cum Lamb. Græv. Lall. et Beck. Pro *quendam* in Cujac. legitur *quem.*

CAP. LXI. 19 Leid. *primum.*—20 Leid. *ut verebar.*—1 ψ et Huyd. carent

NOTÆ

[g] *Quid Tarentinos*] Enumerat populos apud quos signa quædam illustria extitere.

[h] *Heraclii hæreditatem*] Vide Verr. l. II. § 35.

non modo[2] lenitudine,[i] sed etiam liberalitate oppugnarer, si quid ex literis Syracusanorum conquirerem. 137. Itaque Syracusis cum civibus Romanis eram; eorum tabulas exquirebam;[3] injurias cognoscebam. Cum diutius in negotio curaque fueram;[4] ut requiescerem, curamque animi remitterem, ad Carpinatii præclaras tabulas revertebar; ubi cum equitibus Romanis ex illo conventu honestissimis,[5] illos Verrutios,[k] de quibus ante dixi, explicabam: a Syracusanis prorsus nihil adjumenti neque publice neque privatim expectabam; neque[6] erat in animo postulare. Cum hæc agerem, repente ad me venit Heraclius is, qui tum magistratum Syracusis habebat, homo nobilis, qui sacerdos Jovis fuisset,[7] qui honos apud Syracusanos est amplissimus: [*p.* 232.] agit mecum, et cum fratre[8] meo, ut, si nobis videretur, adiremus ad eorum senatum: frequentes[9] esse in curia: se jussu senatus a nobis petere, ut veniremus. 138. Primo nobis fuit dubium, quid ageremus: deinde cito venit in mentem, non esse vitandum nobis illum conventum et locum. LXII. Itaque in curiam venimus. Honorifice sane consurgitur: nos rogatu magistratus assedimus. Incipit is loqui, qui et auctoritate, et ætate, et, ut mihi visum est, usu rerum antecedebat, Diodorus Timarchides;[10] cujus omnis oratio hanc habuit primo sententiam: Senatum populumque Syracusanum moleste graviterque ferre, quod ego, cum in ceteris Siciliæ civitatibus senatum populumque docuissem,[11] quid eis utilitatis, quid salutis afferrem,

illæ.—2 Mss. pauci et edd. vett. cum Grut. et Oliv. omittunt *modo.* Tum *lentitudine* e conj. amici Lambini recepit Lall. Vid. Nott. Varr.—3 *Scribebam* ψ, Huyd. et edd. pr. *exscribebam* Steph. Lamb. et Orell. *conquirebam* Guelf. *exquirebam* ceteri.—4 Herel. mavult *fuissem.*—5 *Honestissimos* Huyd. *hominibus honestissimis* edere volebat Steph. qui habet *illius Verr.* In Huyd. *illos Verr. esse.* Ante *ex illo conv.* Reg. addit *hominibus.*—6 Pro *neque* ψ et Huyd. habent *meo.*—7 ψ et Huyd. *fuit.* Tum Lamb. e Ms. *qui honos est ap. Syr. ampl.*—8 *Cum Q. fratre* Steph. Lamb. Grut. Græv. Oliv. *cum L. fratre* Lall. e conj. ut § 145.—9 Leid. *frequentem,* non improb. Ern.

CAP. LXII. 10 Orell. e Leid. Reg. et Cujac. *Timarchidi.*—11 Huyd. *po-*

NOTÆ

[i] *Non modo lenitudine* [*non lenitudine*] Manutius vult, *non modo lenitudine,* cum sequatur, *sed etiam liberalitate.*

[k] *Verrutios*] Ministri Verris et asseclæ Verrutii dicebantur.

et cum ab omnibus mandata, legatos, literas, testimoniaque sumsissem, in illa civitate nihil ejusmodi facerem. Respondi, neque Romæ in conventu Siculorum, cum a me auxilium communi omnium legationum consilio petebatur, causaque totius ad me Siciliæ deferebatur,[12] legatos Syracusanorum affuisse; neque me postulare, ut quicquam contra C. Verrem decerneretur in ea curia, in qua inauratam C. Verris statuam viderem. 139. Quod posteaquam dixi, tantus est gemitus factus aspectu statuæ et commemoratione, ut illud in curia positum monumentum scelerum, non beneficiorum videretur. Tum pro se quisque,[13] quantum dicendo assequi[l] poterat, docere me cœpit ea, quæ paulo ante commemoravi: spoliatam urbem, fana direpta: ex Heraclii hæreditate,[14] quam palæstritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse; neque postulandum fuisse, ut ille palæstritas diligeret,[15] qui etiam inventorem olei Deum[m] sustulisset; neque illam statuam esse ex pecunia publica, neque publice[16] datam; sed eos, qui hæreditatis diripiendæ participes fuissent, faciendam statuendamque curasse: eosdem Romæ fuisse legatos, illius adjutores improbitatis, socios furtorum, conscios flagitiorum: eo minus mirari me oportere, si illi communi legatorum voluntati et saluti Siciliæ defuissent. LXIII. 140. Ubi eorum dolorem ex illius injuriis,[17] non modo non minorem,[i] sed prope majorem, quam ceterorum Siculorum esse cognovi;[18] tum ego meum animum in illos, tum mei

[i] *Nedum minorem.*

pulumque Romanum doc.—12 *Totius ad me provinciæ def.* Leid. *ad me totius Siciliæ def.* Ven. 1483. Junt. *totius provinciæ ad me def.* Lamb. e Ms.—13 ψ et Huyd. *Tum prope quisque.* Dein Leid. *docendo,* et paulo post *dicere.*—14 Hervag. et Cam. *de Heraclii hær.* In Leid. præpositio deest.—15 Verba *multo maximam partem ... diligeret* absunt a ψ et Huyd.—16 In iisdem Mss. omittuntur *neque publice.*

CAP. LXIII. 17 ψ et Huyd. non habent *ex illius injuriis.*—18 Huyd. *cognovi-*

NOTÆ

[l] *Assequi*] Dicendo nempe Latine poterat; nam Græca lingua loquebantur.

[m] *Inventorem olei Deum*] Aristæus, Bacchi filius, olei inventor dicitur.

consilii negotiique totius suscepti causam rationemque proposui: tum eos hortatus sum, ut causæ communi salutique ne deessent; ut illam laudationem,[19] quam se vi ac metu coactos, paucis illis diebus,[n] decresse dicebant, tollerent. Itaque, judices, Syracusani hæc faciunt, istius clientes atque amici. Primum mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore[20 o] conditas habebant, proferunt; in quibus ostendunt omnia, quæ dixi ablata esse, perscripta, et plura etiam, quam ego potui dicere: perscripta autem hoc modo, 'quod ex æde Minervæ' [hoc et illud abesset[1]]; 'quod ex æde Jovis; quod ex æde Liberi.' Ut quisque eis rebus tuendis conservandisque[2] præfuerat, ita perscriptum erat, cum rationem ex[3] lege redderet, et quæ acceperat, deberet tradere: petisse, ut sibi, quod hæ res abessent, ignosceretur: itaque omnes liberatos discessisse, et esse ignotum omnibus: quas ego literas obsignandas[4] publico signo deportandasque curavi. 141. De laudatione autem ratio sic reddita[5] est: primum cum a Verre literæ aliquanto ante adventum meum de laudatione venissent, nihil esse decretum: deinde, cum quidam ex illius amicis[6] commoneret, oportere decerni; maximo esse clamore et convicio repudiatos: posteaquam[7] meus adventus appropinquarit, imperasse eum,[p] qui summam potestatem haberet, ut decer-

mus. Dein *tum meum animum . . . tum ego mei* ψ, Huyd. et edd. pr. Omittunt *ego* Hervag. Cam. Steph. Grut. Oliv. et Lall. Ceteri, ut Ern.—19 *Ut ei ullam laud.* Huyd. *ut ei illam laud.* Mss. plerique et edd. ante Steph.—20 Franc. 1. *quas ærario secretiore.*—1 Schutz. delevit verba *hoc et illud abesset,* quæ Ernesto et Beckio spuria videbantur. Orell. voces *hoc et illud* uncis includit.—2 Leid. Reg. et Ms. Lambini non agnoscunt *conservandisque.*—3 Guelf. Reg. et Græv. omittunt præpositionem ante *lege.* Tum in Reg. *redderent, et quæ acceperat, deberent tradere:* Leid. *redderent, et quæ acceperant, deberent tradere.*—4 Huyd. *assignandas.*—5 Leid. Steph. et Lamb. *sic mihi redd.* Mox Steph. et Orell. *a C. Verre.*—6 ψ et Leid. *ex illis amicis.* Pro *commonerent,* debet esse aut *commonuissent,* aut *commonuerint,* ait Ern.—7 ψ

NOTÆ

n *Paucis illis diebus*] Dies intelligit quibus proxime adventurus apud eos erat.

o *Ærario sanctiore*] Ærarium sanctius dicitur, quod in extrema dumtaxat necessitate aperiebatur, et in quo sanctiora quæque asservabantur.

p *Imperasse eum*] L. Metellus prætor miserat literas ad Syracusanos, quibus imperabat, ut de laudatione Verris decernerent.

nerent:[8] decretum ita esse, ut multo plus illa laudatio[9] mali, quam boni posset[10] afferre. [*p.* 233.] Id adeo, judices, ut mihi ab illis demonstratum est, sic vos ex me cognoscite.

LXIV. 142. Mos est Syracusis, ut, si qua de re ad senatum referatur,[11] dicat sententiam, qui velit.[q] Nominatim nemo rogatur: et tamen, ut quisque honore et ætate antecedit, ita primus[12] solet sua sponte dicere: idque[13] a ceteris ei conceditur. Si quando taceant[14] omnes, tunc sortito coguntur dicere. Cum hic mos esset, refertur ad senatum de laudatione Verris. In quo primum, ut aliquid esset moræ, multi interpellant: de Sex. Peducæo,[r] qui de illa civitate,[15] totaque provincia optime meritus esset, sese antea, cum audissent, ei negotium facessitum,[16] cumque eum publice, pro plurimis ejus et maximis meritis laudare cuperent, a C. Verre prohibitos esse: iniquum esse, tametsi Peducæus eorum laudatione jam non uteretur, tamen non id prius decernere,[17] quod aliquando voluissent, quam quod tum cogerentur. 143. Conclamant omnes, et approbant ita fieri oportere. Refertur de Peducæo; ut quisque ætate et honore antecedebat, ita sententiam dixit ex ordine. Id adeo[18] ex ipso senatus consulto cognoscite: nam principum sententiæ perscribi solent.[19] Recita. (*Quod verba facta sunt de Sex. Peducæo.*) Dicit, qui primi suaserint.

et edd. vett. *et posteaquam.*—8 Huyd. *decerneret.*—9 Hervag. Steph. et Lamb. *illi laudatio.* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. addunt *aliquid* ante *mali.*—10 Mss. plerique et edd. ante Steph. cum Grut. Oliv. Lall. *possit.* Mox ψ, Huyd. et edd. vett. cum Grut. *Id ideo jud.*

CAP. LXIV. 11 Duo Mss. Lambini *referant.*—12 ψ et Huyd. *prius.*—13 Reg. Leid. Steph. *itaque.*—14 *Sin aliquando taceant* Reg. et Ms. Ursini: *sin aliquando tacent* Græv. *si quando tacent* Lamb.—15 ψ et Huyd. *ex illa civ.*—16 Schutz. e conj. Ernesti *facessi.*—17 Huyd. *tamen non prius id dec.* Mox idem Ms. *cogeretur.*—18 ψ *Ei adeo.*—19 Mss. nonnulli et edd. vett. cum Grut. *principium sententiæ perscribi solet.* Orell. conj. *præscribi* legend. Dein in ψ

NOTÆ

q *Dicat sententiam, qui velit*] Romæ, ut quisque dignitate antecedebat, ita sententiam dicebat; tum ii, quos consules rogabant: non ita apud Siculos, sed ut quisque volebat qui honore aut ætate antecederet.

r *Peducæo*] Peducæus, pater illius qui fuit Attici amicissimus.

Decernitur.[20] Refertur deinde de Verre. Dic, quæso, quomodo? (*Quod*[1] *verba facta sunt de C. Verre.*) Quid postea scriptum est? (*Cum surgeret nemo,*[s] *neque sententiam diceret,*) Quid hoc est? (*Sors ducitur.*) Quamobrem? Nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ, defensor periculorum tuorum,[2] præsertim cum inire a prætore[3] gratiam posset? nemo. Ipsi illi tui convivæ, consiliarii, conscii, socii,[4] verbum facere non audebant. In qua[5] curia statua tua stabat, et nuda filii, in ea nemo fuit, quem ne nudus[6] quidem filius[t] in nuda[l] provincia commoveret? 144. Atque etiam hoc me docent, ejusmodi senatusconsulto sese fecisse laudationem,[7] ut omnes intelligere possent, non laudationem, sed potius irrisionem[u] esse illam, quæ commonefaceret[8] istius turpem calamitosamque præturam. Etenim

[l] *Exinanita.*

et Huyd. *Recita quot.*—20 Desunt verba *Dicit, qui primi suas. Decern.* in Reg. ac Leid. et abesse posse censent Grævius, Hortensius, et Olivetus. Huyd. habet *Dicit, qui primo persuaserint. Decern.* Vid. Nott. Varr.—1 ψ et Huyd. *Quot.*—2 Leid. et Ms. Lamb. omittunt *tuorum.*—3 *Pop. Rom.* ψ, Ven. 1483. Junt. Crat.—4 *Consiliarii et conscii socii* Huyd. Ven. 1483. Junt. *consiliarii et conscii,* omisso *socii,* Crat. Hervag. Cam. Steph. Lamb. et Orell. Vulg. ut Ern. Mox Leid. *audent.*—5 In ψ, Huyd. et nonnullis edd. vett. deest *qua* ante *curia.*—6 *Et nuda in ea filii, nemo fuit nec* (*ne* Crat.) *quem nudus* ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. *et nuda in ea filii, nemo fuit quem ne nudus* Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. Ceteri ut Ern. Mox *nuda provincia,* omisso *in,* Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. *nudata provincia,* omisso *in,* Beck. e Ms. Reg. *in nudata provincia* Schutz. et Orell. e conj. Grævii: *in nuda provincia* alii.—7 '*Ejusmodi senatusconsultum sese fecisse laudationis*] Sic ex cod. Reg. præeunte Steph. in variis lectt. (nisi quod om. *sese*) ac Garatonii altera suspicione dedi ego: de casu vocis *senatusconsulti* definiri nihil potest, cum codd. edd. vett. habeant *S. C.* Proxime accedit Huyd. Ven. 1483. Junt. *S. C. sese fecisse laudationes:* unde male *senatusconsulto sese fec. laudationem* Crat. Hervag. Steph. Lamb. et seqq. præter Schutz. *Senatusconsultum sese fecisse de laudatione* Lambini suspicio, non recepta; sed idem significat nostra lectio. *Ejusmodi senatusconsulti fuisse laudationem* Grævii suspic. *ejusmodi senatusconsultum sese fecisse,* omisso verbo *laudationis,* altera Garaton. suspic. unde Schutz. conj., omnium pessime, *ejusmodi senatusconsulto sese fecisse, ut.*' Orell.—8 Huyd. *commonefacerent:* Harles. conj. *communem faceret.* '*Istius turpem calamitatemque præturam*] Hoc vix Latinum. Hinc Lamb.

NOTÆ

[s] *Surgeret nemo*] Stantes sententiam dicebant.

[t] *Ne nudus quidem filius*] Verrem mordaciter ludit, quem ait in nuda statua pingi voluisse, quasi necessarii victus indigentem, et quasi sua eum avaritia exspoliasset.

[u] *Non laudationem, sed potius irrisionem*] Ita de Verre a senatu Syracusano decretum est, ut non tam eum laudaret, quam scelera ejus commemoraret.

scriptum esse ita, 'quod iste virgis neminem cecidisset;' a quo cognoscetis[9] nobilissimos homines atque innocentissimos securi esse percussos: 'quod vigilanter provinciam administrasset;' cujus omnes vigilias in stupris constat adulteriisque esse consumtas. Hoc[10] autem scriptum etiam, quod proferre non auderet reus,[11] accusator recitare non desineret, 'quod prædones procul ab insula Sicilia prohibuisset Verres;'[12] quos etiam intra Syracusanam Insulam[13] recepisset. 145. Quæ[14] posteaquam ex illis[15] cognovi, discessi cum fratre e curia, ut, nobis absentibus, si quid vellent, decernerent. LXV. Decernunt statim: primum, ut cum L. fratre[16] [x] hospitium publice fieret, quod is eandem voluntatem erga Syracusanos suscepisset, quam ego semper habuissem. Id non modo tum scripserunt, verum etiam in ære incisum nobis tradiderunt. Valde hercle te Syracusani tui, quos crebro commemorare soles, diligunt; qui cum accusatore tuo satis justam causam conjungendæ necessitudinis putant, quod te accusaturus sit, et quod ad inquirendum in te[17] venerit. Postea decernitur, ac non varie, sed prope conjunctis[18] sententiis, 'ut laudatio, quæ C. Verri decreta esset, tolleretur.' 146. At vero, cum[19] jam non solum discessio facta esset,[y] sed etiam

1566. e conj. *de istius turpi calamitosaque prætura*, parum probabiliter. Melior est Schutzii suspicio non recepta, *istius turpis calamitosæque prætura.*' Orell. Dein ψ et Huyd. *Ea enim scripta est; quod.*—9 Guelf. *cognoscis:* vulg. *cognoscitis;* et sic Orell. *cognoscetis* Ern. e conj. cum Harles. Beck. et Schutz. Conj. Manut. *cognostis.* Pro *a quo* Orell. suspic. *e quo* legend.—10 Ante *Hoc* in Leid. additur *cujusmodi constet.* Tum in eodem Ms. legitur *hoc vero scriptum est, quod:* Huyd. *hoc ut scriptum esse, quod:* ψ, Ven. 1483. Junt. *hoc ut scriptum est, quod:* Lamb. *hoc vero etiam scriptum esse:* Crat. Cam. et Orell. *hoc autem scriptum esse, quod;* sed Orell. *autem* uncis includit. Ceteri ut Ern. —11 Pro *reus* in Huyd. legitur *ejus.*—12 Pro *Verres* Hotom. reponi voluit *vero.*—13 Leid. *civitatem.*—14 Idem Ms. *Hæc.*—15 Huyd. *ab illis.*

CAP. LXV. 16 Mss. plerique et edd. vett. cum Grut. *ut L. fratri.*—17 Reg. Guelf. Steph. et Lamb. *et quod inquisitum in te.* Huyd. *venerat.*—18 Græv. et Orell. e Reg. *cunctis;* et sic edd. vett. paucæ.—19 ψ, Ven. 1483. Junt. *An eo cum:* Reg. *In eo cum:* Crat. Hervag. Cam. *Atque adeo cum:* Lamb. *Cum jam in id non solum disc. facta est, sed cum etiam id esset perscr.* Post

NOTÆ

[x] *L. fratre*] Lucius ille affinis fuit Ciceronis.

[y] *Discessio facta esset*] Senatusconsulta quædam per discessionem fiebant.

perscriptum, atque in tabulas relatum, prætor appellatur.[2] At quis appellat?[20] magistratus aliqui? nemo. Senator? ne id[1] quidem. Syracusanorum aliquis?[2] minime. Quis igitur prætorem appellat? qui quæstor istius fuerat, Cæcilius.[3] [a] O rem ridiculam! o desertum hominem! o desperatum ac relictum a magistratu Siculo![4] [*p.* 234.] Ne senatus consultum Siculi homines facere possent, ne suum jus suis moribus, suis legibus obtinere possent, non amicus istius, non hospes, non denique aliquis Siculus, sed quæstor prætorem appellat.[5] Quis hoc vidit? quis audivit?[6] Prætor æquus et sapiens dimitti jubet senatum. Concurrit ad me maxima multitudo. Primum senatores clamare, eripi sibi jus, eripi libertatem; populus senatum laudare, gratias agere;[7] cives Romani a me nusquam discedere. Quo quidem die, nihil ægrius[8] factum est, multo labore meo, quam ut manus ab illo appellatore abstinerentur.[9] 147. Cum ad prætorem in jus adissemus, excogitat sane diligenter et caute,[10] quid decernat: nam ante, quam verbum facerem, de sella surrexit, atque abiit. Itaque tum de foro, cum jam advesperasceret, discessimus. LXVI. Postridie mane ab eo postulo, ut Syracusanis liceret senatus consultum, quod pridie fecissent, mihi reddere. Ille enimvero negat; et ait, indignum facinus esse, quod ego in senatu Græco

perscriptum Hotom. putabat *S. C.* excidisse.—20 Leid. *At quis appellabat.* Pro vulg. *Magistr. aliquis* Ern. e Guelf. et edd. pr. edidit *Magistr. aliqui;* et sic Huyd. Harles. Beck. Schutz. et Orell.—1 *Is* Schutz. e conj. Ernesti.—2 Guelf. *aliqui.*—3 *Ceselius* Mss. quidam, Ven. 1483. Junt. *Cesellius* Pal. 2. *Cæcilius* vulg. *Cæsetius* Cujac. Reg. et tres Pariss. cum Lall. Beck. et Orell.—4 Huyd. *o desp. ac derelictum a mag. Sic.* al. Ms. *o desp. ac relictum! A mag. Sic.*—5 Reg. *quæstor P. R. prætorem appellat.*—6 Vulg. *aut quis aud.* Reg. Guelf. et Mss. Lambini cum Græv. Harles. Beck. Schutz. et Orell. non agnoscunt *aut.*—7 Gulielm. mavult *mihi grat. agere.* In ψ *civem Romanum.* Tum Huyd. *nunquam discedere.*—8 Leid. *egregius.*—9 Huyd. *abstineretur.*—10 Leid. *excog. sane acute.*

NOTÆ

[2] *Prætor appellatur*] L. Metellus, qui aderat, ne sinat tolli laudationem illam. Nam in provinciis jus erat ad magistratus pop. Rom. quemadmodum Romæ ad tribunos provocare.

[a] *Cæcilius*] Contra quem divinationem fecit, et qui Verris quæstor fuerat.

verba fecissem: quod quidem apud Græcos Græce[b] locutus essem, id ferri nullo modo posse.[11] Respondi homini, ut potui, ut volui, ut debui: tum multa,[12] tum etiam hoc me memini dicere, facile esse perspicuum, quantum inter hunc et illum Numidicum,[c] verum et germanum[13] Metellum,[d] interesset: illum noluisse sua laudatione juvare L. Lucullum, sororis virum,[e] quicum optime[14] convenisset: hunc homini alienissimo, a civitatibus laudationes per vim et metum comparare. 148. Quod ubi intellexi,[15] multum apud illum recentes nuntios,[f] multum tabulas non commendaticias, sed tributarias[g] valuisse; admonitu ipsorum Syracusanorum impetum in eas tabulas facio, in quibus singula perscripta[16] erant. Ecce autem nova turba atque rixa. Ne tamen istum omnino Syracusis sine amicis,[17] sine hospitibus, plane nudum esse ac desertum putetis; retinere cœpit[18] tabulas Theomnastus[h] quidam, homo ridicule insanus, quem Syracusani Theoractum vocant; qui illic[19] ejusmodi est, ut eum pueri sectentur; ut omnes, cum loqui cœperit, irrideant. Hujus tamen insania, quæ ridicula est[20]

Cap. lxvi. 11 Huyd. *id fieri nullo modo potuisse.*—12 Steph. Lamb. Schutz. et Orell. *Cum multa.* Mox Huyd. *hoc nemini dicere.*—13 Steph. Lamb. et Orell. *verum ac germ.*—14 Lamb. *quicum ei opt.*—15 Huyd. *Quod ut intell.*—16 *In quibus sigilla perscr.* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. *in quibus singula perscr.* vulg. *in quibus senatusconsulta perscr.* Leid. et Ms. Lambini cum Lamb. Beck. Schutz. et Orell. Pro *perscripta erant* Leid. habet *perscripserunt*, et Ms. Lamb. *perscripserant.*—17 Verba *sine amicis* in ψ et Huyd. desunt.—18 Lamb. *incipit.*—19 Huyd. *illuc.*—20 Huyd. caret *est.*

NOTÆ

[b] *Apud Græcos Græce*] Ex Val. Max. magistratus Romani Græcis Latine semper respondebant.

[c] *Numidicum*] Loquitur de Q. Cæcilio Metello, qui Numidiam et Jugurtham duobus prœliis vicit; unde Numidicus dictus est.

[d] *Et germanum Metellum*] Numidicum germanum Metellum appellat, quasi alii minus tanto nomine digni viderentur.

[e] *L. Lucullum, sororis virum*] Metellus Numidicus Lucullum, sororis suæ virum, juvare noluit, cum peculatus accusaretur.

[f] *Recentes nuntios*] Designat Lætilium, quo Verres nuntio utebatur.

[g] *Tributarias*] Intelligit literas, quæ Metello tribuerent munera, et promitterent.

[h] *Theomnastus*] Theomnastus, id est, Dei memor, qui Verris familiaris erat, qui Theoractus dictus est, quasi divino furore correptus; quibus no-

aliis, mihi tum molesta sane fuit: nam cum spumas ageret in ore, arderent oculi,[1] voce maxima vim me sibi afferre clamaret: copulati in jus pervenimus. 149. Hic ego postulare cœpi, ut mihi tabulas obsignare ac deportare liceret. Ille contra. Instare ego, omnium mihi tabularum et literarum fieri potestatem oportere.[i] Contra, ille furiosus[2] urgere, nihil ad se nostras leges[3] pertinere. Prætor intelligens[k] negare sibi placere, quod senatus consultum ratum esse non deberet,[4] id me Romam deportare. Quid multa? nisi vehementius homini minatus essem; nisi legum[5] sanctionem pœnamque[l] recitassem; tabularum mihi potestas facta non esset. Ille autem insanus, qui pro isto contra me vehementissime declamasset, postquam non impetravit;[6] credo, ut in gratiam mecum rediret, libellum mihi dat, in quo istius furta Syracusana perscripta erant; quæ ego antea jam ab illis[7] cognoram et acceperam. LXVII. 150. Laudent te sane jam Mamertini, qui ex tanta provincia[8] soli sunt, qui te salvum velint: ita tamen laudent, ut Hejus, qui ejus princeps legationis est, adsit: ita laudent, ut ad ea,[9] quæ rogati erunt, mihi parati sint respondere. Ac[10] ne subito a me opprimantur, hæc sum rogaturus:

—1 Leid. *arderet oculis.*—2 *Liceret. Ille contra dicere; negare illud SCtum, in quo prætor app. esset, mihi tradi oportere. Contra ille fur.* Lamb. *Liceret. Ille contra dicere: negare sese illud SCtum, in quo prætor app. esset; negare id mihi tradi oportere. Ille furiosus* Cujac. Reg. Guelf. quatuor Pariss. ac Græv. Beck. Schutz. et Orell. nisi quod Beck. et Schutz. deleverunt *Contra* ante *ille fur.* cum Mss. et edd. vett. *Liceret. Ille contra recitare omnium mihi tab. et lit. fieri pot. oportere. Ille fur.*, multis omissis, Mss. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Crat. Ceteri ut Ern.—3 ψ *vestras leges.* Mox Cujac. *Populus Romanus intell.*—4 Leid. *dubitaret.*—5 Leid. et Ms. Lambini *legis.*—6 Leid. et Steph. *impetravisset.*—7 Lall. e tribus Pariss. *ab aliis;* et sic Steph. et Lamb.

CAP. LXVII. 8 Leid. Cujac. et Lamb. *qui ex tota prov.* Steph. *quoniam ex tota prov.*—9 Mss. nonnulli et edd. vett. *ut ea*, sine præpositione.—10 ψ,

NOTÆ

minibus per contumeliam appellatus est.

[i] *Potestatem oportere*] Lege a Glabrione lata permissum fuit Ciceroni inquirenti in Sicilia omnes tabulas obsignare, et Romam deportare.

[k] *Intelligens*] Ironice loquitur.

[l] *Sanctionem pœnamque*] Sancitum fuerat ut pœna plecteretur, qui impediret quominus illas tabulas Romam Cicero ferret.

'Navem populo Romano[11] debeantne?' fatebuntur. 'Præbuerintne, prætore C. Verre?' negabunt. 'Ædificaverintne navem onerariam maximam publice, quam Verri dederint?'[12] negare non poterunt. 'Frumentumne ab his sumserit[13] Verres, [*p.* 235.] quod populo Romano mitteret, sicuti superiores?' negabunt. 'Quid militum,[m] aut nautarum per triennium dederint?'[14] nullum datum dicent. Fuisse Messanam omnium istius furtorum ac prædarum receptricem, negare non poterunt: permulta multis navibus illinc exportata: hanc navem denique[15] maximam a Mamertinis datam, onustam cum isto prætore[16] profectam fatebuntur. 151. Quamobrem tibi habe[n] sane istam laudationem Mamertinam:[17] Syracusanam quidem civitatem, ut abs te affecta est,[18] ita in te esse animatam videmus: apud quos etiam Verrea[m] illa flagitiosa sublata sunt: etenim minime conveniebat, ei Deorum honores haberi, qui simulacra Deorum sustulisset.[19] Etiam mehercule illud in Syracusanis merito reprehenderetur, si, cum diem festum[20] ludorum de fastis suis sustulissent celeberrimum et sanctissimum, quod eo ipso die Syracusæ a Marcello captæ esse dicuntur, iidem diem festum Verris nomine agerent; cum iste Syracusanis, quæ ille calamitosus dies reliquerit,[1] ademisset. At videte hominis impudentiam atque arrogantiam, judices, qui non solum Verrea hæc turpia ac ridicula ex Heraclii pecunia[2]

[m] *Quot milites.* [n] *Serva.*

Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Steph. Lamb. omittunt *Ac.*—11 Verba *populo Romano* absunt a Mss. plerisque ac edd. ante Steph. Tum *debeant ne* Ms. ad marg. Lamb. *debeant nec ne* Schutz. e conj. Goerenzii ad Cic. Acad. II. 39. Porro Leid. *Confitebuntur.*—12 Pro vulg. *dederunt* Ern. e conj. edidit *dederint;* et sic Harles. Beck. Schutz. et Orell.—13 Leid. *potuerunt. Frumentum ab his sumseritne.* Orell. solus *iis.* Tum *quod* non est in Huyd.—14 Huyd. *dederunt.*—15 Edd. vett. et Orell. *hanc denique navem.*—16 Cujac. Reg. Steph. et Lamb. omittunt *prætore.*—17 Leid. et Ms. Lamb. *Mamertinorum.*—18 ψ et Huyd. *aff. sit.*—19 Leid. *abstulisset.*—20 Idem Ms. *diem in festum.*—1 Mss. pauci cum Hervag. Cam. et Orell. *reliquerat.*—2 Huyd. *hæc turp. hæc ridic.* et Leid. *ex æra-*

NOTÆ

[m] *Verrea*] Sacra in honorem Verris instituta.

constituerit, verum etiam Marcellea[n] tolli imperarit; ut ei sacra facerent quotannis, cujus opera omnium[3] annorum sacra Deosque patrios amiserant; ejus autem familiæ dies festos tollerent, per quam ceteros quoque festos dies recuperarant.[4]

rii pecunia.—3 Leid. *operationem.*—4 Leid. *recuperarent.*

NOTÆ

[n] *Marcellea*] Sacra, seu festi dies instituti ad Marcelli gloriam; quos Verres sustulit.

ACTIONIS SECUNDÆ

IN C. VERREM

LIBER V.

DE SUPPLICIIS.

ORATIO X.

ARGUMENTUM.

Hæc oratio *De Suppliciis* inscribitur; sed de his ultima tantum, neque præcipua pars agit. Tres partes habet. Prima est de bello fugitivorum e belli Spartacici reliquiis nato, a c. 2. ad 16; altera de maritimo bello, quod contra prædones et piratas gerebatur, qui tum Siculum mare infestabant, ad c. 52.; et tertia demum de injustis contra leges Rom. a civibus Romanis sumtis suppliciis.

I. 1. Nemini video dubium esse, judices, quin apertissime C. Verres in Sicilia, sacra profanaque omnia et privatim et publice spoliarit,[1] versatusque sit, sine ulla, non modo religione, verum etiam[2] dissimulatione, in omni genere furandi atque prædandi.[a] Sed quædam mihi magnifica et præclara ejus defensio ostenditur; cui quemadmodum resistam, multo mihi ante, judices, est providendum.[3] Ita enim causa constituitur,[b] provinciam Siciliam virtute ejus[4] et vigilantia singulari, dubiis formidolosisque temporibus, a fugitivis atque a belli periculis tutam esse servatam.

[a] *Furtorum et prædarum.* [b] *Ita enim defensio paratur.*

Cap. I. 1 Huyd. *spoliatus.*—2 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. omittunt *etiam.* Dein in Leid. *simulatione.*—3 *Ante est jud. prov.* Ven. 1483. Junt. et al. edd. vett. cum Oliv. et Lall. *ante jud. est prov.* Guelf. Huyd. et edd. pr. cum Harles. Beck. Schutz. et Orell. *Est* omittunt ceteri.—4 Lamb. solus *istius.*

2. Quid agam, judices?[a] quo accusationis meæ rationem conferam? quo me vertam? ad omnes enim meos impetus, quasi murus quidam, boni nomen imperatoris opponitur. Novi locum: video,[5] ubi se jactaturus sit Hortensius. Belli pericula, tempora reipublicæ, imperatorum penuriam commemorabit: tum deprecabitur a vobis, tum etiam pro suo jure[b] contendet, ne patiamini, talem imperatorem populo Romano[6] Siculorum testimoniis[c] eripi; neve obteri laudem imperatoriam[7] criminibus avaritiæ velitis. 3. Non possum dissimulare, judices: timeo, ne C. Verres propter hanc virtutem eximiam in re militari, omnia, quæ fecit, impune fecerit. Venit enim mihi in mentem, in judicio M' Aquillii[d] quantum auctoritatis, quantum momenti oratio[8] M. Antonii habuisse existimata sit; [*p.* 236.] qui, ut erat in dicendo non solum sapiens, sed etiam fortis, causa prope perorata, ipse arripuit M' Aquillium, constituitque in conspectu omnium, tunicamque ejus a pectore abscidit, ut cicatrices populus Romanus judicesque aspicerent, adverso corpore exceptas: simul et de illo vulnere, quod ille[9] in capite ab hostium duce acceperat, multa dixit, eoque adduxit eos qui erant judicaturi, vehementer ut vererentur,[10] ne, quem virum fortuna ex hostium telis eripuisset, cum sibi ipse non pepercisset, hic non ad populi Romani laudem, sed ad judicum[11] crudelitatem videretur

Mox Faërnus conj. *totam*, prob. Ursino.—5 Huyd. *Nam locum video.* Pro *ubi* Ern. malebat *uti*, prob. Beck.—6 Steph. *populi Romani.*—7 Huyd. *imperatorum.*—8 Quidam ap. Lamb. censebat *ratio* legend., prob. Herelio.—9 Herel. conj. *quod iste.* Tum Augustinus inter Putschii Gramm. p. 2016. legit *in caput.*—10 Huyd. *verterentur.*—11 Huyd. et Leid. *judicium.* Post *crudelita-*

NOTÆ

[a] *Quid agam, judices*] Ironica dubitatio.

[b] *Pro suo jure*] Id est, pro sua virili parte, et ea potestate quam sibi vindicat in foro et in judiciis, utpote qui rex fori dicebatur.

[c] *Siculorum testimoniis*] Siculi, cum Græci sint, nullius auctoritatis esse debent apud judices, quia suspecta semper eorum fides fuit.

[d] *M' Aquillii*] M' Aquillius a L. Fufio de repetundis est accusatus, et defensus ab Antonio, qui tunicam ab ejus pectore sustulit, ut ostenderet plagarum cicatrices, quas pro reipub. salute acceperat: quibus visis, absolutus est.

esse servatus. 4 Hæc eadem [12] nunc ab illis defensionis ratio viaque tentatur: [13] idem quæritur. Sit fur, sit sacrilegus, sit flagitiorum omnium vitiorumque princeps: at est bonus imperator, et felix,[14] et ad dubia reipublicæ tempora reservandus. II. Non agam summo jure[e] tecum: non dicam id, quod debeam forsitan obtinere; [15] cum judicium certa lege[f] sit,[16] non quid in re militari fortiter feceris, sed, quemadmodum manus ab alienis pecuniis abstinueris, abs te doceri oportere: non, inquam, sic agam, sed ita quæram, quemadmodum te velle intelligo, quæ tua opera, et quanta fuerit in bello.[17]

5. Quid dices? [18] an bello fugitivorum[g] Siciliam virtute tua liberatam? magna laus; honesta [19] oratio: sed tamen quo bello? nos enim post id [20] bellum, quod M' Aquillius confecit,[h] sic accepimus, nullum in Sicilia fugitivorum bellum fuisse. At in Italia fuit.[i] Fateor, et magnum quidem ac vehemens. Num igitur ex eo bello partem aliquam laudis appetere conaris? num tibi illius victoriæ gloriam cum M. Crasso aut Cn. Pompeio communicandam [1] putas? non arbitror hoc etiam deesse [2] tuæ impudentiæ, ut quicquam ejusmodi dicere audeas. Obstitisti [3] videlicet, ne

tem Leid. addit *quæ*.—12 Leid. et paucæ edd. vett. omittunt *Hæc*.—13 Vet. cod. *temptatur*.—14 Leid. *at felix*.

Cap. II. 15 Quintilian. IX. 2. 47. *tecum jure summo, non dicam, quod forsitan obtinerem*.—16 Vulg. *certa lege sit constitutum, non quid*. Verbum *constitutum* abest a Cujac. Guelf. Leid. et id deleverunt Lamb. Ern. et Harles.—17 Leid. *bella*.—18 Leid. et Guelf. *dicis*, prob. Ern.—19 Ante *honesta* ψ, Huyd. Leid. et nonnullæ edd. vett. addunt *et*. In Huyd. et Ven. 1483. legitur *ratio*.—20 Lamb. *illud*.—1 Leid. *communicatam*.—2 Pro *deesse*, quod Huydius omittit, Schutz. e conj. Ernesti edidit *esse*.—3 Leid. *Abstitisti*.—

NOTÆ

[e] *Summo jure*] Agitur tum summo jure, cum in repetundis nihil afferri permittitur, nisi quod ad illud crimen pertinet.

[f] *Certa lege*] De pecuniis repetundis lege postulatus est in judicium Verres.

[g] *An bello fugitivorum*] Totam illius belli seriem exponit Florus Hist. l. III. Hunc consule.

[h] *Aquillius confecit*] Fame et inedia prope fugitivos ceperat Aquillius, sed illi metu supplicii, magna ex parte, sibi violentas manus intulere.

[i] *In Italia fuit*] Dux totius illius belli Spartacus fuit gladiator insignis, qui cum aliis septuaginta e ludo Lentuli aufugit: coacta fugitivorum manu et comparatis copiis, bellum illi per annos quatuor contra pop. Rom.

ex Italia transire in Siciliam fugitivorum copiæ possent. Ubi? quando? qua ex parte? cum aut navibus, aut ratibus[k] conarentur accedere? nos enim nihil unquam prorsus audivimus: et illud[4] audivimus, M. Crassi, fortissimi viri, virtute consilioque factum, ne ratibus conjunctis, freto fugitivi ad Messanam transire possent; a quo illi conatu non tantopere[5] prohibendi fuissent, si ulla in Sicilia præsidia ad illorum adventum opposita putarentur. 6. At tum in Italia bellum[6] tam prope a Sicilia,[c] tamen in Sicilia non fuit. Quid mirum? ne cum in Sicilia quidem fuit, eodem intervallo pars ejus belli in Italiam ulla pervasit. III. Etenim propinquitas ad[8] utram partem hoc loco profertur? utrum aditum facilem[l] hostibus,[m] an contagionem[9][n] imitandi ejus belli periculosam fuisse? Aditus omnis hominibus sine ulla[10] facultate navium,[o] non modo disjunctus, sed etiam clausus fuit;[11] ut illis, quibus Siciliam propinquam fuisse dicis, facilius fuerit ad oceanum pervenire, quam ad Peloridem[p] accedere. 7. Contagio autem ista servilis belli, cur abs te potius, quam ab iis omnibus, qui ceteras provincias obtinuerunt, prædicatur? an quod in Sicilia jam ante bella fugitivorum fuerunt? At ea ipsa

[c] *Esset tam prope Siciliam.*

4 Ern. conj. *at illud*, quod Schutz. recepit.—5 In Huyd. *tantopere* deest. Tum *prohibiti fuissent* Leid.—6 *At in Italia bellum* Guelf. *At cum in Italia* Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. Beck. *At cum esset in Italia* Ms. Reg. cum Lamb. Græv. Lall. et Schutz. Vulg. ut Ern.—7 Huyd. *nec cum;* et mox *persuasit.*

CAP. III. 8 Lambini Ms. Guelf. Reg. cum Lamb. Græv. Oliv. et Lall. *propinq. locorum ad.*—9 Leid. *cogitationem.* Mox Leid. et Lamb. non agnoscunt *ejus.*—10 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. omittunt *ulla.*—11 Græv. e Reg.

NOTÆ

gesseruut, quod postea a Crasso et Pompeio confectum est.

[k] *Aut ratibus*] Varro L. L. l. IV. 'Ratis dicta navis longa, propter remos; quod hi, cum per aquam sublati dextra et sinistra duas partes efficere videntur, rarescunt.'

[l] *Aditum facilem*] Nempe in Siciliam.

[m] *Hostibus*] Servorum copias intelligit, quæ in Italia plurimæ erant.

[n] *An contagionem*] Periculum erat ne servi Siculi sequerentur exemplum eorum qui erant in Italia.

[o] *Sine ulla facultate navium*] Naves non habebant illi servi fugitivi, ideoque difficilis illis fuit aditus in Siciliam.

[p] *Peloridem*] Peloris Siciliæ promontorium est Italiam versus.

causa est, cur ista provincia[12] minimo in periculo[q] sit et fuerit. Nam posteaquam illinc M' Aquillius decessit, omnium instituta atque edicta prætorum fuerunt ejusmodi, ut ne quis cum telo servus esset. Vetus est quod dicam, et propter severitatem[13] exempli nemini fortasse vestrum inauditum; L. Domitium prætorem in Sicilia, cum aper ingens ad eum allatus esset, admiratum requisisse,[14] quis eum percussisset. Cum audisset, pastorem cujusdam fuisse,[15] eum ad se vocari jussisse:[16] illum cupide ad prætorem, quasi ad laudem et ad præmium,[17] accurrisse: quæsisse Domitium, qui tantam bestiam[18] percussisset: illum respondisse, venabulo. Statim deinde jussu prætoris in crucem[19] esse sublatum. [*p.* 237.] Durum hoc fortasse videatur; neque ego ullam in partem disputo. Tantum intelligo, maluisse Domitium crudelem in animadvertendo, quam in prætermittendo dissolutum videri. IV. 8. Ergo his institutis provinciæ, jam tum, cum bello fugitivorum[20] tota Italia arderet, homo non acerrimus, nec fortissimus, C. Norbanus,[r] in summo otio fuit: perfacile enim sese Sicilia tuebatur, ne quod[1] in ipsa bellum posset existere. Etenim cum nihil tam conjunctum sit, quam negotiatores[2] nostri cum Siculis, usu, re, ratione,[s] concordia; et cum

dedit *clausus est.*—12 *Cur ipsa prov.* Mss. plerique et edd. ante Græv. qui e Reg. recepit *cur ista prov.* et sic Guelf. Harles. Schutz. Beck. et Orell.—13 Ms. Ursini *Verum est quod dicam, sed propter sev.* ipso Ursino prob. In Huyd. *quid dicam.*—14 Huyd. *reliquisse.*—15 Lamb. conj. *fecisse.*—16 Huyd. et nonnullæ edd. vett. *jussit.* Pro *cupide* Ms. Guelf. habet *oppido.*—17 *Ad laudem atque ad præmium* Reg. Crat. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *ad laudem atque præmium* Hervag. Cam. Grut. Ceteri ut Ern.—18 Mss. panci *quo tantum best.* Dein *illum se resp.* ψ, Ven. 1483. Junt.—19 Leid. *jussit prætor;* et ψ *in cruce.*

CAP. IV. 20 Pro *fugitivorum* in Leid. et Reg. *sociorum.* Mox ψ, Huyd. et edd. ante Lamb. *Cn. Norbanus.*—1 *Sicilia jam tueb., ut ne quod* Reg. Guelf. Græv. Beck. et Orell.—2 Ante *negotiatores* Huyd. repetit *possit existere.* Mox ψ non agnoscit *re* ante *ratione.* In Huyd. *usuræ ratione* legitur. Porro

NOTÆ

[q] *Minimo in periculo*] Nullum imminebat a fugitivis periculum; a prædonibus maximum, quia navibus instructi erant.

[r] *Norbanus*] Fuit prætor in Sicilia Norbanus.

[s] *Ratione*] Romani negotiatores conjuncti esse cum Siculis debuerunt, quia inter se contrahunt.

ipsi Siculi res suas ita constitutas habeant, ut his[3] pacem expediat esse; imperium autem populi Romani sic diligant, ut id imminui[4] aut commutari minime velint; cumque hæc ab servorum bello pericula,[5] et prætorum institutis, et dominorum disciplina provisa sint; nullum est malum domesticum, quod ex ipsa provincia nasci possit. 9. Quid igitur? nulline motus in Sicilia servorum Verre prætore? nullæne consensiones[6] factæ esse dicuntur? Nihil sane, quod ad senatum populumque Romanum pervenerit; nihil quod iste Romam publice conscripserit;[7] et tamen cœptum esse in Sicilia moveri aliquot locis servitium[d] suspicor. Id adeo non tam ex re,[8] quam ex istius factis decretisque cognosco. Ac videte, quam non inimico animo sim acturus. Ego ipse hæc, quæ ille[9] quærit, quæ adhuc nunquam audistis, commemorabo et proferam. 10. In Triocalino,[10][t] quem locum fugitivi jam ante tenuerant,[11] Leonidæ cujusdam Siculi familia in suspicionem vocata est conjurationis. Res delata ad istum.[u] Statim (ut par fuit) jussu ejus homines, qui nominati erant,[12] comprehensi sunt, adductique Lilybæum: domino denuntiatum est, ut adesset:[13] causa dicta[e] damnati sunt.[14] v. Quid deinde?[x] quid censetis? Furtum fortasse aut prædam expectatis[15]

[d] *Servos.* [e] *Cognita.*

ψ *conc. ipsis: et cum ipsis Sic.* Huyd. et Leid. *conc.: et cum ipsis Sic.*—3 Huyd. *habebant*, et Orell. solus *ut iis.*—4 ψ et Huyd. *minui.*—5 Huyd. *periculosa.*—6 Leid. *contentiones.*—7 Reg. Guelf. Leid. et Ms. Lambini *scripserit*; et ita edidit Schutz.—8 Huyd. *te.*—9 Leid. *ipse:* Lamb. *iste.*—10 *Triothalino* Leid. *Triochalino* Reg. Franc. 1. Hotomanni Ms. et Grut. *Tricalino* Victor. R. Steph. Lamb. Oliv. et Lall. *Triocalino* ceteri.—11 *Tenuerant* e conj. edidit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur. Vulg. *tenuerunt.*—12 Lamb. 1566. e Ms. *nom. fuerant.* Mox in Leid. *adductique ad Lilyb.*—13 Græv. Lall. Beck. et Schutz. auctoritate Reg. Guelf. duorum Mss. Lambini et trium Pariss. deleverunt verba *ut adesset.*—14 Reg. Lamb. et Beck. omittunt *sunt.*

Cap. v. 15 Quintil. ix. 2. 22. non agnoscit *expectatis*, pro quo in Leid.

NOTÆ

[t] *Triocalino*] Triocala regio Siciliæ, ubi primum bellum servile excitatum est.

[u] *Ad istum*] Ad Verrem delatum fuit Leonidæ familiam conspirare contra rempublicam.

[x] *Quid deinde, &c.*] Narratio suspensa ad Verris scelus amplificandum.

aliquam. Nolite usquequaque eadem[16] quærere. In metu belli, furandi qui locus[17] potest esse? etiamsi qua[18] fuit in hac re occasio, prætermissa est. Tum potuit a Leonida nummorum aliquid auferre, cum denuntiavit, ut adesset. Fuit nundinatio[f] aliqua, et isti non nova, ne causam diceret:[19] etiam alter locus, ut absolverentur. Damnatis quidem servis, quæ prædandi potest[20] esse ratio? produci ad supplicium necesse est. Testes enim sunt, qui in consilio fuerunt; testes, publicæ tabulæ; testis, splendidissima civitas Lilybætana; testis, honestissimus maximusque conventus civium Romanorum. Nihil[1] potest: producendi sunt. Itaque producuntur, et ad palum alligantur. 11. Etiam nunc[2] mihi expectare videmini, judices, quid deinde factum sit; quod iste nihil unquam fecit sine aliquo quæstu atque præda. Quid in ejusmodi re fieri potuit? quod commodum est?[3] Expectate facinus, quam vultis improbum: vincam tamen expectationem omnium. Nomine[4] sceleris conjurationisque damnati, ad supplicium traditi, ad palum alligati, repente, multis millibus hominum inspectantibus, soluti sunt, et Leonidæ illi domino redditi.[5] Quid hoc loco[y] potes dicere, homo amentissime? nisi id, quod ego non quæro; quod denique in re tam nefaria, tametsi[6] dubitari non potest, tamen, ne si dubitetur quidem, quæri oporteat; quid, aut quantum, aut quomodo acceperis. Remitto tibi hoc totum, atque ista te cura libero. Neque enim metuo, ne hoc cuiquam persuadeatur, ut, ad quod facinus nemo, præter te, ulla pecunia adduci potuerit, id tu gratis suscipere

[f] *Pactio pecuniaria.*

spectatis legitur.—16 ψ, Huyd. Pall. et edd. vett. *quidem:* Cujac. Græv. et Orell. *idem.*—17 Lamb. solus *locus qui.*—18 Post *qua* ψ et Huyd. addunt *sic.* —19 Guelf. et Reg. *dicerent*, prob. Grævio.—20 Leid. et Lamb. *posset.*— 1 Ante *nihil* Lamb. e Ms. inseruit *Fieri;* et sic Schutz. et Orell.—2 Edd. paucæ *Etiam num.*—3 Verba *Quid in ejusm. re fieri pot.? quod comm. est* suspicabantur Schutzio.—4 Pro *Nomine* Leid. Reg. Lamb. et Orell. habent *Homines*, probb. Gulielm. et Garaton.—5 *Et Triochalino illico dom.* Leid. *et Triochalino illi dom.* Reg. et Ms. Lamb.—6 Huyd. *tanquam.*

NOTÆ

[y] *Quid hoc loco*] Invehitur in Verris improbitatem, et exaggerat quod servos liberavit.

conatus sis. Verum de ista furandi prædandique ratione nihil dico: de hac imperatoria jam tua laude disputo. VI. 12. Quid ais, bone custos defensorque provinciæ? [*p.* 238.] tu, quos servos arma capere, ac bellum facere in Sicilia voluisse cognoras, et de consilii sententia judicaras, hos ad supplicium jam more majorum traditos, et ad palum alligatos,[7] ex media morte eripere ac liberare ausus es? ut, quam damnatis servis crucem fixeras, hanc indemnatis civibus[8] [z] Romanis reservares? Perditæ civitates, desperatis omnibus[9] rebus, hos solent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum restituantur, vincti solvantur, exules reducantur, res judicatæ[g] rescindantur. Quæ cum accidunt, nemo est, quin intelligat, ruere illam rempublicam. Hæc ubi veniunt,[10] nemo est, qui ullam spem salutis reliquam esse arbitretur. 13. Atque hæc sicubi facta sunt, facta sunt,[11] ut homines populares aut nobiles[12] supplicio aut exilio levarentur; at non ab his ipsis, qui judicassent; at non statim;[13] at non eorum facinorum damnati, quæ ad vitam et omnium fortunas[14] pertinerent. Hoc vero novum et ejusmodi est, ut magis propter reum,[15] quam propter rem ipsam credibile videatur;[16] ut homines servos, ut ipse qui judicarat, ut statim e medio supplicio dimiserit; ut ejus facinoris damnatos servos, quod ad omnium liberorum caput et sanguinem pertineret. 14. O præclarum imperatorem, nec jam cum M' Aquillio, fortissimo viro,

[g] *Sententiæ latæ.*

CAP. VI. 7 Leid. et Steph. omittunt voces *et ad palum allig.*—8 Leid. Reg. et Steph. *indemn. videlicet civ.* In ψ deest *reservares.*—9 Reg. et Ms. Lamb. *desp. jam omn.*—10 *Eveniant* Reg. *veniunt* omnes Mss. et edd. præter Guelf. Steph. Lamb. Græv. et Orell. qui habent *eveniunt.* Verba *Hæc ubi veniunt* Ernesto et Beckio spuria videbantur: Schutz. ea delevit.—11 Verba *facta sunt* semel tantum leguntur in ψ et Huyd.—12 Lamb. *pop. ut nob.* Mox Lamb. et Orell. *ab iis ipsis.* Pro *at* tribus locis in Mss. paucis et edd. vett. erat *ut.*—13 Huyd. *at statim,* sine negativa particula.—14 *Ad vitam et fort. omn.* Ven. 1483. Junt. Crat. *ad vitam et ad fort. omn.* Leid. Steph. Lamb. et Orell.—15 Herel. suspic. *propter Verrem* legend.—16 Huyd. et edd. ante

NOTÆ

[z] *Indemnatis civibus*] Civem illum intelligit, quem Messanæ sustulerat in crucem; de quo postea.

sed vero cum Paullis,[a] Scipionibus, Mariis conferendum! Tantumne vidisse in metu periculoque provinciæ? cum servitiorum animos in Sicilia suspensos propter bellum Italiæ fugitivorum videret; ne quis se commovere auderet, quantum terroris injecit! Comprehendi jussit. Quis non pertimescat? Causam dicere dominos.[17] Quid servis tam formidolosum? 'Fecisse videri'[b] pronuntiavit. Exortam videtur flammam paucorum dolore ac morte restinxisse. Quid deinde sequitur? verbera atque ignes, et illa extrema ad supplicium[18] damnatorum, metum ceterorum, cruciatus et crux. Hisce omnibus suppliciis sunt liberati. Quis dubitet,[19] quin servorum animos summa formidine[20] oppresserit,[c] cum viderent ea facilitate prætorem,[1] ut ab eo sceleris conjurationisque damnatorum vita, vel ipso carnifice internuntio,[d] redimeretur?

VII. 15. Quid? hoc in Apolloniensi[2][e] Aristodamo? quid? in Leonte Megarensi non idem fecisti? Quid? iste motus servorum,[3] bellique subita suspicio, utrum tibi tandem diligentiam custodiendæ provinciæ, an novam rationem improbissimi quæstus attulit? Halicyensis Eumenidæ, nobilis hominis et honesti, et magnæ[4] pecuniæ, villicus cum impulsu tuo insimulatus esset, H-S LX[5][f] a domino

Steph. *cred. esse vid.*—17 Lamb. e conj. omittit *dominos.* Mox *servo* et *pronuntiat* Steph. Dein *Ortam* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat.—18 Huyd. *supplicia.*—19 Idem Ms. *dubitat.*—20 Ern. dicit Ciceronem scripsisse *formido.*—1 ψ *prætoris.* Tum *ut ab eo servorum scel.* Hervag. Cam. Lamb.

CAP. VII. 2 Nonnullæ edd. vett. *Apolloniense.* Mox *in Leonte Magarensi* Huyd. Franc. 1. Ven. 1483. Crat. *in Leonida Imacharensi* Ursini Ms. et Lall. *in Leonte Macharensi* Priscian. *in Leonida Acharensi* Cujac. et Lamb. *in Leonte Imacharensi* conj. Garaton.—3 Steph. *servitiorum.*—4 *Et ante magnæ* e conj. addidit Ern. quem Harles. et Schutz. sequuntur.—5 Lamb. addit *millia.*—

NOTÆ

[a] *Paullis*] Ironica comparatio, qua ridet Verrem, dum eum ait cum summis imperatoribus qui extitere in repub. esse conferendum.

[b] *Fecisse videri*] Sic condemnabant judices, ut nunquam factum quid esse, sed tantum 'Videri factum' pronuntiarent.

[c] *Oppresserit*] Ironia.

[d] *Internuntio*] Carnifex, qui agebat de pretio Verrem inter et Leonidam, ut servi digni morte liberarentur.

[e] *In Apolloniensi*] Per interrogationem alia Verris facinora commemorat.

[f] *H-S LX*] Sex mille libras.

accepisti: quod nuper ipse juratus docuit, quemadmodum gestum esset. Ab equite Romano C. Matrinio,[6] absente, cum is esset Romæ, quod ejus villicos pastoresque tibi in suspicionem venisse dixeras, H-S centum[7 g] abstulisti. Dixit hoc L. Flavius, qui tibi eam pecuniam numeravit, procurator C. Matrinii: dixit ipse C. Matrinius: dicet[8] vir clarissimus Cn. Lentulus censor,[h] qui Matrinii honoris causa,[9] recenti negotio, ad te literas misit, mittendasque curavit. 16. Quid? de Apollonio, Diocli[10] filio, Panormitano, cui Gemino cognomen est, præteriri potest? ecquid hoc tota Sicilia clarius? ecquid indignius? ecquid manifestius[11] proferri potest? quem iste, ut[12] Panormum venit, ad se vocari, et de tribunali citari jussit, concursu magno frequentiaque conventus. Homines statim loqui: mirari, quo Apollonius,[13] homo pecuniosus, tamdiu ab isto maneret integer:[h] excogitavit:[i] nescio quid attulit:[14] profecto homo dives repente a Verre non sine causa citatur. [*p.* 239.] Expectatio summa omnium,[15] quidnam id esset; cum exanimatus subito ipse accurrit cum adolescente filio: nam pater, grandis natu, jam diu lecto tenebatur. 17. Nominat iste servum, quem magistrum pecoris esse diceret:[16] eum

[h] *Sine injuria.*

6 Huyd. *Matrino*, et passim.—7 Hic quoque Lamb. inseruit *millia*. In Huyd. et Franc. 1. *H-S centies abst.* Reg. et Steph. *H-S DC abst.*—8 In Leid. omittitur *dicet.*—9 '*Matrinii honoris causa*] Hoc sane corruptum. Ern. delend. censet *honoris*, vel legend. *hospitis*. Ego excidisse quædam reor: *Cn. Lentulus censor, quem honoris causa nomino; qui Matrinii recenti negotio, &c.* Cf. Cluent. § 118.' *Orell.*—10 *Dioclii* Pal. 2. *Dioclis* edd. vett. paucæ.—11 Cujac. *confestius;* unde Gulielm. conj. *confessius.*—12 *Quem ut* Guelf. Steph. Beck. et Orell. *quem is uti* Mss. plerique, et edd. vett. cum Grut. Græv. Oliv. et Lall. *quem iste ut* e conj. dedit Ern. quem Harles. et Schutz. sequuntur.—13 *Mirarique Apoll.* Huyd. *mirabar quod Apoll.* Reg. prob. Garaton.—14 Quidam, teste Orell., conjecit *excogitavit nescio quid; nescio quid attulit.* Schutz. sic distinguit, *excogitavit nescio quid; attulit.*—15 Steph. *hominum.*—16 Servius ad Virgil. Æn. VII. 485. sic laudat, *Nominat hominem,*

NOTÆ

[g] *H-S centum* [*H-S centum millia*] Centum millia, quæ faciunt decem librarum millia.

[h] *Censor*] Cum L. Gellio Lentulus censor fuit.

[i] *Excogitavit*] Sermo hominum fuit de Verre, aliquod crimen contra Apollonium excogitasse, quo illum citaret in judicium, quia divitiis abundabat.

dicit conjurasse, et alias familias[17] concitasse. Is omnino servus in familia non erat. Eum statim exhiberi[i] [18] jubet. Apollonius affirmare,[19] servum se omnino illo nomine habere neminem. Iste hominem abripi[20] a tribunali, et in carcerem conjici jubet. Clamare ille,[1] cum raperetur, nihil se miserum fecisse, nihil commisisse; pecuniam sibi esse in nominibus,[k] [2] numeratam in præsentia non habere. Hæc cum maxime summa hominum frequentia testificaretur, ut quivis intelligere posset, eum, quod pecuniam non dedisset, idcirco illa tam acerba injuria affici; cum maxime, ut dico, hoc de pecunia clamaret, in vincla conjectus est. VIII. 18. Videte constantiam prætoris, et ejus prætoris,[3] qui nunc reus non ita defendatur, ut mediocris prætor, sed ita laudetur, ut optimus imperator. Cum servorum bellum metueretur, quo supplicio dominos indemnatos afficiebat, hoc servos damnatos liberabat: Apollonium, locupletissimum hominem,[4] qui, si fugitivi bellum in Sicilia facerent, amplissimas fortunas amitteret, belli fugitivorum nomine, indicta causa, in vincla conjecit; servos, quos ipse cum consilio, belli faciendi causa consensisse judicavit, eos sine consilii sententia, sua sponte, omni supplicio liberavit. 19. Quid? si ab Apollonio aliquid[5] commissum est, quamobrem jure in eum animadverteretur; tamenne hanc rem[6] sic agemus, ut crimini aut invidiæ reo putemus esse oportere, si quo de homine severius judicavit?[7] Non agam tam acerbe: non utar ista accusatoria consuetudine, si quid est factum clementer, ut dissolute[l] factum criminer; si quid vindicatum severe est, ut ex eo crudelitatis

[i] *Produci.* [k] *Habere debitores.* [l] *Improbe.*

quem magistrum pecoris esse dicebat.—17 Leid. cum Steph. *et fam.*—18 *Exhibere* Grut. Græv. Oliv. Ern. Lall. Harles. errore typographico, ut aiunt Garaton. et Orell. Itaque correximus.—19 *Affirmat* ψ, Huyd. et edd. ante Grut.—20 Edd. ante Lamb. *arripi.*—1 Mss. pauci et edd. vett. *Ille clamare.* —2 Huyd. *hominibus.*

CAP. VIII. 3 Leid. et Steph. omittunt verba *et ejus prætoris.* Pro *nunc reus* ψ et Huyd. habent *in rebus.* Tum Steph. et Lamb. *defenditur . . . laudatur.*—4 Lamb. e Ms. *hom. locupl.* Mox Leid. et Ms. Lamb. *de cons.*—5 In Huyd. *aliquid* omittitur. Dein ψ, Ven. 1483. Junt. *comm. esset:* Huyd. *comm. esse.* —6 Ms. ap. Lamb. *tamen non hanc rem.*—7 Steph. e Ms. *judicaverit.* Tum

invidiam colligam. Non agam ista ratione: tua sequar judicia: tuam defendam auctoritatem, quoad tu voles: simul ac tute cœperis tua judicia rescindere,[8] mihi succensere desinito: meo enim jure contendam, eum, qui suo judicio condemnatus[9] sit, juratorum judicum sententiis damnari oportere. 20. Non defendam Apollonii causam, amici atque hospitis mei, ne tuum judicium videar rescindere: nihil de hominis frugalitate, virtute, diligentia dicam: prætermittam illud etiam, de quo antea dixi, fortunas ejus ita constitutas fuisse, familia, pecore, villis, pecuniis creditis, ut nemini minus expediret, ullum[10] in Sicilia tumultum aut bellum commoveri: non dicam ne illud quidem, si maxime in culpa fuerit Apollonius, tamen in hominem honestissimum, civitatis honestissimæ,[11] tam graviter animadverti, causa indicta, non oportuisse. 21. Nullam invidiam in te,[12] ne ex illis quidem rebus concitabo, cum esset talis vir in carcere, in tenebris, in squalore, in sordibus, tyrannicis interdictis tuis, patri exacta ætate, et adolescenti filio, adeundi ad illum miserum potestatem nunquam esse factam. Etiam illud præteribo, quotiescunque Panormum veneris illo anno, et sex mensibus, (nam[13] tamdiu fuit in carcere Apollonius,) toties ad te senatum Panormitanum adisse supplicem cum magistratibus, sacerdotibusque publicis, orantem atque obsecrantem, ut aliquando ille miser atque innocens calamitate illa liberaretur. Relinquam[14] hæc omnia; quæ si velim persequi, facile ostendam, tua crudelitate in alios, omnes tibi aditus misericordiæ judicum jampridem esse præclusos. IX. 22. Omnia igitur[15] ista concedam et remittam: prævideo enim, quid sit defensurus Hortensius.[k] [*p.* 240.] Fatebitur, apud istum[16] neque se-

in Leid. deest *tam* ante *acerbe*.—8 Post *rescindere* vulgo ponitur comma; quod Ern. mutavit in colon, auctoritate Guelf. et edd. pr.—9 Steph. et Lamb. *damnatus*.—10 ψ et Huyd. *illum*.—11 Leid. et Steph. inserunt *maximæ* ante *civitatis*. Lamb. sic habet, *in hominem honestissimæ civitatis honestissimum*.—12 Ms. Lambini *Nullam in te invid*.—13 Leid. *anno ex mens., ante*. Mox idem Ms. omittit præpositionem ante *te*.—14 In Leid. et Steph. *Relinquo*.

Cap. IX. 15 Pro *igitur*, quod in Stephani Ms. deest, Leid. habet *tibi*. Mox ψ et Leid. *prævideo*.—16 Huyd. *Fateb., ne apud istum*; et paulo post *ne*

nectutem patris, neque adolescentiam filii, neque lacrymas utriusque plus valuisse, quam utilitatem salutemque provinciæ: dicet, rempublicam administrari sine metu ac severitate non posse: quæret, quamobrem fasces prætoribus præferantur, cur secures datæ, cur carcer ædificatus, cur tot supplicia sint in improbos more majorum constituta? quæ cum omnia graviter severeque dixerit; quæram, cur hunc eundem Apollonium Verres idem, repente, nulla nova re allata, nulla defensione, sine causa de carcere emitti jusserit? tantumque in hoc crimine suspicionis esse affirmabo, ut jam ipsis judicibus, sine mea argumentatione, conjecturam facere permittam, quod hoc genus prædandi, quam improbum, quam indignum, quamque ad magnitudinem quæstus immensum infinitumque esse videatur. 23. Nam quæ [17] iste in Apollonio fecit, ea primum breviter cognoscite, quot et quanta sint: deinde hæc [18] expendite atque æstimate pecunia. Reperietis, idcirco hæc in uno homine pecunioso tot constituta, ut ceteris formidines similium incommodorum atque exempla periculorum proponerentur.[19] Primum insimulatio est repentina capitalis [l] atque invidiosi criminis: (statuite, quanti hoc [20] putetis, et quam multos redemisse: [m]) deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione: (æstimate harum rerum omnium pretia, et cogitate, in his iniquitatibus unum hæsisse Apollonium; [n] ceteros profecto multos ex his incommodis pecunia se liberasse:) postremo tenebræ, vincula, carcer, inclusum supplicium,[1] atque a

adolescentiam.—17 Huyd. *Namque.*—18 Leid. *hoc.*—19 Steph. et Lamb. *proponeret.*—20 Leid. *statuti, quanti ad hoc.* Dein *multo* ψ, Huyd. Reg. Franc. 1. et edd. vett. Denique *redemisset* Huyd.—1 Verba *inclusum supplicium* Grævius deleri jubebat, ut e gloss. enata. Vid. Nott. Varr. Tum *atque* ante *a*

NOTÆ

[l] *Defensurus Hortensius*] Causas affert, quibus Hortensius Verrem defensurus est.

[1] *Capitalis*] Crimen capitale dicitur, quod capitis pœna luitur.

[m] *Multos redemisse*] Verres, ne ejusdem criminis accusaretur, multos redemit.

[n] *Hæsisse Apollonium*] Apollonius solus tam nefario judicio condemnatus est, quia pecuniam statuto tempore non dederat.

conspectu parentum ac liberum, denique a libero spiritu et communi[2] luce seclusum: 24. hæc vero, quæ[3] vel vita[o] redimi recte possunt, æstimare pecunia non queo. Hæc omnia sero redemit Apollonius, jam mœrore ac miseriis perditus: sed tamen ceteros docuit, ante istius avaritiæ ac sceleri[4] occurrere.[p] Nisi vero existimatis, hominem pecuniosissimum sine aliqua causa[5] quæstus electum ad tam incredibile crimen, aut sine eadem causa repente e carcere emissum; aut hoc prædandi genus[q] ab isto in illo uno adhibitum ac tentatum, et non per illum omnibus pecuniosis[6] Siculis metum propositum et injectum.

X. 25. Cupio mihi, judices, ab illo subjici,[m] quoniam de militari ejus gloria dico, si quid forte prætereo. Nam mihi videor de omnibus jam[7] rebus ejus gestis dixisse, quæ quidem ad belli fugitivorum pertinerent suspicionem: certe nihil sciens prætermisi. Habetis hominis consilia, diligentiam, vigilantiam, custodiam[8] defensionemque provinciæ. Summa illuc pertinet, ut sciatis, quoniam plura genera sunt imperatorum, ex quo genere iste[9] sit. Ne diutius in tanta penuria virorum fortium talem imperatorem ignorare possitis; non ad Q. Maximi[r] sapientiam, neque ad illius superioris Africani in re gerunda celeritatem,

[m] *Suggeri.*

conspectu non est in Leid.—2 Lamb. e Ms. *atque a comm.*—3 Ab Huyd. abest *quæ* ante *vel.* Mox in ψ *æst. pecuniam.*—4 Leid. *av. scelerique.*—5 Leid. et Reg. *sine causa.* Dein *ejectum* Cujac. *injectum* ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. cum Grut. et Oliv. *objectum* Lamb. *selectum* conj. Gulielm. Vid. Nott. Varr.—6 In Reg. *pecuniosissimis.* Leid. non agnoscit voces *Siculis metum.*

CAP. X. 7 Lamb. *jam de omn.* et mox *suspicionem pert.*—8 *Custodiam* non est in ψ et Huyd.—9 Huyd. caret *iste.* Dein *Ne qui diutius . . . ign. possit*

NOTÆ

[o] *Vel vita*] Præstat potius mori, ut hæc omnia supplicia evitentur, quam illa diutius pati.

[p] *Occurrere*] Qui se redimere pecunia nolebat, sceleratus erat apud Verrem.

[q] *Prædandi genus, &c.*] Sarcasmus.

[r] *Q. Maximi*] Fabium intelligit, qui Cunctator dictus est: profert autem præcipuas illorum imperatorum in regendis exercitibus, et bellis conficiendis virtutes, ut Verrem ridiculum esse imperatorem ostendat, qui ab iis longissime abfuit.

neque ad hujus,[10] qui postea fuit, singulare consilium, neque ad Paulli rationem ac disciplinam, neque ad C. Marii vim atque virtutem, sed ad aliud genus imperatorem[11] sane diligenter retinendum et conservandum, quæso, cognoscite. 26. Itinerum primum laborem,[s] qui vel maximus est in re militari, judices, et in Sicilia maxime necessarius, accipite, quam facilem[12] sibi iste et jucundum ratione consilioque reddiderit. Primum temporibus hybernis, ad magnitudinem frigorum et ad tempestatum vim ac fluminum[13] præclarum sibi hoc remedium compararat.[14] Urbem Syracusas elegerat; cujus hic situs, atque hæc natura esse loci cœlique dicitur, ut nullus unquam dies tam magna, turbulentaque[15] tempestate fuerit, quin aliquo tempore ejus diei solem homines viderent. [*p.* 241.] Hic ita vivebat iste bonus imperator hybernis mensibus, ut eum non facile, non modo extra tectum,[16] sed ne extra lectum quidem quisquam videret. Ita diei brevitas conviviis, noctis longitudo stupris et flagitiis conterebatur.[17] [n] 27. Cum autem ver esse cœperat, (cujus initium iste non Favonio,[t] neque ab aliquo astro[18] [u] notabat; sed, cum rosam viderat,[19] [x] tunc inci-

[n] *Consumebatur.*

Reg. prob. Garaton. In Leid. *Neque diutius ... ign. possitis.*—10 ψ et Huyd. *istius.*—11 *Sed ad aliud genus imperatorum* Mss. quidam, Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. Beck. et Orell. *sed aliud genus imperatoris* Reg. et tres Pariss. cum Græv. Oliv. Lall. *sed aliud genus, imperatorem* e conj. dedit Ern. quem Harles. et Schutz. sequuntur. Lamb. edidit, *sed aliud genus imperatorum esse referendum saneque dilig. ret.*—12 Huyd. *facile.*—13 Edd. vett. *ac imbrium*, vel *atque imbrium.*—14 *Comparat* Mss. plerique et edd. vett. cum Grut. Oliv. et Lall.—15 Lamb. *ac turbulenta.*—16 Pro *tectum* in ψ legitur *cubiculum.* Mox in eodem Ms. omittitur *extra.*—17 Leid. et Steph. *continebatur.*—18 *Neque ab aliq. austro* ψ, Leid. Reg. Franc. 1. Ven. 1483. Junt. Post *notabat* Ursini Ms. addit, *Nec enim egrediebatur tecto, ut vel ventos sentire, vel cernere sidera posset.*

NOTÆ

[s] *Itinerum primum laborem, &c.*] Verrem ridiculum imperatorem ab anni temporibus describit, quibus non tam se imperatorem et prætorem, quam voluptatibus et inertiæ deditum hominem exhibebat.

[t] *Favonio*] Favonius ventus est, qui ab occasu æquinoctiali spirat; a fovendo dictus, quod cuncta foveat.

[u] *Astro*] In astro aquario, teste Varrone de Re Rust. I. 28. primus veris dies incipit.

[x] *Rosam viderat*] Cum rosæ florent, veris dies longe gratissimi sunt. Verres autem ab aspectu rosarum ver notabat.

pere ver arbitrabatur) dabat se labori atque itineribus: in quibus usque eo se præbebat patientem atque impigrum, ut eum nemo unquam in equo sedentem videret.[20] XI. Nam, ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro[y] ferebatur,[1] in qua pulvinus erat perlucidus, Melitensis,[z] rosa[2] farctus:[o] ipse autem coronam habebat unam in capite, alteram in collo, reticulumque[a] ad nares sibi admovebat,[3] tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. Sic confecto itinere, cum ad aliquod oppidum venerat, eadem lectica usque in cubiculum[4] deferebatur. Eo veniebant Siculorum magistratus, veniebant[5] equites Romani;[b] id quod ex multis juratis audistis:[6] controversiæ secreto deferebantur: paulo post palam decreta auferebantur. Deinde, ubi paulisper in cubiculo, pretio, non æquitate jura descripserat, Veneri jam et Libero reliquum tempus deberi arbitrabatur. 28. Quo loco mihi non prætermittenda videtur præclari imperatoris egregia ac singularis diligentia. Nam scitote esse oppidum in Sicilia nullum ex iis oppidis, in quibus consistere prætores,[7] [c] et conventum agere solent,[8] quo in oppido non isti ex aliqua familia non ignobili,[9] delecta[10] ad libidinem mulier esset. Itaque non-

[o] *Impletus.*

—19 Leid. *videret.*—20 Idem Ms. *viderit.*

CAP. XI. 1 Scholiastes Juvenalis, ed. Cramer. p. 39. *Nam una haud mos est Bithyniæ regibus vehi lectica, id est, octophoro* [*vehebatur*]: unde Schefferus conj. *Nam unus, ut mos est Bith. reg. &c.*—2 *Melitensi rosa* Mss. plerique et edd. vett. cum Oliv. et Lall. *Milesia rosa* Ms. Ursini. Pro *farctus* Huyd. habet *refertus.*—3 *Opponebat* Huyd. *apponebat* edd. vett.—4 ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Manut. Lamb. et Orell. *ad cubic.*—5 Steph. non agnoscit *veniebant.*—6 ψ, Huyd. et edd. vett. *audietis.*—7 Edd. vett. cum Orell. *prætores consistere.*—8 Reg. et Ms. Lamb. *soleant:* unde Græv. conj. *solebant.*—9 Cujac. *ignorabili.*

NOTÆ

[y] *Octophoro*] Ab octo hominibus ferebatur Verris lectica.

[z] *Melitensis* [*Melitensi*] Utrum rosæ Melitenses aliis suaviores sint, non constat. A plerisque *pulvinus Melitensis* legitur, quia linum illud olim in deliciis fuit.

[a] *Reticulum*] Per reticulum folliculum lineum rariore textura intelligit.

[b] *Equites Rom.*] Equites Rom. in Sicilia negotiabantur.

[c] *In quibus consistere prætores*] Conventus civium Rom. erat, qui negotiabantur in provinciis, et a prætore, cum conventum agere volebat, advocabantur.

nullæ ex eo numero in convivium adhibebantur palam. Si quæ castiores erant, ad tempus veniebant, lucem conventumque vitabant. Erant autem convivia non illo silentio prætorum[d] populi Rom.[11] atque imperatorum, neque eo pudore, qui in magistratuum conviviis versari solet,[12] sed cum maximo clamore atque convicio. Nonnunquam etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat.[13] Iste enim prætor severus ac diligens, qui populi Romani legibus[14] nunquam paruisset, illis diligenter legibus, quæ in poculis ponebantur, obtemperabat. Itaque erant exitus ejusmodi, ut alius inter manus[15] e convivio, tanquam e prælio, auferretur; alius, tanquam occisus, relinqueretur; plerique fusi[p][16] sine mente ac sine ullo sensu jacerent, quivis ut, cum aspexisset,[17] non se prætoris convivium, sed ut Cannensem[e] pugnam nequitiæ[q] videre arbitraretur. XII. 29. Cum vero æstas summa esse jam[18] cœperat, (quod tempus omnes Siciliæ semper prætores in itineribus consumere consueverunt, propterea, quod tum putant obeundam[19] esse maxime provinciam, cum in areis[f] frumenta sunt, quod et familiæ congregantur, et magnitudo servitii perspicitur, et labor[20] operis maxime offenditur,[r] et frumenti copia commonet, tempus anni non impedit) tum, inquam, cum concursant ceteri prætores, iste novo quodam ex[1] genere imperator,

[p] *Prostrati.* [q] *Luxuriæ.* [r] *Reperitur.*

—10 Lamb. *dilecta.*—11 Edd. nonnullæ omittunt verba *populi Romani.*—12 Hotom. conj. *servari solet*, prob. Ern. In Huyd. et Steph. *versari soleat.*—13 Leid. et Steph. *vocabatur.*—14 In Huyd. desunt verba *qui populi Rom. legibus;* et mox in eodem Ms. legitur *illi dilig. leg.*—15 Quidam, teste Orellio, conj. *intermortuus.*—16 Reg. *plerique ut fusi.*—17 Huyd. *quivis ut eum aspex.*

CAP. XII. 18 Lamb. omittit *jam.* Mox *omnes jam semper Sic.* Ven. 1483. Junt.—19 Leid. *adeundam.*—20 Leid. *labore.* Tum *offendit* Leid. Cujac. tres Pariss. Hervag. Cam. *ostenditur* Ven. 1483. Junt. Ascens. *affunditur* conj. Gulielm.—1 Reg. Steph. et Græv. non agnoscunt præpositionem *ex.*—

NOTÆ

[d] *Silentio prætorum*] Silentium et pudor fuit in conviviis Romanorum.

[e] *Cannensem*] In pugna Cannensi Paulus Æmilius et Terentius Varro ab Hannibale victi sunt. Vide Liv. lib. XXII. Et maxima multitudo civium et equitum Rom. cæsa est.

[f] *In areis*] Area locus planus in agro est, in quo fruges demessæ reponuntur ad trituram faciendam.

pulcherrimo[2] Syracusarum loco stativa sibi castra faciebat. 30. Nam in ipso[3] aditu atque ore portus, ubi primum ex alto sinus ad urbem ab littore inflectitur, tabernacula carbaseis intenta velis collocabat. Huc ex illa domo prætoria, quæ regis Hieronis fuit,[4] sic emigrabat, ut per eos dies nemo istum extra illum locum videre posset. In eum autem ipsum locum aditus erat nemini, nisi qui aut socius, aut minister libidinis esse posset. Huc omnes mulieres, quibuscum[5] iste consueverat, conveniebant; quarum incredibile est quanta multitudo fuerit Syracusis. [*p.* 242.] Huc homines[6] digni istius amicitia, digni vita illa conviviisque veniebant. Inter ejusmodi viros ac mulieres, adulta ætate filius versabatur; ut eum, etiamsi natura a parentis similitudine abriperet, consuetudo tamen ac disciplina[7] patri similem esse cogeret. 31. Huc Tertia illa[g] perducta per dolum atque insidias ab Rhodio tibicine, maximas in istius castris effecisse turbas dicitur, cum indigne pateretur uxor Cleomenis Syracusani, nobilis mulier, itemque Æschrionis,[8] honesto loco nata, in conventum suum mimi Isidori filiam venisse. Iste autem Hannibal, qui in suis castris virtute putaret oportere, non genere certari, sic hanc Tertiam dilexit, ut eam secum ex provincia deportaret.[9] XIII. Ac per eos dies, cum iste cum pallio purpureo,[h] talarique[10] tunica versaretur in conviviis muliebribus, non of-

2 *Pulcherrimo* abest a ψ, Huyd. Franc. 1. Pall. et edd. nonnullis. Tum Jannoctian. et Ven. 1483. *Syracusanorum.* In Ms. Hotomanni et Jannoctian. ac edd. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *luco.* Grut. legi voluit *lucum.*—3 Huyd. *Namque in ipso.* Mox Leid. et Mss. ap. Lamb. *ut primum.*—4 Verba *quæ regis Hieronis fuit* suspecta sunt Ernesto. Mox in Steph. *ut eum per illos dies.* Leid. non agnoscit voces *istum extra.* Pro *locum* al. habent *lucum,* ut supra. —5 ψ et Huyd. *quibus.*—6 Pro *homines* Huyd. habet *omnes.* Dein Leid. *conveniebant.*—7 Leid. *cons. cum hac discipl.* Tum *patris similem* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Lamb. Schutz. et Orell.—8 *Itemque uxor Æschr.* Cam. Steph. *itemque uxor Echinonis* Leid.—9 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. *exportaret.*

CAP. XIII. 10 Pro *talarique,* ψ, Huyd. Leid. Cujac. Pall. et edd. vett.

NOTÆ

[g] *Tertia illa*] Tertia nomen scorti fuit, eaque mima.

[h] *Pallio purpureo*] Pallium Græcorum erat, talaris tunica mulierum; quam gestare indecorum Romanis fuit.

fendebantur[11] homines in eo; neque moleste ferebant, abesse a foro magistratum, non jus dici, non judicia fieri; locum[12] illum littoris percrepare totum mulierum vocibus,[13] cantuque symphoniæ; in foro silentium esse summum causarum atque juris, non ferebant homines moleste: non enim jus abesse videbatur a foro, neque judicia, sed vis, et crudelitas, et bonorum acerba atque indigna direptio. 32. Hunc tu igitur[i] imperatorem esse defendis, Hortensi? hujus furta, rapinas, cupiditatem, crudelitatem, superbiam, scelus, audaciam, rerum gestarum magnitudine atque imperatoriis[14] laudibus tegere conaris? Hic scilicet est metuendum, ne ad exitum defensionis tuæ, vetus illa Antoniana dicendi ratio atque auctoritas proferatur; ne excitetur[15] Verres, ne denudetur a pectore, ne cicatrices populus Romanus aspiciat, ex mulierum morsu vestigia libidinis atque nequitiæ. 33. Dii faciant, ut rei militaris, ut belli mentionem facere audeas. Cognoscentur enim omnia istius æra illa vetera,[k] ut, non solum in imperio, verum etiam in stipendiis qualis fuerit, intelligatis. Renovabitur prima illa militia, cum iste e foro abduci,[l] non, ut ipse prædicat, perduci[16] solebat. Aleatoris Placentini[m] castra commemorabuntur;[17] in quibus cum frequens fuisset, tamen ære dirutus[n] est.[18] Multa ejus in stipendiis damna

habent *parique*.—11 In Huyd. *ostendebantur*. Omittunt *in eo* Leid. et Lamb.—12 Mss. quidam et edd. vett. *lucum*.—13 *Muliebribus vocibus* Nonius in v. 'Crepare.'—14 Huyd. et nonnullæ edd. vett. *imperatoris*.—15 Huyd. *exercitetur*.—16 Edd. vett. quædam *produci*. Lamb. conjecit *reduci*.—17 Steph. *commemorantur*.—18 Leid. *tamen ære direptus est*: Huyd. *tamen crediturus est*.

NOTÆ

[i] *Hunc tu igitur, &c.*] Hortensium a defensione deterret, frequentatione scelerum quæ in Verre sunt.

[k] *Æra illa vetera*] Per æra vetera, flagitia Verris intelligit, alluditque ad illa stipendia, quæ militibus olim semestria aut annua dabantur, quæ in ære solvebantur.

[l] *Abduci*] Sponte sua quis abducitur, et invitus ducitur: unde qui alios vel invitos ad libidinem alicujus ducunt, perductores nominantur.

[m] *Aleatoris Placentini*] Incertum quis ille fuerit aleator Placentinus. Certe comes aliquis fuit et socius libidinum.

[n] *Ære dirutus*] Ære dirutus dicitur cui stipendium propter ignominiam non dabatur; vult autem indicare, quod in castris aleatoriis omnia alea perdiderit.

proferentur, quæ ab isto, ætatis fructu[19] [o] dissoluta et compensata sunt. 34. Jam vero, cum in ejusmodi patientia turpitudinis, aliena, non sua satietate obduruisset;[s] qui vir fuerit, quot præsidia, quam munita pudoris et pudicitiæ, vi et audacia ceperit,[20] quid me attinet dicere, aut conjungere cum istius flagitio cujusquam præterea dedecus? Non faciam, judices: omnia vetera prætermittam: duo sola recentia sine cujusquam[1] infamia ponam; ex quibus conjecturam facere de omnibus possitis: unum illud, quod ita fuit illustre, notumque omnibus, ut nemo tam rusticanus homo L. Lucullo et[2] M. Cotta consulibus[p] Romam ex ullo municipio[3] vadimonii[q] causa venerit, quin sciret, jura omnia prætoris urbani,[4] nutu atque arbitrio Chelidonis meretriculæ gubernari: alterum, quod, cum paludatus exisset,[r] votaque pro imperio suo communique populi Romani[5] nuncupasset, noctu, stupri causa, lectica in urbem introferri[s] solitus est ad mulierem, nuptam uni, propositam omnibus, contra fas, contra auspicia, contra omnes divinas atque humanas religiones.

XIV. 35. O Dii immortales![t] Quid interest inter mentes

[t] *Exoletus factus fuisset.*

—19 Post *fructu* Leid. addit *tum.*—20 Huyd. *cepit.* Mox *dicere ac conj.* Steph. *dicere et conj.* Leid. Lamb.—1 Huyd. *cujus.*—2 Junt. et Orell. non agnoscunt copulam.—3 ψ, Huyd. Leid. *ex illo mun.*—4 Pro *prætoris urbani* Mss. quidam et edd. vett. cum Orell. habent *populi Romani.* In Mss. quibusdam et edd. pr. *P. R.* sive *PR.* Mss. pauci non habent *urbani.* Lamb. conj. *prætoris Romani* legend., prob. Grut.—5 Guelf. Reg. et Mss. Lambini cum Græv. Beck. Schutz. et Orell. *republica:* ψ *populo Romano.* Vulg. ut Ern.

NOTÆ

[o] *Ætatis fructu*] Suprum intelligit, quo vult Verrem æs alienum flagitiose contractum dissolvisse.

[p] *L. Lucullo et M. Cotta coss.*] Annum notat quo prætor urbanus fuit Verres, nempe U. C. 679.

[q] *Vadimonii*] Vadimonium est sponsio se tali die sistendi in judicio.

[r] *Paludatus exisset*] Id est, paludamento indutus de more Romano. Consules et prætores profecturi in provinciam, et imperatores ad bellum, paludati, id est, palliis imperatoriis induti vota in Capitolio nuncupabant, atque ita Roma decedebant.

[s] *In urbem introferri*] Magistratui ex urbe egresso non fas erat ad urbem redire, nisi confecta provincia: quod si secus fecisset, censebatur contra auspicia facere.

[t] *O Dii immortales*] Exclamatio indignantis, qua invidiam movet in

hominum, et cogitationes! Ita mihi meam voluntatem, spemque reliquæ vitæ, vestra populique Romani existimatio comprobet, ut ego, quos adhuc mihi magistratus populus Romanus mandavit, sic eos accepi,[6] ut me omnium officiorum obstringi religione arbitrarer. Ita quæstor sum factus, ut mihi honorem illum tum non solum datum, sed etiam creditum ac commissum[7] [u] putarem. Sic obtinui[8] quæsturam in provincia, ut omnium oculos in me unum conjectos arbitrarer; [*p.* 243.] ut me quæsturamque meam quasi in aliquo orbis terræ[9] theatro versari existimarem: ut omnia semper, quæ jucunda videntur esse, non modo his extraordinariis cupiditatibus,[x] sed etiam ipsi naturæ ac necessitati[10] denegarem. 36. Nunc sum designatus ædilis:[y] habeo[u] rationem, quid a populo Romano acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum cærimonia[11] Cereri, Libero,[z] Liberæque[a] faciundos; mihi Floram[b] matrem populo plebique Romanæ ludorum celebritate placandam; mihi ludos antiquissimos,[c] qui primi Romani sunt nomi-

[u] *Æstimo.*

Cap. xiv. 6 Schutz. e conjectura Ernesti *eos sic accepi.* In Huyd. *sic eos ego accepi.*—7 Memmius conjecit *non tam datum quam creditum et comm.* —8 Post *obtinui* Huydecoper. addit *quoque.* Post *provincia* Venet. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Steph. Lambinus, et Orellius habent *Sicilia.* —9 *Terrarum orbis* Græv. et Beck. *orbis terrarum* Reg. et Mss. Lambini cum Lamb. Schutz. et Orell. Vulg. ut Ern. Mox *ut semper omnia* Lamb. —10 Nonnulli, teste Lambino, legi volunt *naturæ necessitati.*—11 *Cum curatum cæremonia* Ms. Memmian. *cum cura et cæremonia* Leid. et Ms. Lamb.—

NOTÆ

Verrem, et amplificat exemplo eorum, quæ ipse Cicero in sua quæstura fecit.

[u] *Creditum ac commissum*] Credebantur a populo dignitates, quia quibus dabantur, ejusdem populi voluntate eripi poterant.

[x] *Extraordinariis cupiditatibus*] Extraordinariæ cupiditates dicuntur, quæ præter omnem modum et rationem conquiruntur.

[y] *Ædilis*] Duo erant ædiles ex senatoribus assumti, qui curules a curia dicebantur, quia de numero senatorum assumebantur. De his jam dictum act. I. in Verr. § 3. nott.

[z] *Libero*] Bacchus Liber dictus idcirco est, quod liberos a curis ac solutos homines faciat.

[a] *Liberæ*] Proserpina Libera dicta est.

[b] *Mihi Floram*] Flora Dea florum fuit, cui floralia ritu parum pudico mense Aprili, deinde Maio celebrabantur.

[c] *Ludos antiquissimos*] Hi ludi a Tarquinio instituti sunt, ac primum in Circo Maximo celebrati. Solennes et annui mansere, ac omnium primi Romani dicti sunt.

nati, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæque esse faciundos; mihi sacrarum[12] ædium procurationem, mihi totam urbem tuendam esse commissam: ob earum rerum laborem et solicitudinem fructus illos datos, antiquiorem[d] in senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam,[e] sellam curulem, jus[f] imaginis[g] ad memoriam posteritatemque prodendæ.[x][13] 37. Ex his ego rebus omnibus, judices, ita mihi Deos omnes propitios esse[14] velim, ut tametsi mihi jucundissimus est honos populi, tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quantum solicitudinis[15] et laboris; ut hæc ipsa ædilitas, non quia necesse fuerit, alicui[h] candidato data, sed, quia sic oportuerit, recte collocata, et judicio populi in loco[16][i] posita esse videatur. XV. 38. Tu, cum esses prætor renuntiatus,[k] quoquo modo; (mitto enim et prætereo,[l] quid tum sit actum) sed cum esses renuntiatus, ut dixi, non ipsa[17] præconis voce exci-

[x] *Propagandæ.*

12 Huyd. *sacrarium.*—13 *Jus imaginis ... prodendam* Reg. Jannoctian. et al. ac nonnullæ edd. vett. cum Græv. *jus, imagines ... prodendam* ψ, Huyd. quatuor Pariss. Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. *jus imaginis ... prodendæ* e conj. J. F. Gronovii ediderunt Jac. Gronov. Grut. Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *jus, imagines ad memoriam posteritati prodendam* dedit Lamb. e conj. Memmii.—14 Leid. et Reg. omittunt *esse.*—15 Huyd. *voluntatis.* Steph. Lamb. *quantum et solic.*—16 Paucæ edd. vett. *digno in loco.*

NOTÆ

[d] *Antiquiorem*] Non ædiles sententiam primi rogabantur; sed antiquiorem, quam alii scilicet senatores, privati homines; ita tamen privati, ut pedarii non essent, sed curulem aliquem magistratum gessissent antea: nam pedarii sententiam in senatu verbis non dicebant, sed in alienam sententiam pedibus ibant. Ita Hotomannus.

[e] *Togam prætextam*] De hac dictum est lib. I. § 103. not.

[f] *Jus*] Ædiles jurisdictionem quidem habebant, sed quæ prætoriæ pars tantum erat.

[g] *Imaginis*] Imagines majorum in atriis nobilium disponebantur; et in funeribus præferebantur, cum qui ex familia obierant.

[h] *Alicui*] Id est, sibi ex ceteris: non quod necesse fuerit sibi dari, sed quod oportuerit eam alicui dare ex candidatis. Candidati porro dicebantur a toga candida, quam hi gerebant, qui aspirabant ad magistratus.

[i] *In loco*] Per locum idoneam personam intelligit, cui ædilitas a populo dari debuit.

[k] *Renuntiatus*] Præconis voce nuntiabantur magistratus.

[l] *Prætereo*] Indicat quomodo suffragia corruperit: nam sestertium 80. millia dedit divisoribus, ut prætor renuntiaretur, et accusatori trecenta, ne sibi esset odiosus.

tatus es, qui te toties 'seniorum juniorumque centuriis[m] illo honore affici' pronuntiavit, ut hoc putares, aliquam reipublicæ[18] partem tibi creditam? annum tibi illum unum domo carendum esse meretricis? cum tibi sorte obtigisset,[n] ut[19] jus diceres, quantum negotii,[20] quid oneris haberes, nunquam cogitasti? neque illud rationis habuisti,[y] si forte expergefacere te[1] posses, eam provinciam, quam tueri singulari sapientia atque integritate difficile esset, ad summam stultitiam nequitiamque venisse?[z2] Itaque non modo[o] domo tua Chelidonem in prætura extrudere[3] noluisti, sed in Chelidonis domum præturam tuam totam detulisti. 39. Secuta provincia est: in qua tibi nunquam venit in mentem, non tibi idcirco fasces et secures,[4] et tantam imperii vim, tantamque ornamentorum omnium dignitatem datam, ut earum rerum vi et auctoritate omnia repagula juris, pudoris, et officii perfringeres,[5] ut omnium bona prædam tuam duceres, nullius res tuta, nullius domus clausa, nullius vita septa, nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem et audaciam posset esse: in qua tu te ita gessisti, ut, cum omnibus teneare rebus, ad bellum fugitivorum confugias. Ex quo jam intelligis,[6] non modo tibi nullam defensionem, sed maximam vim criminum exortam: nisi forte Italici belli fugitivorum reliquias,[p] atque illud Temsanum[7] incom-

[y] *Reputasti.* [z] *Venisse ad te stultissimum et nequissimum hominum.*

Cap. xv. 17 Huyd. *non ut ipsa.*—18 Pro *reipublicæ* in ψ *rempublicam.* ψ et Huyd. omittunt *tibi.*—19 Leid. caret *ut.*—20 Post *negotii* Lamb. putabat deesse verbum *susciperes*, sen potius *reciperes.*—1 *Si* et *te* in Leid. desunt.—2 Hotomanno locus obscurus videbatur, legique jussit *ad summa stultitia nequitiaque hominem venisse.*—3 *A domo .... excludere* Leid. et Reg. *domo .... excludere* Lamb. e Mss.—4 Orell. e Steph. *fasces ac secures.*—5 Leid. *perstringeres.* Mox Huyd. non agnoscit *bona.* Ante *nullius* Leid. et Ms. Lamb. cum Beck. Schutz. et Orell. addunt *ut.*—6 Mss. plerique et edd. vett. *intelliges.*—7 *Temesanum* Reg. *Tempsanum* vel *Themsanum* edd. vett. *Temsanum*

NOTÆ

[m] *Centuriis*] Prætor centuriatis comitiis creabatur: in ejusmodi autem comitiis populus non per tribus, sed ex censu, ordinibus, et ætate per centurias divisus ferebat suffragium.

[n] *Sorte obtigisset*] Creati prætores populi suffragiis, provincias et procurationes inter se sortiebantur.

[o] *Itaque non modo*] Qualem se exhibuit in provincia Verres, frequentatione demonstrat.

[p] *Reliquias*] Eos intelligit, qui post

modum[q] proferes; ad quod recens cum te peropportune fortuna obtulisset,[8] si quid in te virtutis atque industriæ fuisset; idem, qui semper fueras, inventus es. XVI. 40. Cum ad te Valentini[r] venissent, et pro his homo disertus et nobilis, M. Marius, loqueretur, ut negotium susciperes,[9] ut, cum penes te prætorium imperium ac nomen esset, ad illam parvam manum extinguendam, ducem te principemque præberes; non modo id refugisti, sed eo ipso tempore, cum esses in littore, Tertia illa tua, quam tecum deportabas,[10] erat in omnium conspectu: ipsis autem Valentinis, ex tam illustri nobilique municipio, tantis[11] de rebus responsum nullum dedisti, cum esses cum[12] tunica pulla et pallio. [*p.* 244.] Quid hunc proficiscentem, quid in ipsa provincia fecisse existimatis, qui cum jam ex provincia, non ad triumphum, sed ad judicium[13] decederet, ne illam quidem infamiam fugerit, quam sine ulla voluptate capiebat? 41. O divina senatus[s] frequentis in æde Bellonæ[t] admurmuratio![14] Memoria tenetis, judices, cum advesperasceret,[15] et paulo ante esset de hoc Temsano incommodo nuntiatum, cum inveniretur nemo, qui in illa loca cum imperio mitteretur, dixisse quendam,[16] Verrem esse non longe a Temsa; quam valde universi admurmurarint,[u] quam palam prin-

vulg.—8 Leid. *id quod recens cum peropp. fort. obtul.* Ms. Lamb. *id quod recens cum peropp. fort. attulisset:* unde Garaton. conj. *id quod recens cum tibi peropp. fort. obtulisset.*

CAP. XVI. 9 Reg. et Ms. Steph. *M. Marius, quereretur .... susciperis.* Mox Huyd. *prætorum.*—10 *Quam totam deportabas* Leid. *quam tu tecum deportaras* Ms. Lamb. *quam tu tecum deportaras* Reg. Steph. et Græv.—11 Huyd. *tantisque.*—12 *Nullum* post *responsum,* et *cum* ante *tunica* in Leid. desunt.—13 ψ et Huyd. *sed etiam ad judic.*—14 Huyd. *admiratio.*—15 Idem Ms. *adves-*

NOTÆ

devictum Spartacum ex fugitivorum exercitu superstites fuerunt.

[q] *Temsanum incommodum*] Temsa urbs est in Brutiis, quæ capta vulgo creditur a fugitivis, decedente Verre ex provincia.

[r] *Valentini*] Valentini populi Temsanorum vicini sunt, quorum urbs Vibona.

[s] *O divina senatus*] Indicat tacitum senatus judicium de Verre.

[t] *In æde Bellonæ*] Ut plurimum legatis exterarum nationum in illa Bellonæ æde extra urbem senatus dabatur.

[u] *Admurmurarint*] Senatores murmure suo ostenderunt, quid de Verre sentirent.

cipes contradixerint. Et is tot[17] criminibus testimoniisque convictus, in eorum tabellis[18] [x] spem sibi aliquam ponit, quorum omnium palam, causa incognita, voce damnatus est?

XVII. 42. Esto:[19] [y] nihil ex fugitivorum bello, aut suspicione belli, laudis adeptus est, quod neque bellum ejusmodi, neque belli periculum fuit in Sicilia, neque ab isto provisum est, ne quod esset: at vero contra bellum prædonum[20] classem habuit ornatam, diligentiamque in eo[1] singularem: itaque, isto prætore, præclare defensa[2] provincia est. Sic de bello prædonum, sic de classe Siciliensi, judices, dicam, ut hoc jam ante confirmem, in hoc uno genere omnes inesse[3] culpas istius maximas, avaritiæ, majestatis, dementiæ,[4] libidinis, crudelitatis. Hæc dum breviter expono, quæso, ut fecistis adhuc, diligenter attendite.

43. Rem navalem primum ita dico esse administratam, non uti provincia[5] defenderetur, sed ut classis nomine pecunia quæreretur. Superiorum prætorum consuetudo cum hæc fuisset, ut naves civitatibus certusque numerus nautarum militumque[6] imperaretur, maximæ et locupletissimæ civitati Mamertinæ nihil horum imperavisti: ob quam rem[7] quid tibi Mamertini clam dederint pecuniæ, post videbitur: ex ipsorum literis et testibus quæremus.[8] 44. Navem

perasset.—16 Schutz. e conj. Ernesti *dixissetque quidam.*—17 *Et his tot* ψ et Leid. *Sed is tot* Huyd.—18 Leid. Reg. et Steph. *tabella*, non improb. Orellio. Dein *proponit* Reg. Steph. et Lamb.

CAP. XVII. 19 Huyd. *Est.*—20 Leid. et Steph. omittunt *prædonum.*—1 Lamb. e Ms. cum Grut. Oliv. et Lall. *dilig. adhibuit in eo*, ut conj. Hotom. —2 *Ab isto præt. præcl. def.* Huyd. Steph. Lamb. *isto præt. præcl. def.* Leid. *ab isto def.* Reg.—3 Huyd. *esse.*—4 Hotom. in priori ed. conjecerat *majestatis deminutæ*: in posteriore hanc conjecturam omisit. Eam tamen Lamb. recepit. Vox *dementiæ* suspecta est Grævio et Harles. ac *majestatis, dementiæ* Schutzio. Vid. Nott. Varr.—5 Huyd. *non ut prov.*—6 Idem Ms. non agnoscit copulam *que.*—7 Leid. *ob hanc rem.*—8 Reg. Leid. et Lamb.

NOTÆ

[x] *In eorum tabellis*] Intelligit tabulas judiciales, quibus Verrem erant damnaturi iidem, qui eum tum voce damnarant.

[y] *Esto*] Venit ad bellum piraticum, in quo ostendit quanta avaritiæ et crudelitatis crimina commisit.

vero cybeam[a] maximam, triremis instar, pulcherrimam atque ornatissimam,[9] palam ædificatam sumtu publico, sciente Sicilia,[10] per magistratumque Mamertinum tibi datam donatamque esse dico. Hæc navis, onusta præda Siciliensi, cum ipsa quoque esset ex præda, simul cum iste decederet,[11] appulsa Veliam[a] est, cum plurimis rebus, et[12] iis, quas ante Romam mittere cum ceteris furtis noluit, quod erant carissimæ, maximeque eum delectabant. Eam navem nuper egomet vidi Veliæ, multique alii viderunt, [pulcherrimam atque ornatissimam,[13]] judices: quæ quidem omnibus, qui eam aspexerant, prospectare jam exilium, atque explorare fugam domini videbatur. XVIII. 45. Quid mihi hoc loco[b] respondebis? nisi forte id, quod, tametsi probari nullo modo potest, tamen dici quidem in judicio de pecuniis repetundis necesse est, de tua pecunia ædificatam[14] esse eam navim. Aude hoc saltem dicere, quod necesse est. Noli metuere, Hortensi; ne quæram, qui licuerit ædificare navem senatori.[c] Antiquæ sunt istæ leges, et mortuæ, quemadmodum tu soles dicere, quæ vetant. Fuit ista respublica quondam,[15] fuit ista severitas in judiciis, ut istam rem accusator in magnis criminibus objiciendam pu-

post, si videbitur, ex ipsorum literis, &c. et sic Steph. qui præterea habet *testimoniis quær.* In Ms. Memmian. *post, si videatur, et ipsum literis et testibus quær.* ut Hotom. conjecerat.—9 Verba *pulcherr. atque orn.* in Leid. desunt. Post *ornatissimam* Reg. addit *cybeam,* prob. Grævio.—10 Guelf. Reg. Pariss. Ms. Ursini et Mss. Lambini cum Steph. Lamb. Græv. Beck. et Orell. *sciente tota Sicilia.* Ante *publico* Leid. et Ms. Ursini addunt *tuo nomine.* Dein *per magistratum senatumque Mam.* Mss. plerique et edd. vett. cum Lamb. Grut. Oliv. Lall. Beck. *per magistratus senatumque Mam.* Franc. 1. Græv. et Orell. —11 Lamb. maluit *et simul cum isto dec.* Tum *Velleam,* et mox *Velleæ,* ψ et Huyd.—12 Copulam ante *iis* deleverunt Lamb. et Schutz. Pro *ante* Leid. habet *iste.*—13 Schutz. delevit voces *pulcherr. atque ornatiss.* quæ Ernesto et Beckio spuriæ videbantur.

CAP. XVIII. 14 ψ, Huyd. Pall. et edd. ante Lamb. *pec. constare ædificatam.* Post *navim* in Franc. 1. additur *senatori.*—15 *Ista responsio quondam* ψ, Franc. 1. Huyd. Cujac. Reg. Pall. et edd. nonnullæ vett. hinc aliæ edd. *ista reprehensio quondam.* Duo Mss. Lambini *ista res p. rentio quondam:* unde Mem-

NOTÆ

[a] *Cybeam*] De hac supra.

[a] *Veliam*] Velia oppidum fuit Lucaniæ.

[b] *Quid mihi hoc loco*] Occupat defensionem, quam ab omni parte excludit.

[c] *Senatori*] Mamertinus senator navi ædificandæ præerat.

taret. Quid enim tibi nave opus fuit?[16] qui, si quo publice[d] proficiscereris, et præsidii, et vecturæ causa, sumtu publico navigia præberentur, privatim autem nec proficisci quoquam posses, nec arcessere res transmarinas ex iis locis, in quibus tibi habere, mercari nihil liceret.[17] 46. Deinde cur quicquam contra leges parasti? Valeret hoc crimen in illa veteri severitate ac dignitate reipublicæ. Nunc non modo te hoc crimine non arguo; sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. [*p.* 245.] Postremo tu tibi hoc nunquam turpe,[18] nunquam criminosum, nunquam invidiosum fore putasti, celeberrimo loco palam tibi ædificari[19] onerariam navem in ea provincia, quam tu cum imperio obtinebas? Quid eos loqui, qui videbant; quid existimare eos, qui audiebant, arbitrabare? inanem te navem esse[20] in Italiam deducturum? navicularium te,[1] cum Romam venisses, esse facturum?[e] Ne illud quidem quisquam poterat suspicari, te habere in Italia maritimum fundum,[2] et ad fructus deportandos onerariam navem comparare?[3] Ejusmodi de te voluisti sermonem esse omnium, palam ut loquerentur, te illam navem parare, quæ prædam ex Sicilia deportaret; et quæ[4] ad ea furta, quæ reliquisses, comme-

mius suspicatur legend. *ista reip. religio quondam*, vel *ista reip. ratio quondam.* Lamb. conj. *ista reip. dignitas quondam;* et Gulielm. *ista res præmio quondam.* Mox pro *criminibus*, in ψ et Huyd. *judiciis.*—16 Cujac. Reg. et Steph. *Quid enim tibi navi*, omissis *opus est:* unde Græv. conj. *Quo enim tibi navim.* Pro *nave opus fuit* Leid. exhibet *narravi.* Tum *cui si quo* Lamb. 1566. et Orell. prob. Ern.—17 *Præberentur, privatim ... posses ... liceret* Ern. e conj. cum Schutz. *præberentur: privatim ... potes ... liceret* Harles. *præberentur. Privatim ... potes ... licet* vulg. In Mss. teste Lambino, *in quibus te habere nihil licet:* unde ipse conjecit, *in quibus te emere nihil licet.* Verbum *habere* Beck. uncis inclusit. Leid. et Ven. 1483. non agnoscunt *mercari.*—18 *Postremo* in tribus Mss. et edd. vett. deest. Pro *tu* in ψ et Huyd. *ut.* Verba *nunquam turpe* in ψ, Huyd. Pall. et ed. Vict. desunt.—19 ψ et Huyd. *ædificare.* Mox Leid. *in provinciam.*—20 *Navem esse illam* Leid. et duo Mss. Lambini: *navem illam esse* Ven. 1483. Junt. Lamb. Beck. Schutz. et Orell.—1 Leid. et Lamb. omittunt *te.*—2 Pro *maritimum fundum* in ψ *Martonium fundum;* Huyd. *Maronium sumtum.*—3 Edd. multæ non interrogationis notam, sed punctum habent.—4 Lamb. non agnoscit *et.* In Leid. et Steph. deest *quæ.* Dein Leid.

NOTÆ

[d] *Publice*] Id est, publico nomine.

[e] *Navicularium ... facturum*] Sicut argentariam et medicinam facere, seu profiteri dicitur, sic navicularium exercere ait Cicero.

aret?[5] 47. Verum hæc omnia, si doces, navem de tua pecunia ædificatam, remitto atque concedo. Sed hoc, homo amentissime,[6] non intelligis priore actione ab ipsis istis tuis Mamertinis laudatoribus[7] esse sublatum? Nam dixit Hejus, princeps civitatis, princeps istius legationis,[8] quæ ad tuam laudationem[9] missa est, navem tibi operis publicis Mamertinorum esse ædificatam,[10] eique faciendæ senatorem Mamertinum publice præfuisse. Reliqua est materies. Hanc Rheginis, ut ipsi dicunt, (tametsi tu negare non potes) publice, quod Mamertini materiem[11] non habent, imperavisti. XIX. Si et ex[12] quo fit navis, et qui faciunt, imperio tibi tuo, non[13] pretio, præsto fuerunt; ubi tandem istuc latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum? 48. At Mamertini in tabulis nihil habent.[f] Primum video, potuisse fieri, ut ex ærario nihil darent. Etenim vel Capitolium,[g] sicut apud majores nostros factum est, publice, gratis,[14] coactis fabris, operisque imperatis, exædificari atque effici potuit: deinde, id quod perspicio,[15] (quod et ostendam, cum istos produxero,) ipsorum ex literis, multas pecunias isti erogatas, in operum locationes falsas atque inanes esse perscriptas. Nam illud[16] minime mirum est, Mamertinos, a quo summum beneficium acceperant, quem sibi amiciorem, quam populo Romano esse cognoverant, ejus capiti

legit *ad eam furta*.—5 Leid. *commoraret*.—6 Huyd. *Sed hoc modo am.*—7 *Ab istis ipsis tuis Mam. laboribus* Huyd. *ab ipsis istis Mam., tuis laud.* Leid. Lamb. et Schutz.—8 *Princeps civitatis* absunt a Leid. et Steph. ψ et Huyd. legunt *Nam dixit ejus princeps istius leg.*—9 Leid. *legationem*.—10 Reg. *factam*.—11 ψ et Huyd. *materies*.

CAP. XIX. 12 ψ et Huyd. omittunt præpositionem.—13 Huyd. Leid. *non tuo*.—14 Hervag. et Cam. non agnoscunt vocem *gratis*. Eam ante *exædificari* ponunt Lamb. Græv. Beck. et Schutz.—15 Jannoctian. et Ms. Lambini, cum Lamb. Oliv. Lall. Schutz. et Orell. *id quod persp.* edd. vett. *id quod persp. et quod ost.* Tum Lamb. *cum ipsos prod.*—16 *Jam illud* Reg. et Mss.

NOTÆ

[f] *Nihil habent*] Scriptum nihil habent, se Verri pecunias in sumtum dedisse.

[g] *Etenim vel Capitolium*] Livius lib. I. sic ait: 'Tarquinius intentus perficiendo templo, fabris undique ex Hetruria accitis, non pecunia solum ad id publica est usus, sed operis etiam ex plebe: qui cum haud parvus et ipse militum adderetur labor, minus tamen plebs gravabatur, se templa Deum exædificare manibus suis.'

literis suis pepercisse.[17 h] Sed si argumento est, Mamertinos pecunias tibi non dedisse, quia scriptum non habent; sit argumento, tibi gratis constare [18] navem, quia, quid emeris, aut quid locaveris, scriptum proferre non potes.

49. At enim idcirco navem Mamertinis non imperasti, quod sunt fœderati. Dii approbent.[i] Habemus hominem in fecialium manibus [19 k] educatum; unum, præter ceteros, in publicis religionibus fœderum [20] sanctum et diligentem. Omnes, qui ante te prætores fuerunt, dedantur [1] Mamertinis, quod iis navem contra pactionem fœderis imperarint. Sed tamen tu, sancte homo [m] ac religiose, cur Taurominitanis [1] item fœderatis navem imperasti? an hoc probabis, in æqua causa populorum, sine pretio varium jus et disparem conditionem fuisse? 50. Quid, si ejusmodi esse hæc duo fœdera duorum populorum, judices, doceo, ut Taurominitanis nominatim cautum et exceptum sit fœdere, ne navem dare debeant; Mamertinis,[2] in ipso fœdere sanctum atque perscriptum sit, uti navem dare necesse sit; istum autem contra fœdus et Taurominitanis imperasse, et Mamertinis remisisse? num cui [3] dubium poterit esse, quin,

Lambini, cum Lamb. Græv. Oliv. Lall.—17 Huyd. *pepercisset.* In ψ et Huyd. deest *Sed.*—18 Pro *tibi gratis constare* Leid. exhibet *tristare gratis:* Reg. *tibi gratis stare.*—19 Leid. *navibus:* nonnulli ap. Lamb. legi volunt *moribus.*—20 ψ *fœderatorum.*—1 *Tauromenitanis* h. l. et infra edidit Orell. ex Huyd.—2 Alii non habent comma post *Mamertinis.* Mox Steph. *præscriptum.*—

NOTÆ

h *Pepercisse*] Id est, noluisse aliquid in tabulas referre, ne Verri nocerent.

i *Dii approbent*] Ironia.

k *In fecialium manibus*] Fuit institutum fecialium collegium a Numa Pompilio. Seligebantur autem illi e præstantissimis familiis. Horum munus fuit interdum de pace cum sociis agere, tum dare operam, ne Romani ulli fœderatæ civitati injustum bellum inferrent. Si qua prior contra fœderis conditiones aliquid fecisset, legatos agere, et verbis primo jus suum repetere; quod facere si renuissent, indicere bellum, quod tum sanctum reputabatur; si parum legitime pax facta esset, reddere irritam; ita ut non permitterent prius militare, quam abscissa esset omnis judicii species.

l *Dedantur*] Verbum 'Dedo fecialibus' usitatum fuit; nam feciales postulabant, ut ii pop. Rom. dederentur, qui fœderis initi leges violassent.

m *Tu, sancte homo*] Ironia.

Verre prætore, plus Mamertinis cybea,[n] quam Tauromini-tanis[4] fœdus opitulatum sit? Recitentur fœdera. (*Mamertinorum et Tauromini-tanorum cum populo Romano fœdera.*[5]) XX. Isto igitur tuo, quemadmodum ipse[6] prædicas, beneficio; ut res indicat, pretio atque mercede, minuisti majestatem reipublicæ, minuisti auxilia populi Romani, minuisti copias, majorum virtute ac sapientia comparatas: [*p.* 246.] sustulisti jus imperii, conditionem sociorum,[7] memoriam fœderis. Qui ex fœdere ipso navem vel usque ad oceanum, si imperassemus, sumtu periculoque[8] suo armatam atque ornatam mittere debuerunt; hi, ne in freto ante sua tecta et domos navigarent; ne sua mœnia portusque defenderent, pretio abs te jus fœderis et imperii conditionem emerunt.[9] 51. Quid censetis in hoc fœdere faciundo voluisse Mamertinos impendere laboris, operæ, pecuniæ, ne hæc biremis[o] ascriberetur, si id ullo modo possent a nostris majoribus impetrare?[10] Nam, cum hoc munus imperaretur[11] tam grave civitati, inerat, nescio quo modo, in illo fœdere societatis, quasi quædam nota servitutis. Quod tum recentibus suis officiis, integra re, nullis populi Romani difficultatibus, a majoribus nostris fœdere assequi non potuerunt; id nunc, nullo novo officio suo, tot annis post, jure imperii nostri quotannis usurpatum,[12] ac semper retentum, summa in difficultate navium, a C. Verre pretio assecuti sunt.

3 Leid. *numquid.*—4 In ψ et Huyd. desunt verba *Cybea quam Tauromini-tanis.* —5 '*Mamertinorum et Taur.... fœdera*] Hæc, ut ejusmodi fere titulos omnes, primus inseruit Lamb. Omisit inter recentiores Græv.' *Orell.*

Cap. xx. 6 *Ipse* non est in Huyd.—7 ψ et Huyd. *seniorum.*—8 Leid. omittit copulam *que.* Mox pro *hi* idem Ms. legit *et.* Porro ab eodem Ms. abest *ante.*—9 Ms. Lambini cum Beck. Schutz. et Orell. *redemerunt,* ut Muretus conjecerat legend. Hotom. malnit scribi *contra jus fœderis ... emerunt.*—10 Huyd. a m. pr. *impetrasse.*—11 *Imponebatur* Reg. et duo Mss. Lambini cum Lamb. Schutz. et Orell. *imperabatur* nonnullæ edd. vett.—12 Reg. *id nunc nullo off. suo, quotannis usurpatum:* Leid. *id nunc nullo off. suo, quod a juris usurpatio.* In ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *usurpato ... retento.*—

NOTÆ

[n] *Cybea*] Cybea quadrata navis; de qua jam oratione superiori.

[o] *Hæc biremis*] Quam navem supra dixit, biremem appellat modo: navis autem generale nomen est.

52. At hoc solum sunt assecuti, ne navem darent?[13] Ecquem nautam, ecquem militem, qui aut in classe, aut in præsidio esset, te prætore, per triennium Mamertini dederunt? XXI. Denique cum ex senatusconsulto, ítemque ex lege Terentia et Cassia[p] frumentum æquabiliter emi ab omnibus Siciliæ civitatibus oporteret; id quoque munus leve atque commune Mamertinis remisisti. Dices, frumentum Mamertinos non debere. Quomodo non debere? an, ut ne venderent?[14] non enim erat hoc genus frumenti ex eo genere quod exigeretur,[q] sed ex eo quod emeretur. Te igitur auctore et interprete,[15] ne foro quidem et commeatu Mamertini populum Romanum juvare debuerunt. 53. Quæ tandem civitas fuit, quæ deberet? Qui publicos agros arant,[r] certum est, quid ex lege[16] censoria[a] dare debeant. Cur iis quicquam præterea ex alio genere imperavisti? Quid? decumani[s] num quid præter singulas decumas ex lege Hieronica[17][t] debent? cur iis quoque statuisti, quantum ex hoc genere frumenti emti darent? Qui sunt immunes, ii certe[18] nihil debent. At his[19] non modo imperasti; verum etiam, quo plus darent, quam poterant, hæc sexa-

[a] *Locatione censoris.*

13 *At non hoc solum sunt assec., ne navem dar.* edd. ante Lamb. qui cum Orell. edidit *At sunt hoc solum assec., ne navem dar.* Græv. *At non hoc solum sunt assec., ne navem dar.* Madvig. e Ms. legi jubet *a C. Verre pretio assec. sunt, ac non hoc solum assec., ne navem dar.*, prob. Orell.

CAP. XXI. 14 *Annon vend.* Leid. *an ut ne viderentur* Huyd.—15 Leid. *auctorem et interpretem.*—16 Leid. et Ms. Lamb. *e lege.* In Reg. præpositio omittitur. Tum Reg. Leid. Lamb. non agnoscunt *dare*, quod Harles. et Orell. uncis includunt. In Guelf. *darent.*—17 ψ *Hieronicas.*—18 Lamb. e Ms. *Quid immunes? ii certe;* et sic Guelf. unde Schutz. edidit, *Quid? qui sunt imm., ii certe.* In Reg. *Quid immune. Hi certe:* unde Græv. legi jubet *Quid*

NOTÆ

[p] *Lege Terentia et Cassia*] De his legibus lib. III. dictum est.

[q] *Exigeretur*] Ex primis decumis exigebatur frumentum; nam alteras populus emebat.

[r] *Qui publicos agros arant*] Aliquæ Siculorum civitates ab antiquis Romanis bello subactæ sunt, et earum agri publicati, sed redditi postea; ea tamen conditione, ut certum frumenti numerum reipub. solverent, reliquum sibi conservarent. Porro illi a censoribus locabantur.

[s] *Decumani*] Id est, aratores, qui decumas debebant.

[t] *Ex lege Hieronica*] Lex Hieronica volebat nullo pretio dari.

gena[b] millia modium,[u] quæ Mamertinis remiseras, addidisti. Neque hoc dico, ceteris non recte imperatum esse: Mamertinis,[20] qui erant in eadem causa, quibus[1] superiores omnes prætores, item ut ceteris, imperarant, pecuniamque ex senatus consulto et ex lege dissolverant, his dico non recte remissum. Et, ut[2] hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo[x] figeret,[3] cum consilio causam Mamertinorum cognoscit, et de consilii[c] sententia Mamertinis se frumentum non imperare pronuntiat. 54. Audite decretum mercenarii prætoris ex ipsius commentario: cognoscite,[4] quanta in scribendo gravitas, quanta in constituendo jure sit auctoritas. Recita commentarium.[5] (*Decretum ex commentario.*) Libenter ait se facere: itaque perscribit. Quid, si[6] hoc verbo non esses usus, 'Libenter?' nos videlicet invitum te quæstum facere putaremus? 'ac de consilii sententia;'[y] præclarum[7] recitari consilium, judices, audistis. Utrum vobis consilium recitari tandem[8] prætoris videbatur, cum audiebatis nomina, an prædonis improbissimi societas atque comitatus? 55. En fœderum interpretes,[z] societatis pactores,[a] religionis auctores! Nunquam in Sicilia[9] frumentum publice est emtum, quin Ma-

[b] *Sexaginta.* [c] *Cohortis suæ.*

immunes? Hi certe.—19 Nonnullæ edd. vett. cum Orell. *At iis.*—20 Leid. Ms. Ursin. et Lamb. *imp. Sed Mam.*—1 Mss. quidam et edd. ante Lamb. *et quibus.* Mox Reg. et Steph. non agnoscunt *prætores.* Porro *imperarent pecuniam, qui ex* Reg. et Steph. unde Græv. legi vult *imperarant pecuniam, quam ex.*—2 Ms. Hotomanni *At ut:* Lamb. *Atque ut.*—3 Huyd. *figeretur.*—4 Edd. ante Grut. cum Orell. *et cogn.* Verba *quanta in scrib. grav.* in ψ et Huyd. desunt.—5 Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *Rec. comm. R. C.* quod in ψ plene scriptum, *Romanorum civium.* Hervag. Cam. et Orell. *Rec. comm. R. D.* quod Garaton. explicat *rerum decretarum,* atque probat. Voces *Decr. ex comm.* Lamb. primus inseruit.—6 Ab Huyd. abest *si.*—7 ψ non interpungit inter verba *sententia* et *præclarum.*—8 Leid. caret *tandem.*—9 Leid. *soc. pac-*

NOTÆ

[u] *Modium*] Modius mensuræ genus fuit continens sedecim sextarios.

[x] *Trabali clavo*] 'Trabali clavo figere' proverbium est, quod per ridiculum ad ea transfertur, quæ fortissime stabiliuntur: unde figere trabali clavo, idem est ac ingenti et validio.

[y] *Ac de consilii sententia*] Verba sunt decreti in commentariis præscripti.

[z] *Fœderum interpretes*] Dicebat Verres se navim Mamertinis non postulasse, quod essent fœderati.

[a] *Societatis pactores*] Pactores con-

mertinis pro portione imperaretur, antequam[10] hoc delectum præclarumque consilium[d] iste dedit, ut ab his nummos acciperet, ac sui similis esset. [*p.* 247.] Itaque tantum valuit istius decreti auctoritas, quantum debuit ejus hominis, qui, a quibus frumentum emere debuisset, iis decretum vendidisset. Nam statim L. Metellus, ut isti successit, ex C. Sacerdotis et Sex. Peducæi instituto ac literis, frumentum Mamertinis imperavit. XXII. 56. Tum illi intellexerunt, se id, quod a malo auctore emissent, diutius obtinere non posse. Age porro, tu, qui te tam religiosum existimari voluisti[11] interpretem fœderum, cur Taurominitanis frumentum, cur Netinis[b] imperasti? quarum civitatum utraque fœderata est. Ac Netini quidem sibi non defuerunt: nam simul ac pronuntiasti, libenter te Mamertinis[12] quiddam remittere, te[13] adierunt, et eandem suam causam fœderis esse docuerunt. Tu aliter decernere in eadem causa non potuisti. Pronuntias, Netinos frumentum dare non oportere:[14] et ab his tamen exigis.[15] Cedo mihi ejusdem prætoris literas et rerum decretarum, et frumenti imperati, et tritici emti. (*Literæ prætoris rerum decretarum, frumenti imperati, et frumenti emti.*[16]) Quid potius in hac tanta ac tam

[d] *Judicium.*

tiones, religiones auctoris! Nunq. alias in Sic. et mox *proportione.*—10 Pro *antequam* in Leid. *quam te.*

CAP. XXII. 11 Ms., teste Grævio, *qui tam rel. exist. te vol.*—12 Huyd. *Mamertino.* Ante *quiddam* idem addit *quidem.* Pro *quiddam* Mss. plerique et edd. vett. habent *quidem;* et sic Orell. qui uncis includit. In edd. Steph. et Lamb. deest.—13 Leid. caret *te.* In Huyd. *audierunt.*—14 Pro *oportere* Leid. et Steph. habent *debere:* unde Orell. conj. *Net. frum. non debere.*—15 Lamb. *exegisti.*—16 '*Literas et rer. decr., et frum. imp.,* [*et trit. emti. Literæ prætoris rerum decr. frum. imp., et frum. emti*] Magna hic est librorum varietas. Edd. nonnullæ vett. *frum. imp. et rerum decretarum tritici emti;* ita ut *rerum decr.* bis poneretur. Ita Pal. 1. sed is punctis notavit verba *et rerum decr.* priore loco posita, sed Pal. 2. tantum habet *literas et rerum decretarum tritici emti,* omisso altero membro. In cod. Memmian. *decretarum frumenti,* sine copula, probante Hotomanno. Lambinus et Grævius lectionem vet. Ven. Naug., &c. exhibuerunt, *literas et rerum decretarum et frum. imperati et trit.*

NOTÆ

venit adhibere in paciscendis societatibus; sed non tales, quales a Verre adhibebantur, e suo comitatu viri scelerati.

[b] *Netinis*] Netini a Neto Siciliæ oppido dicti sunt.

turpi inconstantia[c] suspicari possumus, judices, quam id, quod necesse est, aut isti[17] a Netinis pecuniam, cum posceret, non datam; aut id esse actum, ut intelligerent Mamertini, bene se apud istum tam multa pretia ac munera collocasse, cum idem alii juris ex eadem causa non obtinerent?

57. Hic mihi etiam audebit mentionem facere Mamertinæ laudationis? in qua quam multa sint vulnera,[e] quis est vestrum, judices, quin intelligat? Primum, in judiciis,[18] qui decem laudatores[d] dare non potest, honestius est ei, nullum dare, quam illum quasi legitimum numerum consuetudinis non explere. Tot in Sicilia civitates sunt, quibus tu per triennium præfuisti: arguunt ceteræ: paucæ et parvæ, metu[19] repressæ, silent: una laudat. Hoc quid est, nisi intelligere, quid habeat utilitatis vera laudatio;[e] sed tamen[20] ita provinciæ præfuisse, ut hac utilitate necessario sit carendum? 58. Deinde, id[1] quod alio loco ante dixi, quæ est ista tandem laudatio, cujus laudationis legati principes, et publice tibi navem ædificatam, et privatim se ipsos abs te spoliatos expilatosque[2] esse dixerunt?

[e] *Vitia.*

emti, omissa repetitione verborum *rerum decretarum*, quæ Pal. cod. sed alieno loco sustulerat. Sed in cod. Reg. atque ψ etiam verba *et tritici emti* desunt. Et recte Garaton. monuit, ea ex glossemate esse enata. Verba autem *Literæ . . . frumenti emti* sunt in nullo cod. (in ψ etiam omittuntur, ut in Reg. Franc. 1.) et Gruterus jam observavit hos titulos adjici sine codd. Hinc Græv. delevit. Ego omnia, quæ spuria sunt visa, hic uncinis inclusi. Ed. Oliv. etiam ultimo loco *tritici emti*, non *frumenti emti.*' Beck. Pro titulo Schutz. e conj. edidit *Literæ præt. rerum decr. et frum. imperati.*—17 ψ et Huyd. *istam.*—18 *Primum ut in jud.* ψ, Reg. Franc. Guelf. Pariss. et edd. ante Manut. cum Beck. et Orell. Lamb. putabat aliquid desiderari, et sic esse legend. *Primum quod una totius Siciliæ civitas istum laudet: ut in jud.* Post *qui* Huyd. addit *quidem.*—19 Ante *metu* Leid. addit *et.* In Huyd. *repressæ metu.*—20 A Leid. abest *tamen.* Tum *ita, Verres, provinciæ præfuisti* ψ, Franc. 1. Huyd. et edd. vett. nonnullæ. Mox *necess. tibi sit car.* edd. vett. paucæ.—1 Huyd. Leid. et Steph. carent *id.* Dein Huyd. non habet *est.*—2 Leid. et

NOTÆ

[c] *Inconstantia*] Hinc arguitur inconstantia Verris, quod pronuntiavit Netinos frumentum dare non debere, quod tamen ab iis exigere non dubitavit.

[d] *Decem laudatores*] Decem fuerunt, qui Scaurum a Cicerone defensum laudaverunt.

[e] *Vera laudatio*] Vera laudatio est quæ multorum testimonio celebratur.

Postremo quid aliud isti faciunt, cum te soli ex Sicilia laudant, nisi testimonio[3] nobis sunt, te omnia sibi esse largitum, quæ tu de republica nostra detraxeris? Quæ colonia est in Italia tam bono jure,[f] quod tam immune municipium, quod per hosce annos[4] tam commoda vacatione sit usum omnium rerum, quam Mamertina civitas per triennium? soli, ex fœdere quod debuerunt, non dederunt:[5] soli, isto prætore, omnium rerum immunes fuerunt: soli in istius imperio ea conditione vitæ fuerunt,[6] ut populo Romano nihil darent, Verri nihil denegarent.

XXIII. 59. Verum, ut ad classem,[g] quo ex loco sum digressus, revertar: accepisti a Mamertinis navem contra leges:[7] remisisti[h] contra fœdera. Ita in una civitate bis improbus fuisti, cum et remisisti quod non oportebat, et accepisti quod non licebat. Exigere te oportuit navem, quæ contra prædones, non quæ cum præda[8] navigaret; quæ defenderet, ne provincia spoliaretur;[9] non quæ nova provinciæ spolia portaret. Mamertini tibi et urbem, quo furta undique deportares,[10] et navem, qua exportares, præbuerunt. Illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit: illi homines testes custodesque furtorum: illi tibi et locum furtis et furtorum vehiculum comparaverunt. Itaque ne tum quidem, cum classem avaritia ac nequitia tua perdidisti, navem Mamertinis imperare[11] ausus es: quo tem-

Steph. *spoliatos exspoliatosque.*—3 Leid. *testimonia.* Mox *de* ante *republica* non est in Reg. et Franc.—4 Huyd. *per hos annos.*—5 Huyd. *debuerunt.*—6 *Cond. vixerunt* Steph. Lamb. Beck. et Orell. *cond. vitæ vixerunt* Cujac. et Reg. *cond. usi fuerunt* nonnulli ap. Lamb. *cond. fuerunt* Schutz. e conj.

CAP. XXIII. 7 *Legem* vulg. *leges* Memmian. Reg. Guelf. Lamb. 1566. Græv. Harles. Beck. Schutz. et Orell.—8 Leid. *propter prædam.*—9 Huyd. *exspoliaretur.* Dein Guelf. Reg. tres Pariss. cum Hervag. Cam. Steph. Lamb. Græv. Lall. Beck. et Schutz. omittunt *nova.* Orell. qui h. l. ut corruptum notavit, dicit, 'At quo tandem *portaret?* Lego *Romam prov. spolia port.*'—10 Mss. nonnulli et edd. ante Steph. cum Grut. *portares.*—11 *Impe-*

NOTÆ

[f] *Tam bono jure*] Quælibet coloniæ suum jus præcipuum habebant: aliæ aliis amplius, et pro suo quæque merito.

[g] *Verum, ut ad classem*] Redit ad institutum, et crimen navis remissæ amplificat expolitione et contentione.

[h] *Remisisti*] Navem ex fœdere debebant populo Rom. quam eis Verres remisit.

pore in tanta inopia navium, tantaque calamitate provinciæ, etiamsi [precario[12]*f*] essent rogandi, tamen ab his impetraretur: reprimebat enim tibi et imperandi vim et rogandi conatum præclara illa, non[13] populo Romano reddita biremis, sed prætori donata cybea.[i] [*p.* 248.] Ea fuit merces[14] imperii, auxilii, juris, consuetudinis, fœderis.

60. Habetis unius civitatis firmum auxilium amissum ac venditum pretio. Cognoscite[k] nunc novam prædandi rationem, ab hoc primum excogitatam. XXIV. Sumtum omnem in classem frumento, stipendio, ceterisque rebus navarcho[l] suo quæque civitas[15] semper dare solebat. Is neque, ut accusaretur a nautis, committere audebat, et civibus suis rationem referre[16] debebat: in illo omni negotio, non modo labore, sed etiam periculo suo versabatur. Erat hoc, ut dico, factitatum semper, nec solum[17] in Sicilia, sed in omnibus provinciis; etiam in sociorum Latinorum[18] stipendio ac sumtu; tum cum illorum auxiliis uti solebamus. Verres post imperium constitutum primus imperavit, ut ea pecunia omnis a civitatibus sibi adnumeraretur, ut is pecuniam[19] tractaret, quem ipse præfecisset. 61. Cui potest esse dubium, quamobrem et omnium consuetudinem veterem primus immutaris, et tantam utilitatem per alios

f Precibus.

rare omnes Mss. et edd. ante Grut. cum Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *imperasse* Grut. Græv. Ern. errore typogr.—12 Ern. et Beck. *precario* uncis includunt, quia glossema esse judicaverunt. Græv. transponi voluit, *et esse rog., precario tamen ab iis imp.* Hotom. conj. *esset roganda*, scil. navis.—13 Negativam particulam ante *pop. Rom.* in Huyd. deest, et *reddita biremis* omittit Leid. In Huyd. pro *biremis* legitur *brevis.*—14 ψ et Huyd. *Ea tui merces.* Dein *auxilium juris* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Steph.

CAP. XXIV. 15 *Suo quæque nav. civ.* Lamb. e Ms. cum Beck. et Schutz. In Leid. *quoque civ.*—16 Reg. et Guelf. *rationes ferre*, prob. Ern. qui malit *rationem reddere.* Græv. scribi voluit *rationes referre.*—17 Leid. *nec non solum.*—18 Vulg. *sociorum et Lat.* Copulam delevit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—19 Omnes Mss. et edd. præter Lamb. Grut. Græv.

NOTÆ

[i] *Cybea*] Cybea non biremis, sed triremis instar est, quo posset propter capacitatem plura furta asportare.

[k] *Cognoscite*] Transit ad aliud crimen in re navali commissum.

[l] *Navarcho*] Navarchus dicitur, qui navi præest.

tractandæ pecuniæ neglexeris, et tantam difficultatem cum crimine, molestiam cum suspicione susceperis? Deinde alii quæstus instituuntur; ex uno genere navali, videte quam multi. Accipere a civitatibus pecunias,[20] ne nautas darent; pretio certo missos facere nautas; missorum omne stipendium lucrari; [1] reliquis, quod deberet, non dare. Hæc omnia ex civitatum testimoniis cognoscite. Recita testimonia civitatum. (*Testimonia civitatum.*) XXV. 62. Hunccine hominem?[m] hanccine impudentiam, judices? hanccine audaciam? civitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere?[2 n] certum pretium, sexcenos nummos,[o] nautarum missioni constituere? quos qui dederat, commeatum totius æstatis abstulerat: iste, quod et nautæ[3] nomine pro stipendio frumentoque acceperat, lucrabatur. Ita[4] quæstus duplex unius missione fiebat. Atque hæc homo amentissimus in tanto prædonum impetu,[5] tantoque periculo provinciæ, sic palam faciebat, ut et ipsi prædones scirent, et tota provincia testis esset.

63. Cum propter istius[p] hanc tantam[6] avaritiam, nomine classis[q] esset[7] in Sicilia, re quidem vera naves inanes, quæ

Oliv. Lall. Ern. et Harles. *ut is eam pec.*—20 Steph. et Lamb. *pecuniam.*—1 Huyd. *miss. esse stip. lucr.*

Cap. XXV. 2 Pro *describere* in Leid. *distribuere.* Tum *certo pretio DC.* vel *sexcentenos nummos naut. missione* edd. pr. *certum pretium sexcentenos nummos naut. missione* Steph. et Lamb. In ψ et Huyd. *certo pretio.* ψ quoque *missione:* Leid. *missiones.* Vulg. ut Ern. Mox ψ *commeatu ætatis:* Leid. *commeatum totius ætatis:* Huyd. *commeatu potius æstatis.*—3 *Quod ejus nautæ* Guelf. et Ms. Memmian. cum Steph. Græv. Oliv. Lall. et Orell. *quod nautæ* Schutz. e Cujac. *quod militis et nautæ* Lamb. *iste et, quod nautæ* conj. Ern. prob. Beck. *quod etiam nautæ* conj. Harles.—4 Mss. nonnulli et edd. vett. pleræque cum Grut. Oliv. Lall. *Itaque.*—5 Herelius conj. *metu* legend. uti c. 31. et 52.—6 ψ, Huyd. Leid. Steph. omittunt *tantam.*—7 Edd. ante Lamb. *essent.*

NOTÆ

[m] *Hunccine hominem*] Subauditur, feretis Verrem.

[n] *Describere*] Quantum quæque solverit.

[o] *Sexcenos* [*Sexcentenos*] *nummos*] Sexcenteni illi sestertii seu nummi efficiunt viginti nummos nostrates: tot vero dabantur a nautis, pro missione, ex instituto prætoris.

[p] *Cum propter istius*] Docet prædam captam ab hostibus sibi servasse, et ducem hostium cum ceteris captivis pecunia accepta dimisisse.

[q] *Nomine classis*] Perturbatur hic locus, quem elucidat Hotomannus, si sic legatur, et verba interpungantur: *Nomine, classis esset in Sicilia: re quidem vera, &c.* ut sit, *verbo et simulatio-*

prædam prætori,[8] non quæ prædonibus metum afferrent; tamen, cum P. Cæsetius[r] et P. Tadius decem navibus his semiplenis[9] navigarent, navem quandam, piratarum præda refertam, non ceperunt, sed abduxerunt,[10] onere suo plane captam atque depressam. Erat ea navis[11] plena juventutis formosissimæ, plena argenti facti,[s] atque signati,[t] multa cum stragula veste.[u] Hæc una navis a classe[12] nostra non capta est, sed inventa ad Megaridem; qui locus est non longe a Syracusis. Quod ubi isti nuntiatum est; tametsi in acta[13] cum mulierculis jacebat ebrius, erexit se tamen, et statim quæstori legatoque suo custodes[h][14] misit complures, ut omnia sibi integra quam primum exhiberentur. 64. Appellitur navis Syracusas: expectatur ab omnibus supplicium de captivis.[15] Iste, (quasi præda sibi advecta, non prædonibus captis) si qui senes aut deformes erant, eos in hostium numero ducit:[16][x] qui aliquid formæ, ætatis, artificiique habebant, abducit[17] omnes, nonnullos scribis suis, filio cohortique distribuit: symphoniacos[i] homines[18] sex cuidam amico suo Romam muneri misit.[19] Nox illa

[h] *Observatores.* [i] *Musicos.*

Vid. Not. Delph.—8 ψ *prætoris.*—9 Steph. *nav. suis semipl.*—10 Reg. *adduxerunt.*—11 Leid. *illa navis.* In Huyd. deest *plena.*—12 Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Steph. *ex classe:* ψ *a classe vestra.* Tum *capta non est* Huyd.—13 ψ, Huyd. et edd. vett. *tametsi noctu.*—14 *Custodes* non est in Huyd.—15 *Expectatur ab omnibus supplicium sumi de captivis putatur* Mss. pauci cum Ven. 1483. Lamb. Græv. et Orell. Voces *sumi de capt. putatur*, quæ non sunt in Guelf. et tribus Mss. Lambini, nucis includunt Lamb. Græv. et Orell. Vulg. ut Ern. *Spectatur* (navis) *ab omnibus: expectatur supplicium de captivis. Iste, &c.* conj. Memmius.—16 Huyd. et Leid. *dicit.*—17 Leid. *abduxit.* Mox Lamb. omittit *suis.*—18 Leid. Guelf. Hervag. Cam. Grut. non agnoscunt *ho-*

NOTÆ

ne classis erat in Sicilia: at revera, &c.

[r] *P. Cæsetius*] Cæsetius quæstor, et Tadius legatus Verris fuerunt.

[s] *Facti*] Factum argentum dicitur, quod pretiosis operibus insumtum est.

[t] *Signati*] Signatum argentum illud est, quod publico signo notatum est, et hoc pecuniæ appellationem recipit.

[u] *Stragula veste*] Vide pro Rosc. Am. § 33. not.

[x] *In hostium numero ducit*] Id est, interficit: sic loqui soliti erant veteres, ut cædis mentionem evitarent. Ita Cæsar de Bell. Gall. lib. I.

tota exinaniunda[20] navi consumitur. Archipiratam[y] ipsum videt nemo, de quo supplicium sumi oportuit: hodieque omnes sic habent persuasum,[1] (quid ejus sit, vos conjectura quoque[2] assequi debetis) istum clam a piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse. Conjectura bona[3] est. XXVI. 65. Judex esse bonus nemo potest, qui suspicione certa non movetur. [*p.* 249.] Hominem nostis; consuetudinemque[4] omnium tenetis: qui ducem prædonum aut hostium ceperit, quam[5] libenter eum palam ante oculos omnium esse patiatur. Hominem in tanto conventu Syracusis vidi neminem, judices, qui archipiratam captum vidisse[6] se diceret; cum omnes, ut mos est, ut solet fieri, concurrerent,[7] quærerent, videre cuperent. Quid accidit,[8] cur tantopere iste homo occultaretur, ut eum ne casu quidem quisquam aspicere posset? Homines maritimi[9] Syracusis, qui sæpe istius ducis nomen audissent, cum eum sæpe timuissent,[10] cum ejus cruciatu atque supplicio pascere oculos, animumque exsaturare vellent; potestas aspiciendi[11] nemini facta est. 66. Unus plures prædonum duces vivos cepit P. Servilius, quam omnes antea. Ecquando igitur isto fructu quisquam caruit, ut videre piratam captum non liceret? At contra, quacumque iter fecit, hoc jucundissimum spectaculum omnibus vinctorum captorumque hostium præbebat. Itaque[12] ei concursus undique fiebant,

mines.—19 Herelius conj. *mittit.*—20 Reg. *in exinan.*—1 Reg. Pariss. Lambini Mss. cum Steph. Græv. Lall. Beck. et Schutz. omittunt *persuasum*, quod Orell. uncis inclusit.—2 Leid. Steph. Lamb. non habent *quoque.*

CAP. XXVI. 3 In Reg. et Steph. omittitur *bona*, quod Orell. uncis includit. 'Schutz. *Conj. bona est* uncis inclusit. Sed eodem plane jure etiam seqq. *Judex . . . movetur* suspecta habere potuisset.' *Orell.*—4 *Consuetudinem*, sine copula, Steph. Lamb. Græv. Oliv. Beck. Schutz. et Orell.—5 Huyd. *quem.*—6 Idem *captum esse vid.*—7 Huyd. *cum omnis . . . concurreret.* Verba *ut solet fieri*, Burmanno et Grævio suspecta, Beck. uncis includit. Schutz. ea delevit.—8 Harles. conj. *Qui accidit.*—9 ψ, Huyd. Franc. 1. Pall. et edd. vett. *Mamertini.*—10 *Syr., qui sæpe istius ducis nomen cum audissent, cum eum sæpe tim.* Ven. 1483. *Syr., sæpe ist. duc. nom. cum aud., cum eum sæpe tim.* Junt. In Leid. deest *eum.* Reg. Steph. et Lamb. carent *cum eum*, quas voces Orell. uncis includit.—11 Huyd. *aspicie^mini.*—12 Idem Ms. *Atque.* Mox

NOTÆ

y *Archipiratam*] Insinuat archipiratam dimissum fuisse incolumem.

ut non modo ex his oppidis, qua ducebantur, sed etiam ex finitimis, visendi causa, convenirent. Ipse[13] autem triumphus quamobrem omnium triumphorum gratissimus populo Romano fuit atque jucundissimus?[14] quia nihil est victoria dulcius. Nullum est autem testimonium victoriæ certius, quam, quos sæpe metueris, eos[15] te vinctos ad supplicium duci videre. 67. Hoc tu quamobrem non fecisti?[16] quamobrem ita iste pirata celatus[17] est, quasi eum aspicere nefas esset? quamobrem supplicium non sumsisti? quam ob causam hominem reservasti?[18] ecquem audisti in Sicilia antea captum archipiratam, qui non securi percussus sit? unum cedo auctorem tui facti:[z] unius profer exemplum. Vivum tu archipiratam servabas, quem per triumphum, credo, quem ante currum tuum duceres. Neque enim quicquam erat jam reliquum, nisi ut,[19] classe populi Romani pulcherrima amissa, provinciaque lacerata, triumphus navalis tibi decerneretur. XXVII. 68. Age porro,[a] custodiri ducem prædonum novo more, quam[20] securi feriri omnium exemplo magis placuit. Quæ sunt istæ custodiæ? apud quos homines? quemadmodum est asservatus? Lautumias[b] Syracusanas omnes audistis; plerique nostis. Opus est ingens, magnificum, regum ac tyrannorum. Totum[1] est ex saxo in mirandam altitudinem depresso, et multorum operis penitus exciso. Nihil tam clausum ad exitus,[2] nihil tam septum undique, nihil tam tutum ad custodias, nec fieri, nec cogitari potest. In has lautumias, si qui publice

Lamb. conj. *ex iis opp.*—13 Huyd. *Iste.*—14 Lamb. *et jucund.*—15 ψ *eosdem.* Tum *invitos* Leid. Pro *ad supplicium duci* in ψ legitur *et addici.*—16 *Hoc tu quamobrem talem hominem non fec.* Leid. in quo desunt verba *quamobrem ita . . . nefas esset.*—17 Steph. et Lamb. *occultatus.* Mox iidem *aspici.*—18 Leid. *quam ob rem talem hom. observasti.* Tum Reg. et Ms. Lamb. *ecquem scis in Sicil.*—19 Leid. *erat reliq., ubi ut.*

CAP. XXVII. 20 Huyd. *quem.*—1 *Natum* ψ: *Notum* Huyd. Paulo post *depressum . . . exscissum* ψ: *depressum . . . excisum* Huyd. unde *depressum* et *excisum* veriora esse censet Beck.—2 Steph. *exitum.* Mox Steph. et Lamb.

NOTÆ

[z] *Auctorem tui facti*] Nemo est qui idem fecerit, et quem Verres potuerit imitari servando archipiratam.

[a] *Age porro*] Docet alium captivum in locum archipiratæ suppositum fuisse, quod probat ex ratione custodiæ.

[b] *Lautumias*] Carcer Syracusanus.

custodiendi sunt, etiam ex ceteris oppidis Siciliæ deduci imperantur. 69. Eo quod multos captivos cives Romanos conjecerat, et[3] quod eodem ceteros piratas contrudi[4] imperarat; intellexit, si hunc subditicium[5] archipiratam in eandem custodiam dedisset, fore, ut a multis, illis in lautumiis,[6] verus ille dux quæreretur. Itaque hominem huic optimæ tutissimæque[7] custodiæ non audet committere: denique Syracusas totas timet. Amandat[8] hominem. Quo? Lilybæum[c] fortasse. Video: tamen homines maritimos non plane reformidat.[9] Minime, judices. Panormum igitur? Audio: quanquam Syracusis, quoniam in Syracusano captus erat, maxime, si minus supplicio affici, at custodiri oportebat. Ne Panormum quidem. 70. Quid igitur?[10] quo putatis? Ad homines a piratarum metu et suspicione alienissimos; a navigando rebusque maritimis remotissimos, ad Centuripinos, homines maxime mediterraneos, summos aratores, qui nomen nunquam timuissent maritimi prædonis; unum, te prætore, horruissent[11] Apronium, terrestrem archipiratam. [*p.* 250.] Et, ut quivis facile perspiceret, id ab isto actum esse, ut ille suppositus, facile et libenter, se illum, qui non erat, esse simularet; imperat Centuripinis, ut is victu[12] ceterisque rebus quam liberalissime commodissimeque habeatur.[13] XXVIII. 71. Interea Syracusani,[14] homines periti et humani, (qui non modo ea, quæ perspicua essent, videre, verum[15] etiam occulta su-

custodiam.—3 Steph. omittit copulam.—4 Huyd. *contradi:* Leid. *concedi:* Lamb. et margo Crat. *condi.*—5 *Subditum* ψ: *subdituum* Huyd. *subditivum* Reg.—6 'Verba *illis in lautumiis* spuria et interpretationis causa addita esse conjeci. Nam non modo in Reg. ap. Græv. (in quo etiam τὸ *verus* omittitur) desunt, sed ψ, Huyd. Ven. 1483. habent *ille in laut.;* quod glossematis etiam apertius indicium est.' *Beck.* qui ea uncis includit. Schutz. delevit.—7 ψ, Huyd. *justissimæque.*—8 ψ *commendat,* et sic Huyd. qui *hominem* omittit.—9 Post *reformidat* interrogandi signum ponunt ψ et Beck.—10 Græv. e Reg. 3. edidit *Quo igitur.* Tum *quo putastis* Leid. Reg. In Huyd. deest *putatis.*—11 ψ *obruissent.*—12 Huyd. *motu.*—13 Leid. Steph. *adhiberetur:* al. *adhibeatur.* Beck. suspic. *haberetur.*

CAP. XXVIII. 14 Leid. *Syracusanique.*—15 *Verum* non est in Huyd.—

NOTÆ

c *Quo? Lilybæum*] Sustentatio egregia. Lilybæum porro Siciliæ promontorium fuit, cum urbe ejusdem nominis, Libyam spectans.

spicari possent) habebant rationem omnes[16] quotidie piratarum, qui securi ferirentur: quam multos esse oporteret, ex ipso navigio, quod erat captum, et ex remorum numero[17] conjiciebant. Iste, quod omnes, qui artificii aliquid habuerant aut formæ, removerat atque abduxerat, reliquos si, ut[18] consuetudo est, universos ad palum alligasset, clamorem populi fore suspicabatur, cum tanto[19] plures abducti essent, quam relicti. Propter hanc causam, cum instituisset alios alio tempore producere; tamen in tanto conventu nemo erat, quin rationem numerumque haberet, et reliquos non desideraret solum, sed etiam posceret et flagitaret. 72. Cum maximus[20] numerus deesset, tum iste homo nefarius in eorum locum, quos domum suam de piratis abduxerat, substituere et supponere cœpit cives Romanos, quos in carcerem antea conjecerat; quorum alios, Sertorianos[d] milites fuisse insimulabat, et ex Hispania fugientes ad Siciliam appulsos esse dicebat; alios, qui a prædonibus[1] erant capti, cum mercaturas facerent, aut aliquam ob causam[2] navigarent, sua voluntate cum piratis fuisse arguebat. Itaque alii cives Romani, ne cognoscerentur, capitibus obvolutis e carcere ad palum atque ad necem rapiebantur; alii, cum a multis civibus Romanis recognoscerentur,[3] ab omnibus defenderentur, securi feriebantur. Quorum ego de acerbissima morte crudelissimoque cruciatu dicam, cum eum locum tractare cœpero: et ita dicam, ut, si me in ea querimonia,[4] quam sum habiturus de istius crudelitate, et de civium Romanorum indignissima morte, non modo vires, verum etiam vita deficiat, id mihi præclarum[5] et jucundum putem. 73. Hæc igitur est

16 Ern. conj. *omnium*.—17 Mss. quidam et edd. ante Steph. cum Gruter. *quod erat factum sex rem. num.*—18 Leid. *sicut*.—19 Ursini Ms. et marg. Crat. *cum altero tanto*, probb. Hotom. et Gruter.—20 Leid. et Lamb. e Ms. *magnus*. —1 ψ *alio qui;* et Leid. *a prætoribus*.—2 Hotom. e Ms. cum Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *aut aliquam aliam ob causam*.—3 Huyd. Reg. et Ms. Lamb. cum Ven. 1483. Junt. Steph. Lamb. *cognoscerentur*.—4 ψ *si mea quer*. Huyd. *si*

NOTÆ

[d] *Sertorianos*] Sertoriani sunt, qui Hispaniam secuti sunt, ubi bellum Sertorium proscriptum a Sylla in ingens excitavit.

gesta[6] res, hæc victoria præclara: myoparone[l] piratico capto, dux liberatus, symphoniaci Romam missi; formosi homines, et adolescentes, et artifices domum abducti; in eorum locum, et ad eorum numerum cives Romani hostilem in modum cruciati et necati:[7] omnis vestis ablata; omne aurum et argentum ablatum et aversum. XXIX. At quemadmodum ipse[e] sese induit[m] priore actione? qui tot dies tacuisset, repente in M. Annii, hominis splendidissimi, testimonio, cum is civem Romanum[8] dixisset, archipiratam negasset securi esse percussum, exsiluit; conscientia sceleris, et furore ex maleficiis concepto excitatus[9] dixit, se, quod sciret, sibi crimini datum iri, pecuniam accepisse, neque de vero archipirata sumsisse supplicium, ideo securi non percussisse: domi esse apud sese archipiratas dixit[10] duos. 74. O clementiam[f] populi Romani, seu potius patientiam miram ac singularem! Civem Romanum securi esse percussum, Annius, eques Romanus, dicit: taces. Archipiratam negat: fateris. Fit in eo[11] gemitus omnium et clamor, cum tamen a præsenti supplicio tuo se continuit populus Romanus et repressit, et salutis suæ rationem judicum severitati reservavit. Qui sciebas tibi crimini datum iri?[g] quamobrem sciebas? quamobrem

[l] *Nave.* [m] *Irretivit.*

me mea quer.—5 Herelius legi mavult *pergratum.*—6 Leid. omittit *gesta.*—7 In eodem Ms. desunt verba *et necati.* Pro *vestis abluta* Herelius conj. *vestis stragula.* Mox verba *ablatum et* ex glossemate esse enata censet Beck. ideoque delenda.

CAP. XXIX. 8 *Cives Romanos* Crat. Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *in cives Rom.* Manut. *cum his civibus Rom.* Huyd. *civis Romanus* ψ. Dein *et archip.* Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. cum Grut. Oliv. Lall.—9 Huyd. *concitatus.*—10 Leid. non habet *dixit.*—11 Reg. Guelf. Lamb. Græv. omittunt voces *in eo;* quas Beck. uncis includit. Mox in ψ, Huyd. et uno Pariss. ac edd. vett. cum Grut. Oliv. et Orell. *salutis tuæ rationem:* sed in Addend. Orell. h. l. ita legi jubet, *percussum M. Annius . . . continuit pop. Rom. se et repressit et salutis*

NOTÆ

[e] *At quemadmodum ipse*] Confirmat objectum crimen ex ipsius Verris confessione, quod vehementer amplificat.

[f] *O clementiam*] Laudat clementiam populi Rom. Cicero, qui, Verris hoc audito scelere, a præsenti supplicio se continuit.

[g] *Tibi crimini datum iri*] Excusabat Verres quod sibi crimini datum esset, si archipiratam morti addixisset.

etiam suspicabare? inimicum habebas neminem. Si haberes, tamen non ita vixeras, ut metum judicii propositum habere deberes.[12] An te, id quod fieri solet, conscientia timidum suspiciosumque faciebat? Qui igitur,[13] cum esses in imperio, jam tum judicium et crimen horrebas; reus cum tot testibus coarguare,[14] potes de damnatione dubitare? 75. Verum, si crimen hoc metuebas,[15] ne quis abs te suppositum esse diceret,[16] qui pro archipirata securi feriretur; [*p.* 251.] utrum tandem tibi ad defensionem firmius fore putasti, in judicio, coactu atque efflagitatu meo,[17] producere ad ignotos[h] tanto post eum, quem archipiratam esse diceres; an recenti re, Syracusis, apud notos, inspectante Sicilia pæne tota, securi ferire? Vide, quid intersit, utrum faciendum fuerit. In illo reprehensio nulla esse potuit: hic defensio nulla est.[18] Itaque illud semper omnes fecerunt: hoc quis ante te, quis[19] præter te fecerit, quæro. Piratam vivum tenuisti. Quem ad finem? dum cum imperio fuisti: quamobrem?[20] quam ob causam? quo exemplo? cur tamdiu? cur, inquam, civibus Romanis, quos piratæ ceperant, securi statim percussis, ipsis piratis lucis usuram tam diuturnam dedisti? 76. Verum esto: sit tibi illud liberum omne tempus, quod[1] cum imperio fuisti. Etiamne privatus? etiamne reus? etiamne pæne damnatus, hostium duces privata in domo retinuisti? unum, alterum mensem, prope annum denique, domi tuæ piratæ, a

suæ . . . Quid? sciebas. Harles. conj. *et supplicii tui rat.*, aut *et rat. judicii judicum sev.*, aut *et tui rat. judicii judicum sev.* In Huyd. *judicium sev.* Porro in Leid. *Quid sciebas.* Verba *quamobrem sciebas* omittit Huyd.—12 Huyd. *debere.*—13 ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. *Quid igitur.* Tum Huyd. *cum essem.* Reg. Franc. 1. Hervag. Cam. Steph. Lamb. Grut. Oliv. Lall. et Orell. *cum imperio.* Mox pro *reus*, quod in Leid. et al. deest, in ψ et Huyd. legitur *hic.* Orell. in Addend. jubet legi *crimen horrueris, cum tot, &c.*—14 ψ, Huyd. Leid. *arguare.*—15 Lamb. *crimen non met.* Dein ψ et Huyd. *neque abs te.*—16 ψ *deceret.*—17 Huyd. *primus esse put., judicium coactum atque efflagitatum eo: ψ firmius fore, esse, putasti. Judicium coactum atque efflagitatum eo.* Ms. Ursini *in judicium.*—18 In Leid. non leguntur verba *hic defensio nulla est.*—19 Leid. et Cujac. omittunt *quis* ante *præter:* unde conj. Gulielm. *quis ante te prætorem.*—20 Ab Reg. *quamobrem* abest.—1 Memmian. Reg. Steph. Lamb. Græv. *quoad.*

NOTÆ

[h] *Ad ignotos*] Per ignotos, eos, quibus notus non esset, indicat.

quo tempore capti sunt, quoad per me licitum est, fuerunt: hoc est, quoad per M' Acilium Glabrionem[i] licitum est; qui, postulante me, produci atque in carcerem condi imperavit. XXX. Quod est hujusce rei jus? quæ consuetudo? quod exemplum? Hostem acerrimum atque infestissimum populi Romani,[2] seu potius communem hostem gentium nationumque omnium, quisquam omnium[3] mortalium privatus intra mœnia domi suæ retinere poterit? 77. Quid, si pridie, quam[4] a me tu coactus es confiteri, civibus Romanis securi percussis, prædonum ducem vivere, apud te habitare; si, inquam, pridie domo tua profugisset, si aliquam manum contra populum Romanum[5] facere[n] potuisset, quid diceres? Apud me habitavit: mecum fuit: ego illum ad judicium meum,[k] quo facilius crimen inimicorum diluere possem, vivum atque incolumem reservavi. Itane vero? tu tua pericula communi periculo defendes? tu supplicia, quæ debentur hostibus victis, ad tuum, non ad populi Romani[6] tempus conferes? populi Romani hostis privatis custodiis[7] asservabitur? At etiam qui triumphant,[8] eoque diutius vivos hostium duces servant, ut, his per triumphum ductis, pulcherrimum spectaculum, fructumque victoriæ populus Romanus percipere possit; tamen cum de foro in Capitolium currum[9] flectere incipiunt, illos duci in carcerem jubent: idemque dies et victoribus

[n] *Legere aliquem numerum hostium contra populum Romanum.*

CAP. XXX. 2 Leid. *populo Romano.*—3 Verba *quisquam omnium* in Leid. et Reg. desunt. Grævius abesse maluit voces *omnium mortalium.* Mox pro *poterit* in Huyd. *potuit.*—4 ψ *Qui si pridie et quam:* Leid. *Quid si postridie quam.*—5 Lambini Ms. *contra rempublicam,* prob. Garaton.—6 Leid. Steph. Lamb. *reipublicæ,* non improb. Orell.—7 Steph. *privati hominis custodiis:* Leid. *privatis hoies custodiis.* Tum Huyd. *asservabatur.*—8 Huyd. *triumphat.* Tum *eo diutius* Franc. 1. Guelf. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *eo quoque diutius* Ven. 1483. Junt. *eo qui diutius* Huyd. *eo quod diutius* duo Mss. Lamb. Mox *reservant* Reg. Guelf. duo Mss. Lambini cum Græv.—9 Leid. et Steph.

NOTÆ

[i] *Glabrionem*] Glabrio prætor fuit in Sicilia.

[k] *Ego illum ad judicium meum*] Majestatis crimen amplificat a causis et dissimili exemplo. Majestatis autem crimen dicitur, quod adversus populum Rom. ejusve securitatem committitur.

imperii, et victis vitæ finem facit. 78. Et nunc cuiquam credo esse dubium, quin[10] tu id commissurus non fueris, (præsertim cum statuisses, ut ais, tibi causam esse dicendam) ut ille archipirata non potius securi feriretur, quam (quod erat ante oculos positum[l]) tuo periculo viveret.[11] Si enim esset mortuus, tu, qui crimen ais te metuisse, quæro,[12] cui probares? cum constaret, istum Syracusis ab nullo visum esse archipiratam, ab omnibus desideratum; cum dubitaret nemo, quin abs te pecunia liberatus esset; cum vulgo loquerentur,[13] suppositum in ejus locum, quem pro illo probare velles; cum tute fassus esses, te[14] id crimen tanto ante metuisse; si eum diceres esse mortuum, quis te audiret? nunc, cum vivum istum nescio[15] quem produces, tamenne id credi voles? 79. Quid, si aufugisset? si vincla rupisset ita, ut Nico ille, nobilissimus pirata, fecit,[16] quem P. Servilius, qua felicitate ceperat, eadem recuperavit? quid diceres? Verum hoc erat. Si ille semel verus archipirata[17] securi percussus esset, pecuniam illam non haberes: si hic falsus esset mortuus, aut profugisset, non esset difficile alium in suppositi locum supponere. [*p.* 252.] Plura dixi, quam volui, de illo archipirata; et tamen[18] ea, quæ certissima sunt hujus criminis argumenta, prætermisi. Volo enim mihi totum esse crimen hoc integrum. Est certus locus,[m] certa lex, certum tribunal, quo hoc reservetur.

currus.—10 *Et non credo esse dubium, quin* ψ, Huyd. Franc. 1. Ven. 1483. Junt. *Et nunc credo esse dub., quin* Crat. Hervag. *Est nunc, credo, cuiquam dub.* Steph. et Lamb. *Est nunc cuiquam, credo, esse dub.* Schutz. e conj.—11 Huyd. *veniret.*—12 Hotom. maluit *quæso.* In Franc. 1. *quæ cui probares.*—13 Huyd. *loqueretur.*—14 Steph. omittit *te.*—15 Huyd. *Hunc cum unum istum nescio.* Tum ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. *quem produces.* Pro vulg. *tamenne id credi voles,* quæ est e conj. Hotomanni, *tamen te derideri vides* Mss. et edd. pr. cum Græv. Lall. Beck. Dein Leid. *Quid si aut fugisset? si aut vincla.*—16 Mss. nonnulli *fugit:* Huyd. *fuit.*—17 Leid. et Steph. *pirata.*—18 Leid. *tantum.*

NOTÆ

[l] *Ante oculos positum*] Si viveret, Verris periculo viveret: erat enim illud crimen majestatis.

[m] *Certus locus*] Minatur Verri judicium, quem de repetundis, et de violata majestate apud judices potest accusare.

XXXI. 80. Hac tanta præda auctus,[n] mancipiis, argento, veste locupletatus, nihilo diligentior ad classem ornandam,[o] milites revocandos[o] alendosque esse cœpit; cum ea res non solum provinciæ saluti, verum etiam ipsi prædæ esse posset. Nam æstate summa,[p] quo tempore ceteri prætores obire provinciam, et concursare[19] consueverunt, aut etiam in tanto prædonum metu et periculo ipsi navigare; eo tempore ad luxuriam, libidinesque suas, domo sua regia [quæ regis Hieronis fuit, qua prætores uti solent,[20]] contentus non fuit. Tabernacula, quemadmodum consueverat temporibus æstivis, quod antea jam[1] demonstravi, carbaseis intenta velis, collocari jussit in littore; quod est littus in Insula Syracusis post Arethusæ[2] fontem,[p] propter ipsum introitum atque ostium portus, amœno sane et ab arbitris remoto loco. 81. Hic dies æstivos sexaginta prætor populi Romani,[3] custos defensorque provinciæ, sic vixit, ut muliebria quotidie convivia essent, vir accumberet nemo præter ipsum et prætextatum filium: tametsi[4] recte sine exceptione dixeram, virum,[q] cum isti essent, neminem fuisse. Nonnunquam etiam libertus Timarchides[r] adhibebatur: mulieres autem nuptæ nobiles, præter unam mimi Isidori filiam, quam iste, propter amorem, ab Rhodio tibicine abduxerat;[5] Pippa quædam, uxor Æschrionis Syracusani; de

[o] *Instituendam.* [p] *Media.*

CAP. XXXI. 19 Lamb. *circumcursare.*—20 Verba *quæ regis . . . uti solent,* tanquam e l. IV. c. 54. assuta, Ern. Harles. et Beck. uncis includunt. Schutz. ea delevit.—1 Leid. et Steph. omittunt *jam.* Tum in Huyd. *carbasus.* Mox pro *in littore* Orell. conj. *in acta* legend.—2 Huyd. *Herethusæ.*—3 Leid. et Steph. omittunt *sexaginta* et *populi Romani.*—4 In Leid. deest *tametsi.* Mox pro *virum* idem Ms. habet *utrum.*—5 Huyd. *Rhodie,* et Leid.

NOTÆ

[n] *Præda auctus*] Redit ad classem, ut Verris negligentiam et mollitiem ostendat.

[o] *Revocandos*] Qui pretio dimissi fuerant.

[p] *Arethusæ fontem*] Fons est in Sicilia figmentis poëtarum famosus, qui se in Mare Siculum devolvit.

[q] *Virum*] Vult Verrem inter mulieres potius quam viros numerari propter ejus libidinem.

[r] *Timarchides*] Verris assecla fuit Timarchides, et emissarius.

qua muliere plurimi versus, qui in istius cupiditatem facti sunt, tota Sicilia percelebrantur. 82. Erat et Nice,[6] facie eximia, ut prædicatur, uxor Cleomenis Syracusani. Hanc Cleomenes[7 s] vir amabat: verumtamen hujus libidini adversari[8] nec poterat, nec audebat; et simul ab isto donis beneficiisque plurimis devinciebatur. Illo autem tempore iste, tametsi ea est hominis impudentia, quam nostis,[9] ipse tamen, cum vir esset Syracusis, uxorem ejus parum poterat animo soluto ac libero tot in acta[t] dies[10] secum habere.[q] Itaque excogitat rem singularem. Naves, quibus legatus præfuerat, Cleomeni tradit:[11] classi[u] populi Romani Cleomenem Syracusanum præesse jubet, atque imperare.[12] Hoc eo facit, ut ille non solum abesset a domo tum, cum navigaret; sed etiam libenter cum magno honore beneficioque abesset: ipse autem, remoto[13] atque ablegato viro, non liberius, quam ante, (quis enim unquam istius libidini obstitit?) sed paulo solutiore tamen animo secum illam haberet, si non tanquam virum, at tanquam[14] æmulum removisset. 83. Accipit navem[15] sociorum atque amicorum Cleomenes Syracusanus. XXXII. Quid primum aut accusem,[x] aut querar, judices? Siculone homini, legati, quæstoris, prætoris[16] denique potestatem, honorem, auctoritatem

[q] *Habere tot diebus secum.*

adduxerat. Tum Huyd. *Pipa.*—6 *Et* ante *Nice* omittit Huyd. Pro *et Nice* Leid. habet *in te.* Quidam legi volunt *Berenice,* teste Lamb.—7 Leid. *Deomenis,* et mox *Deomenes.* Pro *Hanc* in Huyd. legitur *Hunc.*—8 Huyd. *adversarii.* Mox Ern. mavult *deliniebatur.*—9 Huyd. *qua nris.*—10 Manut. et Wechel. *tot noctes ac dies.* Vocem *secum* Gulielm. et Græv. deleri maluerunt. —11 Huyd. *tradidit.*—12 Mss. nonnulli cum Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Lamb. Grut. *imperat.*—13 Huyd. *amoto.*—14 Huyd. *et tanq.* al. *sed tanq.*—15 Lamb. et Orell. *naves,* ut mox § 84. et 85.

NOTÆ

[s] *Cleomenes*] Præfectus fuit classi Cleomenes.

[t] *Acta*] Loci nomen in littore Syracusano: nam ἀκτὴ *littus* est. Ita Æneid. lib. v. 'At procul in sola secretæ Troadis acta Amissum Anchisem flebant.'

[u] *Classi*] Classi Romanæ nemo Siculus tanquam prætor vel legatus præesse potuit.

[x] *Quid primum aut accusem*] Dubitatione et crebris interrogationibus, quibus ostendit magis idoneos classi præfici potuisse, rei indignitatem attollit.

dari? Si te impediebat ista conviviorum mulierumque occupatio; ubi quæstores? ubi legati? [ubi ternis denariis æstimatum frumentum?[y] ubi muli?[z] ubi tabernacula? ubi tot tantaque ornamenta magistratibus et legatis a senatu populoque Romano permissa et data?[17]] denique ubi præfecti et tribuni tui? Si civis Romanus dignus isto negotio nemo fuit; quid civitates, quæ in amicitia fideque populi Romani perpetuo manserant?[a] ubi Segestana? ubi Centuripina civitas? quæ tum officiis, fide, vetustate, tum etiam cognatione[b] populi Romani nomen[18] attingunt. 84. O Dii immortales! Quid? si harum ipsarum[19] civitatum militibus, navibus, navarchis, Syracusanus Cleomenes jussus est imperare;[20] [*p.* 253.] non omnis honos ab isto dignitatis, æquitatis, officiique sublatus est?[c] Ecquod in Sicilia bellum gessimus, quin Centuripinis sociis, Syracusanis hostibus uteremur? atque hæc omnia ad memoriam[1] vetustatis, non ad contumeliam civitatis referri volo. Itaque ille vir clarissimus,[2] summusque imperator, M. Marcellus, cujus virtute captæ, misericordia conservatæ sunt Syracusæ, habitare in ea parte urbis, quæ insula est, Syracusanum neminem voluit. Hodie, inquam, Syracusanum

CAP. XXXII. 16 ψ *prætoris populi Romani.*—17 'Hæc *ubi ternis . . . et data* non sine probabilitatis specie Ern. Beck. Schutz. uncis includunt.' *Orell.* Harles. conjecit h. l. ita legend. *ubi leg.? denique ubi præfecti et tribuni tui? cui ternis den. æstim. frumentum? cui muli? cui tabernacula? cui tot tantaque . . . permissa et data.* In Reg. et Ms. Lamb. cum Lamb. et Græv. *ubi præfecti? ubi tribuni?*—18 Reg. Steph. Lamb. non agnoscunt *nomen.*—19 *Ipsarum* non est in Huyd. Mox ψ et Huyd. *navarchus.*—20 Leid. *num.* Pro *ab isto* Huyd. habet *ista.*—1 *Atque hæc ad mem.* Steph. *atque hæc ego ad mem.* Leid. Reg. et Ms. Lambini, cum Lamb. Beck. Schutz. et Orell.—2 ψ *clarissimus ille vester.*

NOTÆ

[y] *Æstimatum frumentum*] De frumento loquitur, quod Verri in cellam datum erat, ut illius opera pro sua et sociorum salute populus Rom. uteretur.

[z] *Ubi muli*] Magistratus mulis et tabernaculis, et omni prorsus instrumento militari instruebantur, ne quid tale exigerent.

[a] *Perpetuo manserant*] Civitates quæ fidæ semper populo Romano manserant, immunes erant et liberæ: tales fuerunt Segestana et Centuripina.

[b] *Cognatione*] Segesta cognatione attingebat Romam, quia quondam condita ab Ænea dicitur.

[c] *Sublatus est*] Siculus non debuit imperare classi pop. Rom.

in ea parte habitare non licet:[3] est enim locus, quem vel pauci possint[4] defendere. Committere igitur eum[5] non fidelissimis hominibus noluit; simul quod[6] ab illa parte urbis navibus aditus ex alto est. Quamobrem qui nostros exercitus sæpe excluserant, iis claustra loci committenda non existimavit. 85. Vide, quid intersit[d] inter tuam libidinem majorumque[7] auctoritatem; inter amorem furoremque tuum, et illorum consilium atque prudentiam. Illi aditum littoris Syracusanis ademerunt: tu maritimum imperium concessisti. Illi habitare[8] in eo loco Syracusanum, quo naves accedere possent, noluerunt: tu classi et navibus Syracusanum præesse voluisti. Quibus illi urbis[9] suæ partem ademerunt, iis tu nostri imperii partem dedisti; et, quorum sociorum opera[e] Syracusani nobis dicto audientes sunt, eos Syracusanis dicto audientes esse jussisti.

XXXIII. 86. Egreditur Centuripina[10] quadriremi Cleomenes e portu: sequitur Segestana navis, Tyndaritana, Herbitensis, Heracliensis, Apolloniensis, Haluntina: præclara classis in speciem,[11] sed inops et infirma, propter dimissionem propugnatorum atque remigum. Tamdiu in imperio suo[12] classem iste prætor diligens vidit, quamdiu convivium ejus flagitiosissimum prætervecta est. Ipse autem, qui visus multis diebus non esset, tum se tamen in conspectum nautis paulisper dedit. Stetit soleatus[f]

civis.—3 Verba *hodie, inquam . . . non licet,* quæ Beckio suspecta sunt, delevit Schutz.—4 *Possunt* Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Grut. Oliv. Lall. *possent* e Reg. dederunt Steph. Lamb. et Grut. *possint* Ern. e conj. et sic Harles. Beck. Schutz. et Orell.—5 Huyd. non habet *igitur eum.*—6 In eodem Ms. *simulque quæ.*—7 Huyd. *majoremque.*—8 Edd. veti. *habitari.* Mox Lamb. *qua naves.*—9 Huyd. *urbi.* Nonnulli ap. Lamb. legi volunt *urbis suæ portam,* aut *portum.*

CAP. XXXIII. 10 Cujac. Reg. et Leid. *Egred. in Cent.* Post *sequitur* Leid. addit *econt,* addita post *t* lineola; i. e. *e contrario,* ut censet Beck.—

NOTÆ

[d] *Vide, quid intersit*] Contentio vehemens ad crimen amplificandum et demonstrandum, adhibita dissimilium comparatione: nam alii magistratus Rom. longissime ab hac agendi ratione abfuerunt.

[e] *Opera*] In expugnatione Syracusarum Marcellum adjuverant Segestani cum Centuripinis.

[f] *Soleatus*] Soleæ crepidæ sunt mu-

prætor populi Romani[13] cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus[14] in littore. Jam hoc ipso istum vestitu Siculi civesque Romani permulti sæpe viderunt. 87. Posteaquam paulum provecta classis est, et Pachynum[15 g] quinto die denique appulsa est; nautæ fame[16] coacti, radices palmarum agrestium, quarum erat in illis locis, sicut in magna parte Siciliæ, multitudo, colligebant, et his[17] miseri perditique alebantur. Cleomenes autem, qui alterum se Verrem cum luxuria[18] atque nequitia, tum etiam imperio, putaret; similiter totos dies, in littore tabernaculo posito, perpotabat. XXXIV. Ecce autem repente, ebrio Cleomene, esurientibus ceteris, nuntiatur piratarum naves esse in portu Edissæ:[19 h] nam ita is locus nominatur: nostra autem classis erat in portu Pachyni. Cleomenes autem, quod erat[r] terrestre[20] præsidium non re, sed nomine, sperabat,[1] iis militibus, quos ex eo loco deduxisset, explere[2] se numerum nautarum et remigum posse. Reperta est eadem istius hominis avarissimi ratio in præsidiis, quæ in classibus: nam erant perpauci[3] reliqui, ceterique dimissi. 88. Princeps Cleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi, vela fieri, præcidi ancho-

[r] *Aderat.*

11 Huyd. *in specie.*—12 In Leid. deest *suo.*—13 Idem Ms. omittit *populi Romani* post *prætor*, et *ipso* ante *istum.*—14 Ven. 1483. Junt. *innixus.* Pro *Jam* Schutz. e conj. Ernesti recepit *Nam*, prob. Goërenz. ad Acadd. I. 5.—15 Al. *Pachinum.*—16 *Fame* non est in ψ et Huyd.—17 ψ *illis.* Dein Leid. *proditique.*—18 Huyd. et Schutz. *tum lux.*

CAP. XXXIV. 19 *Odisseæ* ψ: *Odysee* Franc. 1. *Odyssæ* Reg. et sic tres Mss. Pariss. aut *Edissæ.* Huyd. et unus Pariss. cum Græv. Schutz. et Orell. *Odysseæ*, ut Cluver. rescripsit. Ceteri *Edissæ.* Pro *Nam ita is* Huyd. habet *nargitas is:* ex quo Burmann. h. l. fecit *fanum Hecubæ is loc. nom.*—20 Lamb. e Ms. *erat ibi terr.* ut Hotom. conjecerat.—1 Leid. Steph. *speravit.*—2 Huyd. *replere*, et mox *remigium.*—3 Idem Ms. *Non erant perp.* In Reg. *ceteri*, omissa

NOTÆ

febres, quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur; quibus etiam viri in ipso fervore æstatis utebantur.

g *Pachynum*] Promontorium Siciliæ Pachynum est, Peloponnesum spectans; ab aëris crassitudine nomen sortitum: nam παχὺ *pingue et crassum* sonat.

h *Edissæ*] Edissa urbs est Syriæ, sed videtur hic potius aliquis locus maritimus fuisse non longe a Sicilia distans.

ras[i] imperavit; et simul, ut se ceteri sequerentur, signum dari jussit. Hæc Centuripina navis erat incredibili celeritate velis: nam scire isto prætore nemo poterat, quid quæque navis remis facere[4] posset; etsi in hac quadriremi, propter honorem et gratiam Cleomenis, minime multi remiges et milites deerant. Evolarat jam e conspectu fere fugiens quadriremis, cum etiam tunc[5] ceteræ naves suo in loco moliebantur.[k] 89. Erat animus in reliquis. Quanquam erant pauci, quoquo modo sese res habebat, pugnare tamen se velle clamabant; [*p.* 254.] et, quod reliquum vitæ viriumque[6] fames fecerat, id ferro potissimum reddere volebant. Quodsi Cleomenes non tanto[7] ante fugisset, aliqua ad resistendum ratio fuisset. Erat enim sola[8] illa navis constrata,[s] et ita magna, ut propugnaculo ceteris posset esse: quæ, si in prædonum pugna versaretur, urbis instar habere inter illos[9] piraticos myoparones videretur: sed tunc inopes relicti a duce, præfectoque classis, eundem necessario cursum tenere cœperunt. 90. Pelorum[10][l] versus, ut ipse Cleomenes, ita ceteri navigabant:[11] neque hi tamen tam prædonum fugiebant impetum, quam imperatorem sequebantur. Tum ut quisque in fuga postremus, ita periculo[12] princeps erat: postremam enim quamque navem piratæ primam adoriebantur. Ita prima Haluntinorum navis capitur, cui præerat Haluntinus,[13] homo no-

[s] *Tecta.*

copula.—4 *Facere* Lambino suspectum erat.—5 ψ et Huyd. *nunc.* Pro *suo* Leid. Steph. Lamb. habent *uno.*—6 Edd. vett. nonnullæ *virumque*, i. e. virorumque, teste Beckio.—7 Lamb. e Ms. *Quod nisi Cleom. tanto.* Verba *aliqua tamen ad resist. ratio fuisset* non agnoscunt ψ, Huyd. et edd. ante Hervag.—8 Huyd. *solas.* Tum Huyd. Ven. 1483. Junt. *navis rostrata:* Leid. *navis constituta.*—9 Ms. Lambini *haberi inter illos:* Leid. *habuerunt illos.*—10 *Elorum* e conj. Ant. Augustini hic et infra dederunt Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—11 Steph. et Lamb. *navigant.* Dein Huyd. *Neque ita tamen.* In Leid. deest *tamen.* Mox *quem imperatorem* Huyd.—12 Huyd. Steph. et Lamb. *ita in peric.*—13 Leid. *Halentinus;* et mox ψ, Huyd. *Philargus.*—

NOTÆ

[i] *Anchoras*] Anchora vinculum est, quo antennæ tenentur.

[k] *Moliebantur*] Naves occupabantur in paranda fuga.

[l] *Pelorum*] Siciliæ promontorium Pelorus fuit.

bilis, Philarchus; quem ab illis prædonibus Locrenses[m] postea publice redemerunt; ex quo vos priore actione jurato rem omnem causamque cognostis.[14] Deinde Apolloniensis navis capitur, et ejus præfectus Anthropinus occiditur.[15] XXXV. 91. Hæc dum[16] aguntur, interea Cleomenes jam ad Pelori littus pervenerat: jam sese in terram[17] e navi ejecerat, quadrirememque in salo[t] fluctuantem[18] reliquerat. Reliqui præfecti navium, cum in terram imperator exisset, cum ipsi neque repugnare, neque mari effugere ullo modo possent, appulsis ad Pelorum[19] navibus, Cleomenem persecuti sunt. Tunc prædonum dux Heracleo, repente,[20] præter spem, non sua virtute, sed istius avaritia nequitiaque victor, classem pulcherrimam populi Romani, in littus expulsam et ejectam,[1] cum primum advesperasceret, inflammari incendique jussit. 92. O tempus[n] miserum, atque acerbum provinciæ Siciliæ! o casum illum multis innocentibus calamitosum atque funestum! o istius nequitiam ac turpitudinem singularem! Una atque eadem nox[2] erat, qua prætor amoris turpissimi flamma, ac classis populi Romani prædonum incendio conflagrabat.[3] Affertur nocte intempesta gravis hujusce mali nuntius Syracusas:[4] curritur ad prætorium, quo istum e convivio illo præclaro reduxerant paulo ante mulieres cum cantu atque symphonia. Cleomenes, quanquam nox erat, tamen in publico esse non audet: includit se domi: neque aderat uxor, quæ consolari hominem in malis posset. 93. Hujus autem præclari

[t] *In mari.*

14 Huyd. *cognoscitis*: Leid. *noscitis*.—15 Huyd. *ceditur*.
CAP. XXXV. 16 Ven. 1483. Junt. Crat. Steph. Lamb. *Dum hæc*.—17 Huyd. *interea*.—18 Leid. omittit *fluctuantem*. In Huyd. *fluctuantemque*.—19 Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *Elorum*, et paulo ante *Elori*.—20 Huyd. non habet *repente*.—1 Lamb. *expulsam atque ej*. Tum *invesperasceret* Leid. et Cujac.—2 Huyd. *vox*. Dein *ac* ante *classis*, omittunt Leid. et Reg.—3 Huyd.

NOTÆ

[m] *Locrenses*] Locrenses sive Locri, populi in extrema ora Italiæ, quam Magnam Græciam appellarunt, oppidum ejusdem nominis incolunt.

[n] *O tempus*] Exclamatio vehemens ad dolorem excitandum cum pulcherrima amplificatione.

imperatoris ita erat severa domi disciplina, ut[5] in re tanta, in tam gravi nuntio nemo admitteretur; nemo esset, qui auderet aut dormientem excitare, aut interpellare vigilantem. Jam vero, re ab omnibus cognita, concursabat urbe tota maxima multitudo: non enim, sicut antea consuetudo erat,[6] prædonum adventum significabat ignis e specula sublatus aut tumulo; sed flamma ex ipso incendio navium et calamitatem acceptam et periculum reliquum nuntiabat. XXXVI. Cum prætor quæreretur, et constaret, ei neminem nuntiasse; fit ad domum ejus cum clamore concursus atque impetus. 94. Tum iste excitatus exit;[7] audit rem omnem ex Timarchide: sagum[o] sumit. Lucebat[8] jam fere:[u] procedit in medium, vini, somni, stupri plenus. Excipitur ab omnibus ejusmodi clamore,[9] ut ei Lampsaceni periculi[p] similitudo versaretur ante oculos. Hoc etiam majus hoc[10] videbatur, quod in odio simili multitudo hominum hæc erat maxima. Tum istius acta commemorabantur;[11][q] tum flagitiosa illa convivia: tum appellabantur a multitudine mulieres nominatim: [*p.* 255.] tum quærebatur[12] ex ipso palam, tot dies continuos, per quos nunquam visus esset, ubi fuisset,[13] quid egisset: tum imperator[14] ab isto præpositus Cleomenes flagitabatur: neque quicquam propius est factum, quam ut illud Uticense[15] exemplum de Hadriano[r]

[u] *Fere dies erat.*

et Schutz. *flagrabat.*—4 Huyd. *Syracusis*, et mox *præclare.*—5 Huyd. non agnoscit *ut.* Mox Steph. et Lamb. *et tam gravi.* Denique *nuntius* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat.—6 Leid. et Ms. Lamb. *erat nuper consuetudo.*

CAP. XXXVI. 7 Auctoritate Reg. et trium Mss. Pariss. *exit* omittunt Græv. Lall. Schutz.—8 ψ et Huyd. *Lugebat.* Pro *fere* Leid. exhibet *vero.*—9 ψ et Huyd. *Excipit . . . clamorem.* Mox Huyd. *versatur.*—10 Steph. et Lamb. omittunt alterum *hoc*, prob. Beckio. Pro *odio* in Leid. *medio.*—11 E conj. Memmii *commemorabatur* dederunt Lamb. Oliv. Lall. Schutz. et Orell. Vid. Not. Delph.—12 Huyd. *querebantur.*—13 *Ubi fuisset* in ψ desunt. Pro *quid* Huyd. habet *qui.*—14 ψ et Huyd. *imperio.*—15 *Uticense* non est in Leid.

NOTÆ

[o] *Sagum*] Sagum vestis militaris est, qua belli tempore Romani utebantur.

[p] *Lampsaceni periculi*] Fere a Lampsacenis Verres interfectus est, cum Philodami filiæ inferre vim pudicitiæ voluit. Vid. lib. I. § 63.

[q] *Acta commemorabantur*] Melius fortasse *acta commemorabatur:* de qua § 82. not. [t].

[r] *De Hadriano*] Hic Hadrianus cum avare Utieæ imperaret, vivus in prætorio exustus fuit.

transferretur Syracusas, ut duo[16] sepulcra duorum prætorum improborum, duabusque[17] in provinciis constituerentur. Verum habita est a multitudine ratio temporis, habita est tumultus,[18] habita etiam dignitatis existimationisque communis, quod is est[19] conventus Syracusis civium Romanorum, ut non modo illa provincia, verum etiam hac republica dignissimus[20] existimetur. 95. Confirmant ipsi se, cum iste etiam tum[1] semisomnis stuperet: arma capiunt: totum forum atque Insulam, quæ est urbis magna pars, complent. Unam illam solam noctem prædones ad Pelorum commorati, cum fumantes etiam nostras naves reliquissent, accedere incipiunt ad[2] Syracusas. Qui videlicet sæpe audissent, nihil esse pulchrius quam Syracusarum mœnia ac portus, statuerant, sese, si ea Verre prætore non vidissent, nunquam esse visuros. XXXVII. 96. Ac primo ad illa æstiva prætoris accedunt, ipsam illam ad partem littoris, ubi iste per eos dies, tabernaculis positis, castra luxuriæ collocarat: quem posteaquam inanem locum offenderunt, et prætorem commovisse ex eo loco castra senserunt, statim sine ullo metu in portum ipsum penetrare cœperunt. Cum in portum dico, judices, (explanandum est enim diligentius, eorum causa, qui locum ignorant) in urbem dico, atque in urbis intimam partem venisse piratas. Non enim portu illud oppidum clauditur, sed urbe[3] portus ipse cingitur et concluditur; non ut alluantur[4] a mari mœnia extrema, sed influat in urbis sinum portus. 97. Hic, te prætore, Heracleo archipirata[5] cum quatuor myoparonibus parvis ad arbitrium suum navigavit. Pro, Dii immortales!

qui mox legit *referretur*.—16 Leid. caret *duo*.—17 ψ, Hnyd. Ven. 1483. Junt. Cam. Steph. Lamb. et Orell. *duabus*, sine copula.—18 Leid. *hab. etiam tum*, omisso *etiam* ante *dignitatis*.—19 Steph. *esset*.—20 ψ et Hnyd. *dignus*.—1 *Hic etiam tum* Guelf. et Ms. Lamb. cum Steph. et Lamb. *is etiam tum* Mss. plerique et vulg. *iste etiam tum* e conj. Lambini dedit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—2 Leid. et Lamb. non agnoscunt præpositionem. Tum in ψ *Qui cum vid.*

Cap. XXXVII. 3 Hnyd. *urbis*. Pro *concluditur* Leid. et Steph. habent *continetur*.—4 ψ et Leid. *abluantur*. Verbum *influat* in Hnyd. deest. Ante *influat* Lamb. e Ms. et Lall. e Mss. suis addiderunt *ipse*. Lamb. legi maluit *ut non alluantur . . . sed influat;* aut, *non ut all. . . . sed ut influat:* quam ultimam con-

piraticus myoparo, cum imperium populi Romani, nomen,[6] ac fasces essent Syracusis, usque ad forum,[7] et ad omnes urbis crepidines[s] accessit: quo neque Carthaginiensium gloriosissimæ classes, cum mari plurimum poterant, multis bellis sæpe[8] conatæ, unquam aspirare[x] potuerunt; neque populi Romani invicta ante te prætorem gloria illa navalis, unquam, tot Punicis Siciliensibusque bellis, penetrare potuit: qui locus ejusmodi est, ut ante Syracusani[9] in mœnibus[t] suis, in urbe, in foro hostem armatum ac victorem, quam in portu ullam hostium navem viderent. 98. Hic,[10] te prætore, prædonum naviculæ pervagatæ sunt, quo Atheniensium[u] classis sola post hominum memoriam CCC navibus, vi ac multitudine invasit: quæ in eo ipso portu, loci ipsius portusque[11] natura, victa atque superata est. Hic primum opes illius civitatis[12] victæ, comminutæ, depressæque sunt: in hoc portu Atheniensium nobilitatis, imperii, gloriæ naufragium factum existimatur. XXXVIII. Eone pirata penetravit, quo simul atque adisset,[13] non modo a latere, sed etiam a tergo magnam partem urbis relinqueret? Insulam totam prætervectus est; [quæ est urbis magna pars Syracusis suo nomine[14] ac mœnibus;] quo in loco majores (ut ante dixi) Syracusanum quenquam[15] ha-

[x] *Attingere.*

jecturam recepit Schutz.—5 Leid. et Reg. *pirata.*—6 Reg. et Ms. Lamb. *imperii populi Rom. nom.* Leid. *imperium prætori nom.*—7 Post *forum* Leid. Steph. Lamb. addunt *Syracusanorum.* Mox in Leid. *crepitudines.*—8 Huyd. caret *sæpe.*—9 In Huyd. *Syracusam.*—10 Reg. Steph. *viderint*, et Leid. *Huc.* —11 In Reg. *portusque* omittitur. Tum Huyd. *naturas;* pro quo ψ habet *natans.*—12 Mss. aliqui et edd. vett. *ipsius civ.* In Reg. Leid. et Ms. Lamb. deest vox *victæ*, probb. Græv. et Garaton. Orell. eam uncis includit, et conj. *afflictæ* legend. Herel. mavult *fractæ.*

CAP. XXXVIII. 13 ψ *adesset.* Mox Huyd. *reliquerit.*—14 Huyd. *quæ est urbis magna pars Syracusis nomine.* In Leid. quoque legitur *urbis.* Reg. et tres Mss. Pariss. cum Græv. et Lall. *quæ est urbs Syracusis suo nom.* sed Grævius conjecit τὸ *Syracusis* delendum. Ernesto et Beckio suspecta sunt verba *quæ est urbis ... mœnibus;* quæ Schutz. delevit. Vid. Nott. Varr.—15 Huyd.

NOTÆ

[s] *Crepidines*] Crepido est ora ripæ ulterioris, quam aqua alluit; sic dicta, quod ibi fluctus crepitet.

[t] *Mœnibus*] Mœnia dicit pro ultimis ædificiis, quia urbs hæc mœnibus carebat.

[u] *Atheniensium*] Nicia duce, bellum Syracusanis illatum est, et præ-

bitare vetuerunt; quod, qui illam partem urbis tenerent,[16] in eorum potestatem portum futurum intelligebant. 99. At quemadmodum est pervagatus? radices palmarum agrestium, quas in nostris navibus[17] invenerant, jaciebant, ut omnes istius improbitatem et calamitatem Siciliæ[x] possent[18] cognoscere. Siculosne milites, aratorumne liberos, quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, ut populo Romano totique Italiæ suppeditare possent; eosne, in insula Cereris[y] natos, ubi primum[19] fruges inventæ esse dicuntur, eo cibo esse usos, a quo majores eorum ceteros quoque, frugibus inventis, removerunt? [*p.* 256.] Te prætore, Siculi milites palmarum stirpibus, prædones Siculo frumento alebantur. 100. O spectaculum miserum atque acerbum! ludibrio esse urbis gloriam et populi Romani nomen! hominum conventu[z] atque multitudine, piratico myoparone, in portu Syracusano,[20] de classe populi Romani triumphum agere piratam; cum prætoris nequissimi inertissimique oculos prædonum remi respergerent![a]

quemque. Reg. et Steph. omittunt.—16 ψ et ed. Vict. *tenuerint:* Huyd. *tenuerunt.* Mox ψ et Huyd. *potestate.*—17 Leid. *in nostris manibus.* Dein *invenerat, jaciebat* ψ, et ed. Crat. *invenerat, jactabat* Lamb. 1566. et Orell. *invenerant, jactabant* Reg. Guelf. Leid. Harles. et Beck. *invenerant, jaciebant* vulg. —18 Hotom. conj. *posset.*—Vid. Nott. Varr.—19 Leid. *primo.*—20 '*Ludibrio esse urbis gl. et pop. Rom. nomen: hom. conventu atque mult., piratico myop., in portu Syr.*] Levis in his latet corruptela. Equidem lego, *ludibrio esse ... Po. Ro. nomen hominum* (id est h. l. sociorum s. subditorum) *conventui atque multitudini; piratico myoparone, &c.* Corruptelam ortam censeo ex antiquiore scriptura *conventu* pro *conventui.* Ceteri vel jungunt, *ludibrio ... nomen hom. conventu atque multitudine: piratico myoparone,* ut Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. vel distinguunt, *ludibrio nomen: hominum multitudine: pir. myop.* Ern. [Harles. et Beck.] sed Lamb. perperam sane e cod. Cujac. *ludibrio ... nomen, hominum conventum atque multitudinem piratico myoparoni; in portu Syr. Ludibrio .... nomen in hom. conventu atque multitudine; p. m.* de Grævii et Ernesti suspicione, Schutz. haud improbabili correctione.' *Orell.* qui in Addend. adnotat,

NOTÆ

lium navale in portu commissum, victaque classis Atheniensium. Vide Thucyd. lib. VII.

[x] *Calamitatem Siciliæ*] Summa erat in eo Siciliæ calamitas, quod tunc periculoso tempore, omni commeatu naves destitutæ erant.

[y] *In insula Cereris*] Sicilia insula Cereris dicitur, quia frugibus abundat; quibus præesse Ceres dicitur.

[z] *Conventu* [*Conventum*] Romanorum, qui Syracusis negotiabantur, societatem intelligit.

[a] *Oculos . . . respergerent*] Rei indignitatem attollit, et audaciam prædonum ipsi prætori insultantium.

Posteaquam e portu piratæ, non metu aliquo affecti, sed satietate exierant,[2] tum cœperunt quærere homines causam illius tantæ calamitatis. Dicere omnes, et palam disputare, minime esse mirandum, si, militibus remigibusque dimissis, reliquis egestate et fame perditis, prætore tot dies cum mulierculis[3] perpotante, tanta ignominia et calamitas esset accepta. 101. Hæc autem istius vituperatio atque infamia confirmabatur eorum sermone, qui a suis civitatibus illis navibus præpositi fuerant; qui ex illo numero reliqui Syracusas, classe amissa, refugerant. Dicebant, quos[4] ex sua quisque navi missos sciret esse. Res erat clara: neque solum argumentis, sed etiam certis testibus istius avaritia[5] tenebatur. XXXIX. Homo certior fit, agi nihil in foro et conventu tota die, nisi[6] hoc quæri a navarchis, quemadmodum classis sit amissa: illos respondere, et docere unumquemque, missione remigum, fame reliquorum, Cleomenis timore et fuga. Quod posteaquam iste cognovit, hanc rationem habere cœpit. Causam sibi dicendam esse statuerat jam ante, quam hoc usu veniret,[7] ita ut ipsum priore actione dicere audistis.[8] Videbat, illis navarchis testibus, tantum hoc crimen sustinere se[9] nullo modo posse. Consilium capit primo stultum, verumtamen clemens. 102. Cleomenem et[10] navarchos ad se vocari jubet. Veniunt: accusat eos, quod hujusmodi de se sermones habuerint: rogat, ut id facere desistant, et[11] in sua quisque navi dicat se tantum habuisse nautarum,[12] quantum oportuerit, neque quenquam esse dimissum. Illi enimvero se ostendunt, quod vellet,[13] esse facturos. Iste non

---

[1] Lege sic, *ludibrio esse urbis gloriam et populi Rom. nomen in hom. conventu atque multitudine piratico myoparoni! in portu Syracusano de classe, &c.*'—1 Huyd. *aspergerent.*—2 Lamb. solus *exierunt.*—3 Leid. *mulieribus.*—4 Reg. *refugerant, dicebant.* Pro *quos* Lamb. et Orell. habent *quot.*—5 *Audacia* Mss. et edd. ante Græv. qui e Reg. dedit *avaritia;* et sic Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell.

CAP. XXXIX. 6 Huyd. *in foro, in conventu quotidie, nisi, &c.* In Leid. *nisi ex quo quæri.* Mox *esset amissa* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. Lamb. Oliv. Lall. et Orell.—7 *Venerit* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. *venit* Lamb. e Ms.—8 Huyd. *audisti.*—9 Leid. caret *se.*—10 Verba *Cleomenem et,* quæ in Leid. et Reg. desunt, Beck. et Orell. uncis includunt. Schutz. ea delevit.—11 Leid. et Reg. omittunt voces *id facere desistant, et.* Pro *et* Steph. et Lamb. habent *ut.*—12 Huyd. *navarchorum.*—13 Idem Ms. *quid vel-*

procrastinat: advocat amicos[14] statim: quærit ex his singillatim, quot quisque nautas habuerit. Respondit[15] unusquisque, ut erat præceptum. Iste in tabulas refert: obsignat[16] signis amicorum providens homo; ut contra hoc crimen, si quando[17] opus esset, hac videlicet testificatione uteretur. 103. Derisum credo esse hominem amentem a suis consiliariis, et admonitum, hasce ei tabulas nihil profuturas: etiam plus ex nimia[18] prætoris diligentia suspicionis in eo crimine futurum. Jam iste erat hac stultitia[19] multis in rebus usus, ut publice quoque, quæ vellet, in civitatum literis[20] [b] et tolli et referri juberet: quæ omnia nunc intelligit sibi nihil prodesse, posteaquam certis literis, testibus, auctoritatibusque convincitur. XL. Ubi hoc videt, illorum confessionem, testificationem suam,[1] tabulas, sibi nullo adjumento futuras; init consilium, non improbi prætoris, (nam id quidem esset ferendum) sed importuni atque amentis tyranni. Statuit, si hoc crimen extenuare[2] vellet, (nam omnino tolli posse non arbitrabatur) navarchos omnes, testes sui sceleris, vita esse privandos. 104. Occurrebat illa ratio: quid Cleomene[3] fiet? [c] poterone animadvertere in eos, quos dicto[4] audientes esse jussi; missum facere eum, cui imperium potestatemque permisi? poterone eos afficere supplicio, qui Cleomenem secuti sunt;

let.—14 ψ et Huyd. *at vocat amicos.* Tum *statim: quærit ex illis* Schutz. tacite: *statim. Quærit ex iis* Orell.—15 Schutz. e conj. *Respondet.*—16 Huyd. *tabellas refert: consignat,* at in marg. *obsignat.*—17 Leid. *quomodo.*—18 Pro *ex nimia* idem Ms. habet *exempta.*—19 *Etiam iste erat hac stult.* ψ: *Etiam iste erat ista stult.* Huyd. *Jam iste etiam hac stult.* Leid.—20 Leid. et Mss. Lamb. *literas.* Pro *et tolli* ψ exhibet *extolli.* Lamb. h. l. ita correxit, *e civ. lit. tolli et in eas ref.*

CAP. XL. 1 Verba *ill. confess., test. suam* suspecta Grævio, delevit Lallem. *Suam* suspectum Garatono. Schutz. conj. Ciceronem scripsisse *illorum conf., test. amicorum, suas tabulas.* In Mss. nonnullis et edd. vett. *tabellas.*—2 Ante *extenuare* Huyd. addit *exactio.*—3 Huyd. *quidni Cleom.* Leid. *quid de Cleom.* Mss. quidam et edd. ante Lamb. *quid Cleomeni.* Pro *poterone* in Huyd. legitur *porrone.* Loco *animadvertere* Leid. habet *animum addu-*

NOTÆ

[b] *In civitatum literis*] Literæ hic accipiuntur, pro rebus illis quæ memoriæ testimoniique causa scribuntur.

[c] *Quid Cleomene fiet*] Id est, quid de Cleomene fiet. Inducit Verris deliberationem de Cleomene, ut ostendat et exprimat orator evidentem hominis improbitatem, idque per ratiocinationem.

[*p.* 257.] ignoscere Cleomeni, qui secum fugere et se[5] consequi jussit? poterone in eos esse vehemens, qui naves inanes non modo[6] habuerunt, sed etiam apertas;[z] in eum dissolutus,[a] qui solus[7] habuerit constratam navem et minus exinanitam?[b] pereat Cleomenes una. Ubi fides?[d] ubi execrationes?[e] ubi dextræ complexusque?[8] ubi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatissimo littore? fieri nullo modo poterat, quin Cleomeni parceretur. 105. Cleomenem vocat.[f] Dicit ei, se statuisse animadvertere in omnes navarchos: ita sui periculi rationes ferre ac postulare. Tibi uni parcam, et totius istius culpæ crimen vituperationemque inconstantiæ potius[9] suscipiam, quam aut in te[10] sim crudelis, aut tot, tam graves testes vivos incolumesque esse patiar. Agit gratias Cleomenes, approbat consilium: dicit, ita fieri oportere. Admonet tamen illud, quod istum fugerat, in Phalargum[11] Centuripinum, navarchum, non posse animadverti, propterea quod secum fuisset una in Centuripina quadriremi. Quid ergo? iste homo ex ejusmodi civitate, adolescens nobilissimus, testis relinquetur?[12] In præsentia, inquit Cleomenes, quoniam ita necesse est: sed post aliquid videbimus, ne iste nobis obstare possit. XLI. 106. Hæc posteaquam acta et constituta sunt, procedit iste repente e[13] prætorio, inflammatus scelere, furore, crudelitate. In forum venit: navarchos vocari jubet. Qui nihil metuerent, nihil suspicarentur,

[z] *Non tectas.* [a] *Remissus.* [b] *Evacuatam.*

cere.—4 Leid. *dno*, i. e. domino.—5 *Se* non est in Huyd.—6 Steph. et Lamb. *non modo inanes*, ut Schutz. mavult legi.—7 Leid. *diss., atque solus.* Pro *habuerit*, quæ in Huyd. deest, Herel. conj. *habuit* legend.—8 Leid. *confluxusque.*—9 Idem Ms. *potius.*—10 A Leid. et Mss. Lamb. abest *aut.* Græv. e Reg. edidit *quam ut in te.* Mox Ms. Lamb. *gravis testis.*—11 Reg. *Phalacum:* Ms. Lamb. *Phararchum:* Lamb. *Phalacum:* aliæ edd. *Philargum.* Garaton. mavult *Philarchum.*—12 Huyd. *relinqueretur.* Tum conj. Lamb. *In præsenti.*

NOTÆ

[d] *Ubi fides*] Datam Cleomeni fidem violatam esse arguit.

[e] *Execrationes*] Per execrationes jusjurandum intelligit, quod omnium sanctissimum est.

[f] *Cleomenem vocat*] Crudelis sui consilii improbitatem Verres Cleomeni aperit per prosopopœiam.

statim accurrunt. Iste hominibus[14] miseris innocentibusque injici catenas imperat. Implorare illi fidem prætoris,[15] et, quare id faceret, rogare. Tunc iste hoc causæ[c] dicit, quod classem prædonibus prodidissent.[16] Fit clamor et admiratio[17] populi, tantam esse in homine impudentiam atque audaciam, ut aliis[18] causam calamitatis attribueret, quæ omnis propter avaritiam ipsius accidisset; aut, cum ipse prædonum socius[g] putaretur,[19] aliis proditionis crimen inferret: deinde, hoc quintodecimo die crimen esse natum, postquam classis esset amissa. 107. Cum hæc fierent,[20] quærebatur, ubi esset Cleomenes? non quo illum ipsum, cujusmodi[1] esset,[d] quisquam supplicio, propter illud incommodum, dignum putaret: nam quid Cleomenes facere potuit? (non enim possum quemquam insimulare falso.) Quid, inquam, magnopere Cleomenes facere potuit,[2] istius avaritia navibus exinanitis? Atque eum vident sedere ad latus prætoris,[3] et ad aurem familiariter, ut solitus erat, insusurrare. Tum vero omnibus indignissimum visum est, homines honestissimos, electos ex suis civitatibus, in ferrum atque in vincula conjectos; Cleomenem, propter flagitiorum ac turpitudinis[4] societatem, familiarissimum esse prætoris. 108. Apponitur[e] his tamen accusator Nævius

[c] *Hanc causam.* [d] *Qualiscumque esset.* [e] *Subornatur.*

CAP. XLI. 13 Præpositio non est in Leid.—14 Pro *hominibus* Huyd. exhibet *omnibus.*—15 Edd. pr. *P. R.* aliæ edd. ante Lall. *populi Romani:* Cujac. Reg. quatuor Mss. Pariss. cum Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *prætoris.*—16 ψ *perdidissent.*—17 Nonnulli ap. Lamb. legend. putabant *admurmuratio.*—18 ψ *aut aliis:* Mss. plerique et edd. ante Lamb. cum Orell. *ut aut aliis.*—19 Huyd. Cujac. et Mss. Lamb. *arbitraretur.* Mox ψ *perditionis.*—20 Ms. Ursini *Cum hæc ita fierent.*—1 Lamb. Schutz. et Orell. *cuicuimodi:* Junt. *ejusmodi.* Manut. volebat *cujuscujusmodi.*—2 Nonnullæ edd. vett. cum Orell. *magnopere potuit Cleom. facere.* 'Lamb. e tribus codd. vett. *Cleom. magnopere;* quo ordine etiam Quintil. Inst. IX. 3. sed ibi *magnopere* a pluribus codd. plane abest.' *Beck.* Mox post *exinanitis* excidisse suspicatur Schutz. *sed quod cum eo de periculo navarchorum agere volebant;* aut aliquid tale.—3 ψ *prætori.*—4 Reg. et Ms. Lamb. *turpitudinum.* Mox ψ et Reg. *prætori.* In Reg.

NOTÆ

[g] *Prædonum socius*] Verres in perdenda classe pop. Rom. socius prædonum fuit; qui sua avaritia navibus exinanitis salvos piratas dimiserat.

Turpio quidam,[5] [qui, C. Sacerdote prætore, injuriarum damnatus est,] homo bene appositus ad istius audaciam; quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia, præcursorem habere solebat et emissarium. XLII. Veniunt Syracusas parentes propinquique[6] miserorum adolescentium, hoc repentino calamitatis suæ commoti nuntio: vinctos aspiciunt catenis liberos suos,[7] cum istius avaritiæ pœnam collo et cervicibus suis sustinerent. Adsunt, defendunt, proclamant: fidem tuam, quæ nusquam erat, nec unquam fuit, implorant.[8] Pater aderat Dexio[9] Tyndaritanus, homo nobilissimus, hospes tuus, cujus tu domi fueras, quem hospitem appellaras. Eum cum illa auctoritate et miseria videres præditum,[10] non te ejus lacrymæ, non senectus, non hospitii jus atque nomen a scelere aliquam ad partem humanitatis revocare potuit?[11] 109. Sed quid ego hospitii jura in hac tam immani bellua commemoro? [*p.* 258.] Qui Sthenium Thermitanum,[12] hospitem suum, cujus domum per hospitium exhausit et exinanivit, absentem in reos retulerit, causa indicta, capite damnarit; ab eo nunc hospitiorum jura atque officia quæramus? cum homine enim crudeli[13] nobis res est, an cum fera atque immani bellua? Te patris lacrymæ de innocentis filii periculo non movebant?[14] Cum patrem domi reliquisses, filium tecum haberes, te neque præsens filius de liberorum caritate, neque absens pater de[15] indulgentia patria commonebat? 110. Catenas habebat hospes tuus Aristeus, Dexi-

quoque deest *esse*.—5 *Quidam* non est in Huyd. Verba *qui C. Sacerd. . . . est* uncinis inclusit Ern. quia e II. 8. orta esse videntur.

CAP. XLII. 6 Huyd. *propinqui*, sine copula.—7 Idem Ms. omittit *suos*.—8 In Huyd. *nec fuit, iniquam implorant*.—9 ' Priscian. p. 690. legit *Dexo*. Id confirmat vet. Lambini cod. qui etiam infra constanter exhibet *Dexonis filius*, et ex quo Lamb. ipse c. 49. edidit *Dexo hic, &c*. Forma etiam nominis, *Dexo*, magis Græca videtur.' *Beck*.—10 ' *Illa auctoritate et miseria vid. præd.*] Sic codd. nisi quod *et* omittunt aliquot. *Illa auct., ætate, miseria vid. præd.* Lamb. 1566.: e conj. Gulielmio venit in mentem, *cum illa auct., miseria vid. perditum:* hinc Ern. suspic. *illa auct. præditum, ætate et miseria perditum. Cum, illa ætate, miseria vid. perditum* Schutz. e conj. Sæpe verbum *præditum* sine causa criticis suspectum fuit.' *Orell*.—11 Nonnulli punctum, non interrogationis signum ponunt.—12 Huyd. *Stenium Themitanium*.—13 Orell. arbitratur *crudeli* delend. Pro *res* Huyd. habet *re*.—14 ψ et Huyd. *moveant*.—15 *De* ante *indulgentia* non legitur in Huyd. sed mox in eo est *commovebat*.—

onis filius.[16] Quid ita? Prodiderat classem. Quod ob præmium? deseruerat[17] exercitum. Quid Cleomenes? ignavus fuerat: at eum tu ob virtutem corona aurea donaras.[18] Dimiserat nautas. Tu ab omnibus mercedem missionis acceperas.[19] Alter parens ex altera parte erat Herbitensis Eubulida, homo domi suæ clarus et nobilis; qui, quia Cleomenem in defendendo filio læserat, nudus pæne est destitutus. Quid erat autem, quod[20] quisquam diceret, aut defenderet? Cleomenem nominare non licet. At causa cogit.[1] Moriere, si appellaris: nunquam enim iste est cuiquam mediocriter minatus. At remiges non erant. Prætorem tu accusas? frange cervicem.[2] Si neque prætorem, neque prætoris æmulum appellare licebit, cum in his duobus tota causa sit, quid futurum est?[3] XLIII. 111. Dicit etiam causam Heraclius Segestanus, homo domi suæ summo loco[4] natus. Audite, ut vestra humanitas[5] postulat, judices: audietis enim de magnis incommodis injuriisque sociorum. Hunc scitote fuisse Heraclium in ea causa; qui propter gravem morbum oculorum tum non navigarit,[6] et jussu ejus, qui potestatem habuit, cum commeatu, Syracusis remanserit. Iste certe neque prodidit classem, neque metu perterritus fugit,[7] neque exercitum deseruit. Etenim tunc esset hoc animadversum,[8] cum classis Syracusis proficiscebatur. Is tamen in eadem[9] causa fuit, quasi esset in aliquo manifesto scelere depre-

16 Huyd. *Haristeus, Desionis filius.*—17 '*Deseruerat*] ψ *destruerat.* In Cujac. deest *exercitum*, recte improb. Lambino. Gulielmio tamen videbatur, hoc vocab. omisso, intelligi posse 'classem.' Lambinus maluit hoc ordine locum legi, *prod. classem; deser. exerc. quod ob præm.? quid Cleom.*' Beck. Verba *quod ob præmium* suspecta sunt Herelio.—18 Leid. *cor. ante don.* ψ *cor. antea don.*—19 *Et ab omnibus tu . . . acceperas* Nang. Crat. Hervag. Cam. Schutz. et Orell. *ut ab omn. tu . . . acciperes* Ven. 1483. Junt. *tu ab omn. . . . acceperas* vulg. Dein ψ *Alter pater*, omissis *ex altera parte*, quæ verba in Huyd. quoque desunt.—20 Leid. *constitutus. Quid erat aut quod.*—1 Leid. *Ad causam cogit:* Huyd. *At causa tangit.*—2 Reg. Steph. Lamb. *cervices.*—3 Huyd. *causa: si quid fut. est.*

CAP. XLIII. 4 Leid. *domi suæ nobilissimo loco:* Steph. *domi suæ nobilis, summo loco.*—5 Huyd. *et vestra hum.* Mox Leid. *audistis.*—6 ψ *tum cum navigaret:* Huyd. *tum cum navigarit.* ψ quoque omittit *ejus* post *jussu.* Dein *in comm.* ψ, Huyd. Cujac. et edd. vett. cum Beck. et Orell. Porro Huyd. *remanserint;* et Leid. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *Is certe.*—7 Leid. *fuit.*—

hensus: in quem ne falso quidem causa[10] conferri criminis potuit. 112. Fuit in illis navarchis Heracliensis quidam Furius, (nam habent illi nonnulla hujuscemodi Latina nomina)[11] homo, quamdiu vixit, domi suæ, non solum post mortem, tota Sicilia clarus et nobilis:[12] in quo homine tantum animi fuit, non solum ut istum libere læderet; (nam id quidem, quoniam moriendum videbat, sine periculo se facere intelligebat) verum, morte proposita, cum lacrymans in carcere mater noctes diesque assideret, defensionem causæ suæ scripsit;[13] quam nunc nemo est in Sicilia, quin habeat,[14] quin legat, quin tui sceleris et crudelitatis ex illa oratione commonefiat: in qua docet, quot a civitate sua nautas acceperit;[15] quot et quanti[f] quemque dimiserit; quot secum habuerit: item de ceteris navibus dicit; quæ cum apud te diceret, virgis oculi verberabantur. Ille, morte proposita, facile dolorem corporis patiebatur: clamabat, id quod scriptum reliquit, 'facinus esse indignum, plus impudicissimæ mulieris apud te de Cleomenis salute, quam de sua vita lacrymas matris valere.' 113. Deinde etiam illud video esse dictum, quod, si recte vos populus Romanus cognovit, non falso ille jam in ipsa morte de vobis prædicavit: 'Non posse Verrem, testes interficiendo, crimina sua[16] extinguere: graviorem apud sapientes judices se[17] fore ab inferis testem, quam si vivus in judicium[18] produceretur: tum, avaritiæ solum, si viveret; nunc, cum ita esset necatus, sceleris, audaciæ, crudelitatis testem fore.' [*p.* 259.] Jam illa præclara; 'Non testium modo ca-

[f] *Quo pretio.*

8 Steph. *animadvertendum.*—9 ψ et Huyd. *Iste in eadem.*—10 Leid. non habet *causa.*—11 Verba *nam habent . . . nomina,* Ernesto suspecta, delevit Schutz.—12 Conjecit Memmius, *homo quamdiu vixit non solum domi suæ, sed per omnem Siciliam clar. et nob.* In quibusdam Mss. teste Lamb. *tota* abest, et *Siciliam* legitur. Mss. Pariss. et Ms. Lamb. cum Lall. *non domi suæ solum.* Ern. censebat *non* delend. esse. Harles. maluit *non domi suæ solum, sed* (h. e. sed etiam) *post mort. tot. Sic.* Schutz. e suspicione Græv. delevit verba *non solum;* quæ Beck. uncis includit. Vid. Nott. Varr.—13 'Nisi ἀνακόλουθον est, leg. *scripserit.*' Ern. et ita dicit Lamb.—14 Huyd. *habebat.*—15 *Acceperat* Huyd. in quo Ms. omittuntur *quot et quanti quemque dimis.* A Leid. absunt verba *a civ. sua . . . dimis. quot.*—16 Pro *crimina sua* in Leid. et Reg. legitur *nos.*—17 ψ et Huyd. omittunt *se.*—18 ψ *si unius in jud.* Huyd. *si vivus indicium.*—

tervas, cum tua res[19] ageretur,[h] sed a Diis Manibus innocentium Pœnas, sceleratorumque Furias[20][i] in tuum judicium esse venturas: sese ideo leviorem casum suum fingere, quod jam ante aciem securium tuarum, Sestiique,[1] tui carnificis, vultum et manum vidisset, cum in conventu civium Romanorum jussu tuo securi cives Romani[k] ferirentur.' 114. Ne multa, judices; libertate, quam[2] vos sociis dedistis, hac ille in acerbissimo[l] supplicio miserrimæ servitutis abusus est. XLIV. Condemnat omnes de consilii sententia; tamen neque iste in tanta re, tot hominum totque civium[3][m] causa, P. Vettium ad se arcessit, quæstorem suum, cujus consilio uteretur; neque P. Cervium,[4] talem virum, legatum, qui, quia legatus, isto prætore, in Sicilia fuit, primus ab isto judex rejectus est;[n] sed et latronum, hoc est, de comitum[o] suorum sententia condemnat omnes. 115. Hic cuncti Siculi, fidelissimi atque antiquissimi socii, plurimis[5] affecti beneficiis a majoribus nostris, graviter commoventur, et de suis periculis[6] fortunisque omnibus pertimescunt. Illam clementiam[7] mansuetudinemque nostri imperii in tantam crudelitatem inhumanita-

19 Huyd. caret *res*.—20 Hotom. conj. *scelerumque furias*. Lamb. maluit *scelerumque tuorumque furias*. Vir doctus ap. Lamb. suspic. legend. *sed etiam a Diis Man. innoc., pœnas scelerum tuorum atque furias, &c.* Cujacii Ms. *scelere quamque furias*. Ernesto *sceleratorum* spurium esse videbatur.—1 ψ et Huyd. *Sextique:* edd. ante Grut. cum Orell. *Sextiique*.—2 Huyd. et Ms. Lamb. *libertatem quam*. Mox *hanc ille* Mss. nonnulli.

CAP. XLIV. 3 Verba *totque civium* in ψ et Huyd. desunt. Dein iidem Mss. habent *Vectium*.—4 Huyd. Leid. *Servium*. Mox *quia* omittit Huyd.—5 Huyd. *plurimas*.—6 Pro *periculis* quidam ap. Lamb. legi maluerunt *pecuniis*. Dein conj. Gulielm. *fortunisque communibus*.—7 Steph. *Indigne ferunt*

NOTÆ

[h] *Cum tua res ageretur*] Id est, cum reus esses.

[i] *Sceleratorum Furias*] Furiis agi scelerati reputabantur, quæ a Diis Manibus, seu Diis Inferorum in impios immittebantur: illi autem inter læva numina censebantur, et hominibus contraria.

[k] *Cives Rom.*] Verres jussit securi cives percuti pro piratis, qui se pecunia liberaverant.

[l] *Ille in acerbissimo*] Acerbissimum fuit supplicium oculos virgis cædi.

[m] *Totque civium*] Per illos cives Siculos intelligit.

[n] *Rejectus est*] Cervius a Verre judex rejectus, quia ejus scelera eum non latebant.

[o] *Comitum*] Comites illos vocat, qui ex sua erant cohorte, tamque, quam ipse Verres, scelerati.

temque[8] esse conversam? Condemnari tot homines uno tempore, nullo crimine? defensionem suorum furtorum[9] prætorem improbum ex indignissima morte innocentium quærere? Nihil addi jam videtur, judices, ad hanc improbitatem, amentiam, crudelitatemque posse. [Et recte nihil videtur.[10]] Nam si cum aliorum improbitate certet, longe omnes multumque superabit.

116. Sed secum ipse certat:[11] id agit, ut semper superius suum facinus novo scelere vincat. Phalargum[12] Centuripinum dixeram exceptum esse a Cleomene, quod in ejus quadriremi Cleomenes vectus esset: tamen quia pertimuerat adolescens, quod eandem suam causam videbat esse, quam illorum, qui innocentes peribant, ad hominem accedit Timarchides: a securi negat ei esse periculum: virgis ne cæderetur, monet ut caveat.[13] Ne multa, ipsum dicere adolescentem audistis, se ob hunc virgarum metum pecuniam Timarchidi numerasse. 117. Levia sunt hæc in hoc reo crimina:[14] metum virgarum navarchus nobilissimæ civitatis[15] pretio redemit; humanum:[16] alius, ne condemnaretur, pecuniam dedit; usitatum est. Non vult populus Romanus obsoletis[g] criminibus accusari Verrem: nova postulat, inaudita desiderat: non de prætore Siciliæ, sed de crudelissimo tyranno[17] fieri judicium arbitratur. XLV. Includuntur in carcerem condemnati: supplicium consti-

[g] *Usitatis.*

illam clem.—8 Reg. *umanitatemque.* Græv. conj. *immanitatemque,* ut Lall. edidit e uno Pariss.—9 Leid. *suarum fortunarum.*—10 ‘Verba *judices, ad hanc improb. . . . et recte nihil videtur* in Huyd. desunt. Ern. verba *et recte* (pro quo Leid. *certe*) *nihil videtur,* optime intellexit esse spuria. Memmius verba *nihil videtur,* Lambinus tantum τὸ *nihil* jussit deleri. Hoc probat Harles.’ *Beck.* Schutz. delevit *et recte nihil videtur.* Mox *Nam si cum illorum* edd. nonnullæ, errore typographico.—11 Huyd. *Sed eum ipse certat:* Ms. Ursini *Sed cum secum ipse certet.*—12 Lamb. *Phararchum.* Paulo post, Huyd. *acceptum.*—13 *Caveret* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. prob. Beck.—14 In Mss. paucis *crimina* omittitur.—15 Mss. ap. Lamb. *nav., homo nobilissimus suæ civ.* Ipse de conj. Memmii dedit *homo nobilissimus suæ civ.*—16 Post *humanum* Reg. et Ms. Lamb. cum Harles. Beck. et Schutz. addunt *est.* Mox nonnulli omittunt *est* post *usitatum.* In Ms. Barberin. Quintil. h. l. ita legitur, *humanum est: alius ne securi feriretur, pec. dedit; usitatum est,* prob. Garaton. A Ms. Leid. absunt verba *Levia sunt hæc . . . usitatum est.* Dein *Non volet pop. Rom.* Reg. *Ita cum non volet prætor R.* Leid.—17 Reg. et Ms. Lamb. *de nefario tyranno.* Tum Leid. *arbitrabatur.*

tuitur in illos: sumitur de miseris parentibus navarchorum:[18] prohibentur adire ad filios: prohibentur liberis suis cibum vestitumque ferre.[19] 118. Patres hi, quos videtis, jacebant in limine, matresque[20] miseræ pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu[1] liberum exclusæ; quæ nihil aliud orabant, nisi ut filiorum extremum spiritum[2] [p] ore excipere sibi liceret. Aderat janitor carceris, carnifex[3] prætoris, mors terrorque[4] sociorum et civium, lictor Sestius; cui ex omni gemitu[5] doloreque certa merces comparabatur. Ut adeas,[6] [q] tantum dabis: ut cibum tibi intro ferre liceat, tantum. Nemo recusabat.[7] Quid? ut uno ictu securis afferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur? ne sæpius feriatur? ne cum sensu doloris aliquo aut cruciatu[8] spiritus auferatur? Etiam ob hanc causam pecunia lictori dabatur. 119. O magnum atque intolerandum dolorem! o gravem acerbamque fortunam! Non vitam liberum, sed mortis celeritatem pretio redimere cogebantur parentes. [*p.* 260.] Atque ipsi etiam adolescentes cum Sestio[9] de eadem plaga et de uno illo ictu loquebantur: idque postremum parentes suos liberi orabant, ut levandi cruciatus sui gratia[10] lictori pecunia daretur. Multi et graves dolores inventi parentibus et propinquis: multi: verumtamen mors sit extrema. Non

Cap. xlv. 18 Lamb. Harles. Beck. et Schutz. *navarchorum* uncinis includunt. Verbum *prohibentur* non est in Huyd. Tum ψ, Huyd. et edd. vett. legunt *ad filios suos.*—19 ψ, Huyd. Ven. 1483. Naug. Manut. Lamb. *intro ferre;* et sic Nonius Marcellus. Alii, teste Grævio, *inferre.*—20 Lamb. *matres,* sine copula.—1 Steph. *conspectu.*—2 Leid. Reg. et Nonius Marcellus *filiorum suorum postremum spir.* Vocem *ore* omittunt ψ, Huyd. Guelf. Franc. 1. et edd. vett. Dein Reg. Quintilian. Nonius et Servius non agnoscunt *sibi.*—3 Quintil. ix. 4. *et carnifex.*—4 ψ, Huyd. *terroresque.* Post *civium* Quintil. habet *Romanorum.*—5 Lamb. Ms. Ven. 1483. Junt. *ex omnium gem.* ut est in § 121.—6 Huyd. *Aut ad eas.*—7 Apud Quintilian. est, *ut cibum vestitumque introferre liceat, tantum, recusabat nemo.* Lamb. edidit *cibum tibi vestitumque.* A Mss. quibusdam abest *nemo.*—8 Leid. omittit *aut cruciatu.* Mox in eodem Ms. deest *lictori.*—9 Post *Sestio* Cujac. et Leid. addunt *suo.*—

NOTÆ

[p] *Extremum spiritum*] Apud antiquiores mos ille fuit, ut proximus consanguinitate morientis spiritum inter amplexus hauriret, et oculos clauderet.

[q] *Ut adeas*] Fingit verba crudelis carnificis, atque hinc acerbitatem etiam colligit.

erit. Estne aliquid ultra, quo progredi crudelitas possit? reperietur: nam, illorum liberi[11] cum erunt securi percussi ac necati, corpora feris objicientur.[12] Hoc si luctuosum est parenti,[13] redimat pretio sepeliendi potestatem. 120. Onasum Segestanum, hominem nobilem, dicere audistis, se ob sepulturam Heraclii navarchi pecuniam Timarchidi numerasse.[14] Hoc (ne possis dicere 'patres enim veniunt, amissis filiis, irati') vir primarius, homo nobilissimus, dicit: neque de filio dicit. Jam hoc, quis tum fuit Syracusis, quin audierit,[15] quin sciat, has per Timarchidem pactiones sepulturæ cum vivis etiam illis esse factas? Non palam cum Timarchide loquebantur?[16] non omnes omnium propinqui adhibebantur? non palam vivorum funera locabantur? Quibus rebus omnibus actis atque decisis,[17] producuntur e carcere, et deligantur ad palum. XLVI. 121. Quis tam fuit illo tempore durus et[18] ferreus, quis tam inhumanus, præter unum te, quin illorum[19] ætate, nobilitate, miseria commoveretur? ecquis fuit, quin lacrymaretur?[20] quin ita calamitatem putaret illorum, ut fortunam tamen non alienam, periculum autem commune arbitraretur?[1] Feriuntur securi.[r] Lætaris tu in omnium gemitu, et triumphas: testes avaritiæ tuæ gaudes esse sublatos. Errabas,[2] Verres, et vehementer errabas, cum te maculas furtorum et flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere[3] arbitrabare: præceps amentia ferebare, qui te ex-

10 Pro *gratia*, Gulielmio suspecta, Steph. habet *causa*.—11 A Leid. et Reg. abest *liberi*.—12 Huyd. et Leid. *objiciebantur*.—13 Steph. *parentibus*.—14 ψ et Huyd. *denumerasse*: Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *dinumerasse*.—15 Edd. vett. *qui non aud.* Mox Leid. *has Timarchidi pact.*—16 Verba *Non palam cum Tim. loq.* in Leid. desunt. Dein pro *omnium* in ψ, Huyd. et edd. nonnullis legitur *hominum*.—17 Leid. *decursis*: Steph. *decussis*. Tum ψ *perducuntur*. Mox Reg. omittit copulam ante *deligantur*. In Leid. et Reg. desunt voces *ad palum*.

CAP. XLVI. 18 Reg. Guelf. et Leid. omittunt voces *durus et*, quas Harles. et Schulz. deleverunt.—19 Al. *qui non illorum*.—20 Huyd. *lacrymaret*.—1 Vulg. *comm. agi arbitr.* et sic Orell. Verbum *agi* auctoritate Guelf. et Leid. delevit Ern. quem Harles. Beck. et Schutz. sequuntur. Harles. censuit latere aliud verbum ut *haberi*.—2 Leid. *Certabas*.—3 ψ et Huyd. *luere*.

NOTÆ

r *Feriuntur securi*] Ut nunc gladio, sic olim rei securi feriebantur.

istimares avaritiæ vulnera crudelitatis remediis posse sanare. Etenim quanquam illi sunt mortui sceleris tui testes, tamen eorum propinqui neque tibi, neque illis desunt:[4] tamen ex illo ipso numero navarchorum aliqui vivunt[5] et adsunt; quos, ut mihi videtur, ab illorum innocentium pœna fortuna ad hanc causam reservavit. 122. Adest Philarchus Haluntinus, qui, quia cum Cleomene non fugit,[6] oppressus a prædonibus et captus est; cui calamitas saluti fuit; qui, nisi captus a piratis esset, in hunc prædonem[s] sociorum incidisset. Dicet[7] is pro testimonio, de missione nautarum, de fame, de Cleomenis fuga. Adest Centuripinus Phalargus, in amplissima civitate, amplissimo loco natus: eadem dicit: nulla in re discrepat.

123. Per Deos immortales! judices, quo tandem animo[t] sedetis?[8] aut hæc quemadmodum auditis? Utrum ego desipio,[9] et plus quam satis doleo in tanta calamitate miseriaque sociorum? an vos quoque hic acerbissimus innocentium cruciatus et mœror pari sensu doloris afficit? Ego enim cum Herbitensem, cum Heracliensem securi esse percussum[10] dico, versatur mihi ante oculos indignitas calamitatis. XLVII. Eorumne populorum cives, eorumne agrorum alumnos,[11] ex quibus maxima vis frumenti quotannis plebi Romanæ, illorum operis ac laboribus quæritur; qui a parentibus, spe nostri imperii, nostræque æquitatis, suscepti educatique sunt, ad C. Verris nefariam immanitatem, et ad ejus securem funestam esse servatos?

In iisdem Mss. non leguntur voces *præceps amentia ferebare.*—4 Huyd. *tamen prop. neque tibi desunt.*—5 ψ et Huyd. *veniunt.*—6 Pro *fugit* ψ, Huyd Ven. 1483. Junt. habent *navigavit.*—7 '*Dicit* Græv. errore typographico.' *Orell.* —8 Pro *sedetis* ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. exhibent *feretis.* Post *sedetis* Leid. addit *judices.*—9 Leid. *audistis? Utrum ego desipiam.* Tum *plus quam satis opus est doleo* Mss. plerique et vulg. *Opus* omiserunt Cujac. Reg. Hervag. Græv. Oliv. Harles. Beck. Schutz. et Orell. Auctoritate Guelf. *opus est* delevit Ern.—10 Pro *percussum* ψ et Huyd. habent *periculum.*

CAP. XLVII. 11 *Alumnus* Cujac. *colonos* Mss. nonnulli et edd. ante Grut.

NOTÆ

[s] *In hunc prædonem*] Verrem prædonem appellat propter rapinas et crudelitatem.

[t] *Quo tandem animo*] Digreditur ad sociorum calamitatem, ut judices ad iracundiam inflammet.

124. Cum mihi[12] Tyndaritani illius venit in mentem, cum Segestani, tum jura[13] simul civitatum atque officia considero. Quas urbes P. Africanus etiam ornandas esse spoliis hostium arbitratus est, eas C. Verres non solum illis ornamentis, sed etiam viris nobilissimis nefario scelere privavit. [*p.* 261.] En quod Tyndaritani libenter prædicent: ‘ Nos in septemdecim populis[u] Siciliæ numeramur:[14] nos semper in omnibus Punicis Siciliensibusque bellis amicitiam fidemque populi Romani secuti sumus:[15] a nobis omnia populo Romano semper et belli adjumenta et pacis ornamenta administrata[16] sunt.’ Multum vero hæc his jura profuerunt in istius imperio ac potestate. 125. Vestros quondam nautas contra Carthaginem Scipio duxit: at nunc naves contra prædones pæne inanes[17] Cleomenes ducit. Vobiscum Africanus hostium spolia, et præmia laudis communicavit: at nunc per me spoliati,[18] nave a prædonibus abducta, ipsi in hostium numero locoque ducemini. Quid vero? illa Segestanorum non solum literis tradita, neque commemorata[19] verbis, sed multis officiis illorum usurpata et comprobata cognatio,[x] quos tandem fructus hujusce necessitudinis in istius imperio tulit? Nempe hoc fuit jure, judices, ut ex sinu patris nobilissimus adolescens, et e complexu matris ereptus innocens filius, istius carnifici Sestio dederetur.[20] Cui civitati[1] majores nostri maximos agros atque optimos concesserunt;

—12 Steph. omisit *mihi*.—13 In ψ *cum jura*.—14 Vulg. *Siciliæ numeramur:* ψ et Huyd. *Sic. non erramus:* Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Beck. Oliv. Schutz. et Orell. *Sic. non eramus.* Vid. Nott. Varr. Tum præpositio ante *omnibus* in Leid. deest.—15 Huyd. *populo Romano secuti simus.*—16 Reg. et Ms. Lamb. ac tres Pariss. cum Lamb. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *ministrata.* Ceteri *administrata.*—17 Reg. et Steph. *navem . . . inanem,* prob. Garaton.—18 Schutz. e conj. Herelii recepit *nunc prætore Verre spol.* Mox Reg. Lamb. Schutz. et Orell. *ducimini.*—19 Leid. *non comm.* Lamb. *et comm.* —20 ψ *carnificis exitio ded.* In Reg. h. l. ita legitur, *ut ex sinu patriæ nobil. adolescens istius carnificis exitio traderetur,* ceteris omissis. A Leid. absunt verba *et e compl. matris er. inn. filius.*—1 Huyd. *civitates.* Mox quidam ap.

NOTÆ

[u] *In septemdecim populis*] Defecerant ad Carthaginenses septemdecim populi Siciliæ, Tyndaritanis exceptis.

[x] *Cognatio*] Ab Ænea, ut superius dictum est.

quam immunem esse voluerunt; hæc tanta apud te[2] cognationis, fidelitatis, vetustatis auctoritate, ne hoc quidem juris obtinuit, ut unius honestissimi atque innocentissimi civis mortem et sanguinem deprecaretur. XLVIII. 126. Quo confugient socii? quem implorabunt? qua spe denique, ut vivere velint, tenebuntur,[3] si vos eos deseritis? ad senatum devenient, qui de Verre supplicium sumat? non est usitatum, non senatorium.[y] Ad populum Romanum confugient? facilis est causa[h] populi: legem enim se[4] sociorum causa jussisse, et vos ei legi custodes[5] ac vindices præposuisse dicet. Hic locus est igitur unus, quo perfugiant: hic portus, hæc arx,[6] hæc ara sociorum: quo quidem nunc non ita confugiunt, ut antea in suis repetendis rebus solebant. Non argentum, non aurum, non vestem, non mancipia repetunt; non ornamenta, quæ ex urbibus fanisque erepta sunt. Metuunt homines[z] imperiti, ne jam[7] hæc populus Romanus concedat, et jam fieri velit. Patimur enim jam multos annos,[8] et silemus, cum videamus, ad paucos homines omnes omnium nationum pecu-

[h] *Excusatio.*

Lamb. legi jubent *opimos.*—2 *Hæc autem apud te* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Mox *auctoritatis* ψ, Huyd. Leid. et eædem edd. vett. Vocab. *juris* non est in Cujac.

CAP. XLVIII. 3 Leid. et Cujac. *quas denique preces, ut viv. vel., tenebunt.* Gulielm. conj. *qua se denique spe . . . tenebunt.* In ψ post *tenebuntur* interrog. nota ponitur, et post *deseritis* comma. Græv. e Reg. recepit *deseretis.* Dein *Ad sen. venient* Reg. Guelf. Lamb. et Græv. Maluit Gulielm. *Ad senatumne venient?* Pro *qui* Leid. et Reg. exhibent *quid ut.* Græv. legi voluit, *Ad senatum venient? Quid? Ut de Verre, &c.* Denique *sumant* ψ, Huyd. Reg.—4 *Se* ante *sociorum,* auctoritate Ms. Reg. addidit Græv. quem Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur. In aliis edd. deest.—5 *Et eis legis cust.* ψ et Ven. 1483. *et eis legi cust.* Leid. *et ei legis cust.* Huyd. *et de eis legis cust.* Junt. *et vos ejus legis cust.* Lamb. e Ms. Vulg. ut Ern. Verba *ac vindices* in ψ, Huyd. et Junt. desunt. Ante *præposuisse* Oliv. addidit *se.* Tum in Huyd. legitur *dicit.*—6 Reg. et Leid. omittunt *hæc arx.*—7 In Huyd. *nec jam.* Mox *et ita fieri* Ven. 1483. Junt. Lamb. et Orell.—8 ψ, Huyd. Franc. 1. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Lamb. et Grut. omittunt *annos.* Ant. Augustinus, omisso vocab. *annos,* pro *multos* legi maluit *inultos,* non improb. F.

NOTÆ

[y] *Non senatorium*] Etiamsi non pertineret ad senatores reum punire, (nam in foro judicia exercebantur) ad senatum tamen legati provinciarum suas querimonias deferebant.

[z] *Metuunt homines*] Causa invidiosa in eos qui ex spoliis provinciarum ditescebant.

nias pervenisse: quod eo[9] magis ferre æquo animo, atque concedere videmur, quia nemo istorum dissimulat; nemo laborat, ut obscura sua cupiditas esse videatur. 127. In urbe nostra pulcherrima atque ornatissima, quod signum, quæ tabula picta est, quæ non ab hostibus victis capta atque apportata[10] sit? At istorum villæ sociorum fidelissimorum et[11] plurimis et pulcherrimis spoliis ornatæ refertæque sunt. Ubi pecunias exterarum nationum esse arbitramini, quibus nunc omnes[12] egent, cum Athenas, Pergamum, Cyzicum,[13] Miletum, Chium, Samum, totam denique Asiam, Achaiam, Græciam, Siciliam jam[14] in paucis villis inclusas esse videatis?[15] Sed hæc, ut dico, omnia jam socii vestri[16] relinquunt, et negligunt, judices. Ne publice a populo Romano spoliarentur,[17] officiis ac fide providerunt: paucorum cupiditati tum, cum obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant: nunc vero jam[18] ademta est non modo resistendi, verum etiam suppeditandi facultas. Itaque res suas negligunt: pecunias, quo nomine judicium hoc appellatur, non repetunt:[19] relinquunt et negligunt. Hoc jam ornatu[a] ad vos confugiunt. 128. Aspicite, aspicite,[20] judices, squalorem sordesque sociorum. XLIX. Sthenius[1] hic Thermitanus cum hoc capillo atque veste, domo[2] sua tota expilata, mentionem tuorum furtorum non facit: sese ipsum abs te repetit, nihil

Ursino. Paulo post, Ern. legendum putavit *cum videmus.*—9 Lamb. *pec. pervenire:* et Leid. *sed quod eo.*—10 Nonnullæ edd. *asportata:* Leid. et Lamb. *deportata.*—11 *Et* ante *plurimis* omittit Lamb.—12 Leid. *quæ nunc omn.* Huyd. *quibus non omn.*—13 *Cyticum* ψ: *Cyricum* Huyd. Mox *Chion, Samon* ψ, Ven. 1483. Junt. Hervag. Manut. Lamb. *Chyron, Samom* Huyd.—14 Lamb. Grut. et Schutz. omiserunt *jam.* In Reg. *tam.*—15 *Videtis* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Tum *Si hæc* ψ et Huyd.—16 Huyd. *nostri.*—17 Idem *spolicntur.*—18 Huyd. caret *jam.*—19 *Appelletur, non petunt* Huyd. In ψ quoque *non petunt.* Voces *et negligunt* omittit Reg. Verba *relinquunt et negligunt,* Grutero suspecta, Schutz. delevit. Orell. ea uncis includit.—20 *Aspicite* semel tantum legitur in ψ et Huyd.

CAP. XLIX. 1 ψ, Huyd. et edd. ante Lamb. *est Sthenius.*—2 Reg. *domu.*—

NOTÆ

[a] *Hoc jam ornatu*] Fingit lugubri vestitu Siculos, propter mœrorem de parentum morte, quos Verres sustulit, supplices ad judices venire. Hic autem indignationem in Verrem, et commiserationem in Siculos ab eo exinanitos movet, prolata per multas prosopopœias eorum calamitate.

amplius : [*p.* 262.] totum enim tua libidine et scelere ex sua patria (in qua multis virtutibus et beneficiis[3] floruit princeps) sustulisti. Dexio hic, quem videtis, non quæ publice Tyndari,[4] non quæ privatim sibi eripuisti, sed unicum[5] miser abs te filium optimum atque innocentissimum flagitat. Non ex litibus æstimatis tuis[i] pecuniam domum,[6] sed ex tua calamitate cineri atque ossibus filii sui solatium vult aliquod[7] reportare. Hic tam grandis natu Eubulida, hoc tantum,[8] exacta[k] ætate, laboris itinerisque suscepit, non ut aliquid ex suis bonis[9] recuperaret, sed ut, quibus oculis cruentas cervices filii sui[10] viderat, iisdem te condemnatum videret. 129. Si per L. Metellum licitum esset, judices, matres illorum,[11] uxores sororesque veniebant; quarum una, cum ego ad Heracliam noctu accederem, cum omnibus matronis ejus civitatis, et cum multis facibus[12] mihi obviam venit, et ita, me suam salutem appellans, te suum carnificem nominans, filii nomen implorans, mihi ad pedes misera jacuit, quasi ego excitare filium ejus ab inferis possem. Faciebant hoc idem in ceteris civitatibus grandes natu matres, et item parvuli liberi miserorum; quorum utrorumque ætas laborem et industriam meam, fidem et misericordiam vestram requirebat.[13] 130. Itaque ad me, judices, præter ceteras hanc querimoniam Sicilia detulit. Lacrymis ego[14] ad hoc, non gloria, inductus accessi; ne falsa damnatio, ne carcer, ne catenæ, ne verbera, ne secures,[15] ne cruciatus sociorum, ne sanguis innocen-

[i] *Damnatione tui.* [k] *Confecta.*

3 Steph. *virt. ac benef.* Pro *floruit princeps* nonnullæ edd. vett. habent *princeps fuit.*—4 Lamb. solus *Tyndaridæ.*—5 Huyd. *unum.*—6 Ant. Augustinus legi maluit, *ex lit. æst. tuis non pec. dom.* prob. Ursino. Mox *cinere* Huyd.—7 ψ et Huyd. omittunt *aliquod.* Tum *Hic jam gr.* Huyd. et edd. vett. quædam.—8 *Tantum* Grævio suspectum erat.—9 *De suis bonis* Leid. Cujac. Lamb. *ex hujus bonis* ψ, Huyd. Palat. et nonnullæ edd. vett.—10 Ern. malebat *sui* deleri. Tum in Huyd. *videat.* Pro *iisdem te* Reg. habet *is te:* unde Græv. maluit *iis te.*—11 Leid. *matres miserorum:* Lamb. *matres illorum miserorum.* In Leid. *uxorum* deest.—12 Leid. *fascibus.* Mox Huyd. *ne suam sal.*—13 Huyd. Leid. *requirebant.*—14 *Detulit lacrymis. Ego* edd. ante Grut. præter Lamb. qui de Memmii conjectura recepit *detulit lacrymans. Ego.* Pro *ad hoc* Cujac. Steph. et Lamb. exhibent *huc.* Gulielm. ita locum interpungi et legi jussit, *requirebat; totaque ad me, &c. detulit; lacrymis ego huc non gl. ind. accessi: sed ne, &c.* In Huyd. quoque et edd. vett. *sed ne falsa.*—15 Huyd.

tium, ne denique etiam[16] exsanguium corpora mortuorum, ne mœror parentum ac propinquorum, magistratibus nostris quæstui posset[17] esse. Hunc ego si metum Siciliæ, damnatione istius, per vestram fidem et severitatem[18] dejecero, judices; satis officio meo, satis illorum voluntati, qui a me hoc petiverunt, factum esse arbitrabor.

L. 131. Quapropter si quem[b] forte inveneris, qui hoc navale crimen conetur defendere, is ita defendat: illa communia,[19] quæ ad causam nihil pertinent, prætermittat; me culpam fortunæ assignare,[20] calamitatem crimini dare: me amissionem[1] classis objicere; cum multi[2] viri fortes in communi incertoque periculo belli, et terra, et mari sæpe offenderint.[l] Nullam tibi objicio fortunam. Nihil est, quod ceterorum[3] res minus commode gestas proferas: nihil est, quod multorum naufragia fortunæ[4] colligas. Ego naves inanes fuisse dico; remiges nautasque dimissos; reliquos stirpibus vixisse palmarum; præfuisse classi populi Romani Siculum,[c] [perpetuo[5]] sociis atque amicis Syracusanum: te illo tempore ipso,[6] superioribusque diebus omnibus, in littore cum mulierculis perpotasse dico: harum rerum omnium auctores testesque produco. 132. Num tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugium[7]

[l] *Impegerint.*

securem.—16 Idem Ms. caret *etiam.*—17 Leid. *possent*, non improb. Beck.—18 Ante *severitatem* Huyd. inserit *sapientiam et virtutem.* Pro *severitatem* in ψ legitur *virtutem.* In Leid. *securitatem.*

Cap. L. 19 ψ, Huyd. et edd. vett. *ista def.: illa comm.* Schutz. e conj. Hotomanni *is ita def., ut illa comm.* Pro *communia* Leid. exhibet *crimina.* Mox Huyd. *prætermittant.*—20 Viri docti fere consentiunt desiderari vocabulum quoddam. Itaque Hotom. ante *assignare* addi volnit *homini:* Lamb. dedit *culp. fort. tibi assign.* Ern. maluit *culpæ fortunam ass.* sive *fortunam culpæ ass.* Schutz. conj. *fortunæ culpam ass.* Vid. Nott. Varr.—1 Huyd. *ob missionem.*—2 Gulielm. e Ms. Cujac. reponi maluit *multa.*—3 Leid. *ceterarum.*—4 '*Fortunæ* de Ern. suspicione Beck. uncinis inclusit. Delevit Schutz. Equidem suspicor *fortuita.*' Orell. qui censet vocem *fortunæ* esse corruptam.—5 Ursini. Ms. *præfectum:* Lamb. *perpetuis.* Ern. conj. *P. R.* id est, *populi Romani.* Schutz. delevit *perpetuo.*—6 Ven. 1483. Junt. Crat. et Orell. *te ipso illo temp.*—7 Huyd. *includere*, et Lamb. *perfugia.* Mox Huyd. *exprobare.*

NOTÆ

[b] *Quapropter si quem*] Adimit omnia quæ ad Verris purgationem afferri possunt.

[c] *Siculum*] Cleomenes Siculus præerat classi populi Romani contra leges, quæ volunt Romanis Romanum præesse.

fortunæ, num casus bellicos exprobrare aut objicere videor? tametsi solent hi[8] fortunam sibi objici nolle, qui se fortunæ commiserunt, qui in ejus periculis sunt ac varietate versati. Istius quidem calamitatis tuæ[9] fortuna particeps non fuit: homines enim[10] in præliis, non in conviviis, belli fortunam tentare, periclitari[11] solent: in illa autem calamitate non Martem[12] fuisse communem, sed Venerem possumus dicere. Quodsi fortunam objici[13] tibi non oportet, cur tu fortunæ illorum innocentium veniam ac locum[14] non dedisti? 133. Etiam illud præcidas[15] licet, quod supplicium[16] more majorum sumseris, securique percusseris, idcirco a me in crimen et invidiam vocari. Non in supplicio crimen meum[m] vertitur:[17] non ego securi nego quenquam feriri debere: non ego metum ex re militari, non severitatem[18] imperii, non pœnam flagitii, tolli dico oportere. [*p.* 263.] Fateor non modo in socios, sed etiam in cives militesque nostros, persæpe esse severe[19] ac vehementer vindicatum. LI. Quare hæc quoque prætermittas licet. Ego culpam non in navarchis, sed in te fuisse demonstro: te[20] pretio milites remigesque dimisisse arguo. Hoc navarchi reliqui dicunt: hoc Netinorum fœderata civitas publice dicit: hoc Herbitenses, hoc Amestratini, hoc Ennenses,[1] hoc Agyrinenses, Tyndaritani, [Locrenses] publice dicunt: tuus denique testis, tuus imperator, tuus hospes[2]

[m] *Accusatio mea.*

—8 Steph. Lamb. et Orell. *ii.*—9 Mss. pauci et edd. vett. *tua.*—10 Leid. caret *enim.*—11 ' *Tentare* manifestum est gloss. v. *periclitari;* quod occultavere Crat. Hervag. Cam. Lamb. 1566. et 1584. scribentes *tentare ac periclitari.* Verum vidit Steph. cum Ms. (ut apparet e marg. 1584.) *tentare* [*ac*] deleto. *Tentare, periclitari* Ven. 1483. Junt. Grut. seqq.' *Orell.* In Leid. *belli fortunare pericl. solent.*—12 Huyd. *matrem.*—13 ψ, Huyd. et edd. vett. *objicere.*—14 ψ *ad locum.*—15 *Prædices* Pall. Cam. Manut. *prædicas* ψ, Huyd. et edd. vett.—16 Muretus legi jubet *quod de his suppl.*—17 Leid. *vertere-tur.* In eodem verba *non ego sec. nego quenq. fer.*—18 Lamb. *securitatem.*—19 ψ et Huyd. *vere.*

CAP. LI. 20 Mss. pauci et edd. vett. omittunt *te.*—1 Pro *Ennenses* Huyd. exhibet *Ethnenses.* In Reg. omittitur *Ennenses,* isque cod. sic exhibet, *hoc Amestriani, Agyrinenses, Tynd. publ. dicunt.* Pronomen *hoc* ante *Agyrinenses* omittunt Græv. et Schutz. Porro Reg. Guelf. et tres Pariss. ac Lall. et Schutz. non agnoscunt *Locrenses:* quod esse spurium censent Græv. Ern. Beck. et Orell.—2 Reg. *æmulus tuus imperator, tuus hospes:* unde Lamb. edidit, *tuus*

Cleomenes hoc dicit, sese in terram esse egressum,[3] uti Pachyno, e terrestri præsidio, milites colligeret, quos in[4] navibus collocaret; quod certe non fecisset, si suum numerum naves haberent: ea est enim[5] ratio instructarum ornatarumque navium, ut non modo plures, sed ne singuli quidem possint accedere. 134. Dico præterea, illos ipsos reliquos nautas fame atque inopia rerum omnium confectos fuisse[6] ac perditos. Dico, aut omnes extra culpam fuisse, aut, si uni attribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse, qui optimam navem, plurimos nautas haberet, summum imperium obtineret: aut, si omnes in culpa fuerint,[7] non oportuisse Cleomenem constitui spectatorem illorum[8] mortis atque cruciatus. Dico etiam, in illo supplicio mercedem lacrymarum, mercedem vulneris atque plagæ, mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas fuisse. 135. Quapropter si mihi respondere voles, hæc dicito: classem instructam atque ornatam fuisse, nullum propugnatorem abfuisse, nullum vacuum transtrum[d] fuisse, remigi rem[9] frumentariam esse suppeditatam, mentiri navarchos, mentiri tot et tam[10] graves civitates, mentiri etiam Siciliam totam: proditum te esse a Cleomene, qui se dixerit exisse in terram, ut Pachyno deduceret milites: animum illis, non copias defuisse: Cleomenem acerrime pugnantem ab his relictum esse atque desertum: nummum ob sepulturam datum nemini: quæ si dices, tenebere;[11] sin alia dices, quæ a me dicta sunt, non refutabis.

LII. 136. Hic tu etiam dicere audebis, 'Est in judicibus ille familiaris meus; est paternus[12] amicus ille?' non, ut

imp., *tuus æmulus*, *tuus hosp.*—3 *In terra esse projectum* ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. *in terram esse projectum* Naug. *in terram esse progressum* Huyd. Nonnulli, teste Camerario, legi malnerunt *profectum*.—4 Huyd. caret præpositione.—5 In eodem deest *enim*.—6 Huyd. *esse*.—7 ψ et Huyd. *fuissent*.—8 Leid. *illius*. Mox idem Ms. *et ipso in supplicio*.—9 *Tractum esse remum*, *rem* ψ, Huyd. Reg. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. *transtrum*, *remigi rem* Cam. *transtrum esse*, *remigi rem* Naug. *transtrum fuisse remige*, *rem* Schutz. e conj. Garatoni.—10 Lamb. *tot tam*, omissa copula. In Huyd. deest *tot*.—11 Huyd. *tenere*. Mox Steph. et Lamb. *ea quæ*.

NOTÆ

[d] *Transtrum*] Transtrum sedile est remigum in navibus.

quisque maxime est, quicum tibi aliquid sit, ita tui[13] hujuscemodi criminis maxime eum pudet? Paternus amicus est. Ipse pater si judicaret, per Deos immortales! quid facere posses,[14] cum tibi hæc diceret? Tu in provincia[e] populi Romani prætor, cum tibi maritimum[15] bellum esset administrandum, Mamertinis, ex fœdere quam deberent navem, per triennium remisisti?[16] tibi apud eosdem privatim[17] navis oneraria maxima publice est ædificata? tu a civitatibus pecunias classis nomine coëgisti? tu pretio remiges dimisisti? tu, cum navis esset a quæstore et ab legato capta prædonum, archipiratam[18] ab omnium oculis removisti? tu, qui cives Romani[19] esse dicerentur, qui a multis cognoscerentur, securi ferire potuisti? tu tuam domum piratas abducere,[20] in judicium archipiratam domo producere ausus es?[1] 137. tu in provincia tam splendida, apud socios[2] fidelissimos, cives Romanos honestissimos, in metu periculoque provinciæ, dies continuos complures in littore conviviisque jacuisti? te per eos dies nemo domi tuæ convenire, nemo in foro videre[3] potuit? tu sociorum atque amicorum ad ea convivia matresfamilias adhibuisti? tu inter ejusmodi mulieres prætextatum tuum filium, nepotem meum, collocavisti, ut ætati[4] maxime lubricæ atque incertæ exempla nequitiæ parentis vita præberet? tu prætor in provincia cum tunica[5] pallioque purpureo visus es?

Cap. lii. 12 ψ *et paternus.* Hotomanni Ms. *amicus ille? immo vero, ut qui max. est.*—13 ψ et Leid. *ita te.* Tum *crimine* ψ et Huyd. Pro *eum* in ψ et Huyd. legitur *ejus.* In Pall. Ven. 1483. Junt. Crat. *ita te hujuscemodi crimine max. ejus pud.* Cujac. Heivag. Steph. *ita te in hujuscem. crimine max. ejus pud.* prob. Garaton. *ita tui in hujuscem. crimine max. eum pud.* Cam.—14 ' *Posses* ex Hotom. conjectura, Lamb. Ern. Beck. Schutz. *posset* ceteræ, etiam Græv. *possit* Grut. Oliv. errore typogr.' *Orell.* qui etiam edidit *posses.*—15 Leid. *Mamertinorum.*—16 H. l. et seqq. non interrog. signa, sed puncta posuit Orell.—17 Græv. e Reg. edidit *privata,* et sic Schutz.—18 Leid. *piratam.*—19 ψ *Romanos.*—20 Mss. quidam cum Grut. Græv. Oliv. Lall. *adducere.*—1 Verba *in judicium arch. domo pro. ausus es* in Leid. desunt. Pro *domo* Huyd. habet *domum.*—2 Ante *apud soc.* Leid. repetit *tu.*—3 Post *videre* Huyd. addit *te.*—4 Post *ætati* Leid. addit *tuæ.* Pro *incertæ* idem Ms. habet

NOTÆ

[e] *Tu in provincia*] Patrem Verris objurgantem filium inducit, et omnia ipsi objecta crimina commemorantem, ut judices magis accendat.

[*p.* 264.] tu propter amorem libidinemque tuam, imperium navium legato populi Romani ademisti, Syracusano tradidisti? tui milites in provincia Sicilia[6] frugibus frumentoque caruere? tua luxuria atque avaritia classis populi Romani a prædonibus[7] capta et incensa est? 138. post Syracusas conditas, quem in portum nunquam hostis accesserat, in eo, te prætore, primum piratæ navigaverunt? neque hæc tot tantaque[8] dedecora dissimulatione tua, neque oblivione hominum ac taciturnitate[9] tegere voluisti? sed etiam navium præfectos sine ulla causa de complexu parentum[10] suorum, hospitum tuorum,[f] ad mortem cruciatumque rapuisti? neque in parentum luctu atque lacrymis, te mei nominis commemoratio mitigavit? tibi hominum innocentium sanguis non modo voluptati, sed etiam quæstui fuit? LIII. Hæc si tibi tuus parens diceret, posses ab eo veniam petere? posses, ut tibi ignosceret, postulare?

139. Satis est factum Siculis, satis officio ac necessitudini,[g] judices, satis promisso nostro ac recepto.[n][11] Reliqua est ea causa, judices,[12] quæ non jam recepta, sed innata; neque delata ad me, sed in animo[13] sensuque meo penitus affixa atque insita est; quæ non ad sociorum salutem, sed ad civium Romanorum, hoc est, ad uniuscujusque nostrum[14] vitam et sanguinem pertinet. In qua nolite a me, quasi dubium sit aliquid, argumenta, judices, expectare. Omnia, quæ dicam de supplicio civium Romanorum,[15] sic erunt

[n] *Accepto.*

multa.—5 Lamb. *tunica talari.*—6 *Siciliæ* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Mox *caruerunt* edidit Orell. e Ms. Huyd.—7 Verba *a prædonibus* absunt a ψ et Huyd.—8 Iidem Mss. *tanta,* sine copula.—9 Lamb. *hom. atque taciturn.*—10 E Priscian. VII. 16. *parentium dederunt* Lamb. Græv. Beck. Schutz. In Huyd. desunt voces *hospitum tuorum.*

CAP. LIII. 11 *Promisso muneri ac recepto* Steph. Lamb. Græv. Oliv. Lall *promisso nostro ac muneri recepto* Lamb. Manut. Beck. Schutz. et Orell. *satis muneri recepto* maluit Harles.—12 Pro voce *judices,* quam Steph. et Lamb. omittunt, Leid. exhibet *nostra.*—13 *Anima* Mss. plerique et edd. vett. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. Mox Lamb. *defixa.*—14 Huyd. *vestrum.*—15 Verba

NOTÆ

[f] *Hospitum tuorum*] Dexionem indicat, cujus filium Aristæum securi percussit.

[g] *Necessitudini*] Necessitudinem contraxit cum Siculis, cum quæstor esset apud eos.

clara et illustria, ut ad ea probanda totam Siciliam testem adhibere possim. Furor enim quidam, sceleris et audaciæ comes, istius effrænatum animum importunamque naturam tanta oppressit amentia, ut nunquam dubitaret in conventu[h] palam supplicia, quæ in convictos maleficii servos constituta sunt, ea in cives Romanos expromere. 140. Virgis quam multos ceciderit,[16] quid ego commemorem? Tantum brevissime dico, judices: nullum fuit omnino,[17] isto prætore, in hoc genere discrimen.[i] Itaque jam consuetudine ad corpora civium Romanorum, etiam sine istius nutu, ferebatur manus ipsa lictoris. LIV. Num potes[18] hoc negare, Verres, in foro Lilybæi, maximo conventu, C. Servilium, civem Romanum, in conventu[19] Panormitano veterem negotiatorem, ad tribunal, ante pedes tuos, ad terram[20] virgis et verberibus[k] abjectum? Aude hoc primum negare, si potes. Nemo Lilybæi fuit, quin viderit; nemo in Sicilia, quin audierit. Plagis confectum dico a lictoribus tuis civem Romanum[1] ante oculos tuos concidisse. 141. Ob quam causam? Dii immortales! tametsi injuriam facio communi causæ et juri civitatis: quasi enim possit esse ulla causa, cur hoc cuiquam civi Romano jure accidat,[2] ita quæro, quæ in Servilio causa fuerit. Ignoscite in hoc uno, judices: in ceteris enim non magnopere causas requiram. Locutus erat liberius[3] de istius improbitate atque nequitia. Quod isti simulac renuntiatum est, hominem jubet Lilybæum vadimonium[1] Venerio servo promittere. Promittit. Lilybæ-

de supplicio civium Romanorum non sunt in Leid. qui mox omittit *clara et.*—16 Al. *cæciderit.* Tum in Huyd. non legitur *ego.*—17 Post *omnino* Leid. addit *civitatis.*

CAP. LIV. 18 Huyd. *Nam potes.*—19 Reg. et Ms. Lamb. cum edd. Manut. et Lamb. *e conv.* prob. Grævio.—20 Leid. *a terra.*—1 ψ *civium Romanorum.* Mox Reg. *ad quam ob causam:* Steph. Lamb. et Schutz. *at quam ob causam.*—2 Huyd. *accidit.*—3 ψ *libertus.*—4 *Nemo* ante *postularet* non est in Huyd.

NOTÆ

[h] *In conventu*] Cives Romani multi in Sicilia negotiabantur, quorum societatem conventum appellat.

[i] *Discrimen*] Servos inter et ingenuos nullum posuit discrimen, cum eos omnes virgis subjecerit.

[k] *Virgis et verberibus*] Porcia lege vetabatur virgis cædi cives Rom.

[l] *Vadimonium*] Vadimonium est sponsio quædam sistendi, comparen-

um venitur. Cogere eum cœpit, cum ageret nemo,[m] nemo[4] postularet, H-S duobus millibus[n] sponsionem facere cum lictore suo, 'ni furtis quæstum faceret.'[o] Recuperatores[p] de cohorte sua dicit daturum.[5] Servilius et recusare et deprecari, ne iniquis judicibus, nullo adversario, judicium capitis in se constitueretur. 142. Hæc cum maxime loqueretur, sex lictores eum[6] circumsistunt valentissimi, et ad pulsandos verberandosque homines exercitatissimi: cædunt acerrime virgis: denique proximus lictor (de quo sæpe jam[7] dixi) Sestius, converso bacillo,[o][8] oculos misero tundere vehementissime cœpit. Itaque illi cum sanguis os oculosque complesset, concidit; cum illi nihilo minus jacenti latera tunderentur,[9] ut aliquando spondere se diceret. [*p.* 265.] Sic ille affectus, illinc tum[10] pro mortuo sublatus, brevi postea est mortuus. Iste autem homo Venerius,[q] et affluens omni[11] lepore et venustate, de bonis illius in æde Veneris argenteum Cupidinem posuit. Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota[12] cupiditatum suarum. LV. 143. Nam quid ego de ceteris civium Romanorum suppliciis singillatim potius, quam generatim atque

[o] *Conversa virga.*

Tum *millibus* omittunt ψ et Huyd. sed Leid. habet *millium nummum.* Porro pro *lictore* in Leid. *servo* legitur. Denique *Ne furtis* ψ et Huyd.—5 Leid. *dicebat dat.* Lamb. *dicit se dat.* Tum *Servilium et recusari* Huyd. In Leid. *de iniq. jud.*—6 Mss. et edd. ante Lamb. cum Beck. non habent *eum*, quod Orell. uncinis includit.—7 Leid. *tam sæpe.*—8 Leid. Reg. et Ms. Lamb. *conv. baculo.* Lamb. mavult *contorto bacillo.*—9 *Tunderent* ψ, Reg. Ven. 1483. Junt. et Orell. *tunderet* Naug. Crat. *tenderentur* Huyd. Pro *aliquando spondere* Leid. habet *aliis respondere.*—10 Huyd. *illinc tamen.* Dein *perbrevi* Leid.—11 Huyd. *omnium.*—12 *Vota* in ψ et Huyd. deest.

NOTÆ

dique in judicio ad diem constitutam, vel per se, vel per alios.

[m] *Cum ageret nemo, &c.*] Id est, cum nemo eum sponsione lacesseret, nisi hoc dixisset: nam sponsionem ipse facere nolebat.

[n] *H-S duobus millibus*] Libris ducentis.

[o] *Quæstum faceret*] Verres quæstum faciebat ex suis furtis et rapinis.

[p] *Recuperatores*] Recuperatores judices erant, qui in privatis controversiis a prætore dabantur, ut per eos quisque jus suum recuperare posset.

[q] *Homo Venerius*] Vel hominem qui colit Venerem, ejusque cultui dicatus est, intelligit; vel Verris ministrum.

universe loquar? Carcer ille, qui est a crudelissimo tyranno Dionysio[r] factus Syracusis, quæ lautumiæ vocantur,[13] in istius imperio domicilium civium[14] Romanorum fuit. Ut quisque istius animum aut oculos offenderat, in lautumias statim[15] conjiciebatur. Indignum hoc video videri omnibus, judices;[16] et id jam priore actione, cum hæc testes[17] dicerent, intellexi: retineri enim putatis oportere jura libertatis non modo hic, ubi tribuni plebis sunt, ubi ceteri magistratus, ubi plenum forum judiciorum, ubi senatus auctoritas, ubi existimatio populi Romani et frequentia; sed, ubicumque terrarum et gentium violatum jus civium Romanorum sit, statuitis[18] id pertinere ad communem causam libertatis et dignitatis.[19] 144. In externorum hominum, et maleficorum[20] sceleratorumque, in prædonum hostiumque custodias tu tantum numerum civium Romanorum includere ausus es? nunquamne tibi[1] judicii, nunquam concionis,[2] nunquam hujus tantæ frequentiæ, quæ nunc animo te iniquissimo infestissimoque intuetur,[3] venit in mentem? nunquam tibi[4] populi Romani absentis dignitas, nunquam species ipsa hujuscemodi multitudinis, in oculis animoque versata est? nunquam te in horum conspectum[5] rediturum, nunquam in forum populi Romani venturum, nunquam sub legum et judiciorum potestatem casurum esse putasti?[6]

LVI. 145. At quæ[7] erat ista libido crudelitatis exercendæ? quæ tot scelerum suscipiendorum causa? nulla,

CAP. LV. 13 Verba *quæ laut. voc.* Ernesto suspecta, uncinis includunt Harles. et Beck. Delevit Schutz.—14 ψ et Huyd. non habent *civium.*—15 Huyd. caret *statim.*—16 Al. edd. *videri vobis, jud.* al. *videri vobis omnibus, jud.* ut Manut. voluit.—17 ψ *cum hoc testes:* Huyd. *cum testes,* omisso *hæc.*—18 *Statuistis* Huyd. *sciatis* Leid. *scitis* Steph.—19 Verba *et dignitatis* absunt a ψ et Huyd.—20 Huyd. *maleficiorum.*—1 Idem Ms. *nunquam nec tibi.*—2 Leid. *contentionis.*—3 Huyd. *intuerentur.*—4 *Tibi* in Leid. deest. Tum ψ *populus Romanus;* et Ven. 1483. Junt. *dignitas absentis.* Paulo post Leid. et Lamb. *hujusce mult.*—5 ψ *conspectu.*—6 Leid. *dixisti.*

NOTÆ

[r] *Dionysio*] De priore Dionysio loquitur, ejus patre, qui regno pulsus Corinthi scholas aperuit, ut aliquod imperii genus semper retineret.

judices, præter[8] prædandi novam singularemque rationem. Nam ut illi, quos a poëtis accepimus,[9] sinus quosdam obsedisse[s] maritimos, aut aliqua promontoria, aut prærupta[10] saxa tenuisse dicuntur, ut eos, qui essent appulsi navigiis, interficere[11] possent; sic iste in omnia maria infestus ex omnibus Siciliæ partibus[12] imminebat. Quæcumque navis ex Asia, quæ[13] ex Syria, quæ Tyro,[t] quæ Alexandria venerat, statim certis indicibus[14] et custodibus tenebatur: vectores omnes in lautumias conjiciebantur: onera atque merces in prætoriam domum deferebantur: versabatur in Sicilia longo intervallo alter,[15] non Dionysius ille, nec Phalaris,[u] (tulit enim illa quondam insula multos et crudeles tyrannos) sed quoddam novum monstrum, ex vetere illa immanitate, quæ in iisdem locis versata esse[16] dicitur. 146. Non enim Charybdim[17][x] tam infestam, neque Scyllam[y] nautis,[18] quam istum in eodem freto fuisse arbitror. Hoc etiam iste[19] infestior, quod multo se pluribus et majori-

Cap. lvi. 7 Huyd. *Atque.*—8 Leid. *Nullam videret præter.*—9 *Accipimus* ψ. Ante *sinus* ψ, Guelf. Leid. Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. Beck. et Orell. addunt *qui.* Pro *sinus* in Leid. legitur *sensus.*—10 Leid. *promta.*—11 Lamb. e conj *intercipere*, prob. Harles.—12 Orell. conj. *portubus.*—13 Duo Mss. Lambini cum ed. Grut. omittunt *quæ* ante *ex Syria.*—14 Huyd. *judicibus.*—15 *Alter* delevit Lamb. quia in Quintil. viii. 6. 7. deest. At Mss. quidam Quintil. habent *aut non*, alii, ut Barberinus, *autem non.* Tum Quintil. l. l. *novum quoddam monstrum*, ut Lamb. Harles. et Schutz. ediderunt. Porro loco *ex vetere illa immanitate*, Ms. Bibl. Palat. Quintiliani *ex utero illo immanitatem*, quod Gebhardus Crepund. i. 8. mutari jussit in *utero immanitatis.* Etiam Barber. Ms. Quintil. *utero.*—16 Quintil. et ed. Manut. 1565. omittunt *esse.*—17 *Carydim* Huyd. *Charybdin* nonnullæ edd. vett.—18 Quintil. *navibus.*

NOTÆ

[s] *Quosdam obsedisse, &c.*] Ut Læstrygones, qui Capuæ portum obsidebant: de quibus Hom. in Odyss.

[t] *Tyro*] Phœniciæ Tyrus insula fuit, et urbs celeberrima; olim orbis emporium.

[u] *Nec Phalaris*] Phalaris Agrigentinorum tyrannus fuit, qui taurum habuit æneum, in quem immissi damnati, igneque subjecto, bovis mugitum edebant.

[x] *Charybdim*] Charybdim vulgo ferunt fuisse meretricem voracissimam, quæ cum Herculi boves eripuisset, a Jove fulmine icta, et in fretum præceps acta, ubi in voraginem mutata est.

[y] *Scyllam*] Scylla saxum est, seu scopulus, fluctuum collisione latratus canum, et luporum ululatus referens. Aiunt poëtæ Phorci filiam fuisse a Circe commutatam in monstrum, cujus pars suprema fœmineam figuram, infima vero caninam exprimit.

bus[20 z] canibus succinxerat. Cyclops alter, multo importunior. Hic enim totam insulam obtinebat:[1] ille Ætnam solam,[2] et eam[3] Siciliæ partem tenuisse dicitur. At quæ causa tum subjiciebatur[4] ab ipso, judices, hujus tam nefariæ crudelitatis? eadem, quæ[5] nunc in defensione commemorabitur. Quicumque accesserant ad Siciliam paulo pleniores, eos Sertorianos[a] milites esse, atque a Dianio[b] fugere dicebat. Illi ad deprecandum periculum proferebant, alii purpuram Tyriam; thus alii atque odores[p] vestemque linteam;[6] gemmas alii et margaritas; vina nonnulli Græca, venalesque Asiaticos; ut intelligeretur ex mercibus,[7] quibus ex locis navigarent. Non providerant,[8] eas ipsas sibi causas esse periculi, quibus adjumentis[9] se ad salutem uti arbitrabantur. [*p.* 266.] Iste enim hæc[10] eos ex piratarum societate adeptos esse dicebat: ipsos in lautumias abduci[11] imperabat: naves eorum atque onera diligenter asservanda[12] curabat. LVII. 147. His institutis cum completus jam mercatorum carcer esset, tum illa fiebant, quæ L. Suetium,[13] equitem Romanum, lectissimum virum, dicere audistis, quæ ceteros audietis.[14] Cervices in carcere frangebantur indignissime civium Romanorum, ut jam illa vox[15] et imploratio, 'Civis Romanus sum,' quæ sæpe mul-

[p] *Aromata.*

—19 Huyd. caret *iste.*—20 Reg. et Mss. Lamb. *et in maj.* unde Memmius conj. *et imman.* quod Lamb. et Schutz. receperunt.—1 Ms. Lambini *obsidebat.*—2 Huyd. *Etlnam solam.*—3 Leid. caret pronomine *eam*, pro quo Herel. conj. *extremam* legend.—4 Huyd. *Atque causa tum subjiciatur.*—5 Idem Ms. *eademque.*—6 Nonnulli, auctore Lambino, legunt *vestemque lineam:* alii *vestemque Meliteam.*—7 Leid. *mercedibus.* Præpositionem ante *locis* omittunt ψ et Huyd.—8 Huyd. et edd. vett. cum Orell. *Non intelligebant.*—9 ψ, Huyd. Ven. 1483. Hervag. *argumentis.*—10 Huyd. *hic.* Leid. non habet *ex.*—11 ψ *adduci.*—12 Leid. *observanda.*

CAP. LVII. 13 ψ *cum illa et fiebant;* et Leid. *quæ L. Snetium.*—14 Græv. e Reg. cum Oliv. et Lall. *et quæ ceteros aud.*—15 ψ, Huyd. et edd. vett. *ut*

NOTÆ

[z] *Pluribus et majoribus*] Intelligit Verris emissarios, et furtorum interpretes: de quibus jam lib. IV. § 30.

[a] *Sertorianos*] Sertorius hostis erat, et reliquias belli Mariani in Hispania persequebatur.

[b] *Dianio*] Dianium oppidum Hispaniæ fuit, quod velut arcem suam tenebat Sertorius.

tis, in ultimis terris, opem inter barbaros et salutem tulit, ea mortem illis acerbiorem et supplicium maturius ferret. Quid est, Verres? quid ad hæc cogitas respondere? num mentiri me? num fingere aliquid? num augere crimen?[16] num quid horum dicere istis defensoribus tuis audes? Cedo mihi, quæso, ex ipsius sinu[c] literas Syracusanorum, quas iste ad arbitrium suum confectas esse arbitratur: cedo rationem carceris, quæ diligentissime conficitur, quo quisque die datus in custodiam, quo mortuus, quo necatus sit. (*Literæ Syracusanorum.*) 148. Videtis cives Romanos gregatim conjectos in lautumias: videtis indignissimo in[17] loco coacervatam multitudinem vestrorum[18] civium. Quærite nunc vestigia, quibus exitus illorum ex illo loco compareant. Nulla sunt. Omnesne mortui? Si ita posset defendere, tamen fides huic defensioni non haberetur. Sed scriptum extat[19] in iisdem literis, quod iste homo barbarus ac dissolutus neque attendere unquam, neque intelligere potuit. *ΕΔΙΚΩΘΗΣΑΝ*,[20d] inquit, ut Siculi loquuntur, hoc est, supplicio affecti ac necati sunt. LVIII. 149. Si quis rex,[1] si qua civitas exterarum gentium, si qua natio fecisset aliquid in civem Romanum ejusmodi, nonne[2] publice vindicaremus? non bello persequeremur? possemus hanc injuriam, ignominiamque nominis Romani, inultam impunitamque[3] dimittere? Quot bella majores nostros,[e] et quanta

etiam illa vox. Grut. omittit *illa* ante *imploratio.* Tum in ψ *civium Romanorum sum.* A Leid. abest *sum*, et ab Huyd. *multis.*—16 ψ *non agere crimen.*—17 Huyd. omittit præpositionem.—18 Huyd. *nostrorum.* Mox, post *vestigia* ψ et Huyd. addunt *prius.* Dein ψ *exitus et illorum:* Lamb. *exitus eorum.*—19 ψ *scriptum erat.*—20 Reg. et duo Mss. Lambini cum Hervag. Cam. Græv. ΕΔΙΚΑΙΩΘΗΣΑΝ. In Huyd. legitur ΕΠΕΙΚΩΘΗΣΑΝ. Vid. Ind. Græc. Tum *hoc est, ut Siculi loq.* edd. pleræque ante Lall. et Ern. et sic Orell.

CAP. LVIII. 1 Leid. et Orell. *Si qui rex.*—2 Pro *nonne* Orell. conj. *non* legend. Dein *publ. judicaremus? num bello pers.* Huyd.—3 Huyd. *impunitam,*

NOTÆ

[c] *Ex ipsius sinu*] Fingit custoditas fuisse a Verre literas, quas ad arbitrium proferebat.

[d] Ἐδικώθησαν] Pro ἐδικαιώθησαν: nam Siculi Græca lingua mendose utebantur.

[e] *Quot bella majores nostros*] In oratione pro lege Manilia ait bella gesta esse contra eos qui mercatores injuriosius tractassent.

suscepisse arbitramini, quod cives Romani injuria affecti, quod navicularii retenti, quod mercatores spoliati dicerentur? At ego retentos[4] non queror: spoliatos ferendum puto: navibus, mancipiis, mercibus[5] ademtis, in vincula conjectos esse mercatores, et in vinculis cives Romanos necatos esse arguo. 150. Si hæc apud Scythas[6] [f] dicerem, non hic in tanta multitudine civium Romanorum, non apud senatores lectissimos civitatis, non in foro populi Romani, de tot et tam acerbis suppliciis civium Romanorum; tamen animos etiam barbarorum hominum permoverem. Tanta enim hujus imperii amplitudo, tanta nominis Romani dignitas est apud omnes nationes, ut ista in nostros homines crudelitas nemini concessa videatur.[7] Num ego tibi ullam salutem, ullum perfugium putem, cum te implicatum severitate judicum,[8] circumretitum[g] frequentia populi Romani esse videam? 151. Si, mehercules,[9] (id quod fieri non posse intelligo[10]) ex his laqueis te exueris, ac te aliqua via ac ratione[11] explicaris; in illas tibi majores plagas[h] incidendum est, in quibus te ab eodem me, superiore ex loco[i] confici et concidi necesse est. Cui si etiam id, quod defendit,[k] velim concedere; tamen illa ipsa defensio[12] non minus esse ei perniciosa, quam mea vera accusatio debeat.

Quid enim defendit? ex Hispania fugientes se excepisse

sine copula.—4 Reg. *At ego jam ret.* Pro *retentos* in Huyd. *recentes* legitur. —5 Leid. et Reg. *navibus magnis, mercibus.*—6 Huyd. *Scitas.*—7 ψ *crud. nomini,* et Lamb. *concessa esse vid.*—8 Huyd. *judicium.*—9 Al. *mehercule.*—10 Edd. vett. *intell. non posse.*—11 ψ, Huyd. et edd. ante Lamb. cum Grut.

NOTÆ

[f] *Scythas*] Scythas ponit pro quibuslibet nationibus barbaris ac ferocibus, quia tales illi habiti sunt.

[g] *Circumretitum*] Id est, tanquam laqueis et retibus circumdatum. Hic allegorice Verrem cum bellua comparat.

[h] *Majores plagas*] Perseverat in allegoria. Gravius judicium intelligit majestatis apud pop. Rom., ad quod ille deveniet.

[i] *Superiore ex loco*] Rostra pro superiori loco habita sunt, quia ex illis solis magistratibus fas erat agere cum populo: jam autem designatus erat ædilis Cicero.

[k] *Quod defendit*] Non negat Verres cives Rom. punivisse, sed fuisse Sertorianos milites ait.

et supplicio affecisse dicit. Quis tibi id permisit? quo id[13] jure fecisti? quis idem[14] fecit? qui tibi id facere licuit? 152. Forum plenum et basilicas istorum hominum videmus, et animo æquo videmus. Civilis[15] enim dissensionis, et sive amentiæ, sive fati, seu calamitatis, non est iste molestus exitus, in quo non reliquos saltem cives incolumes liceat conservare.[16] [*p.* 267.] Verres ille, vetus proditor consulis, translator[17] quæsturæ,[l] aversor pecuniæ publicæ, tantum sibi auctoritatis in republica[18] suscepit, ut, quibus hominibus per senatum, per populum Romanum, per omnes magistratus, in foro, in suffragiis, in hac urbe, in republica versari liceret, iis omnibus[19] mortem acerbam crudelemque proponeret, si fortuna eos ad aliquam partem Siciliæ detulisset. 153. Ad Cn. Pompeium,[m] clarissimum virum[20] et fortissimum, permulti, occiso Perperna,[n] ex illo Sertoriano[1] numero militum confugerunt: quem non ille summo cum studio salvum incolumemque servavit? cui civi supplici[2] non illa dextera invicta et fidem porrexit, et spem salutis ostendit? Itane vero? quibus fuit portus apud eum, contra quem arma tulerunt;[3] iis apud te, cujus nullum in republica unquam momentum[4°] fuit, mors et cruciatus erat constitutus? Vide,

aliqua vi ac vat.—12 Reg. *illa ipsa falsa def.* prob. Grævio.—13 *Id* in Leid. deest.—14 Hnyd. *quid idem.*—15 Pro *civilis* Hnyd. exhibet *evulsus*, et Leid. *civitatis.* Dein *sive* ante *amentiæ* omittunt Reg. et Græv. Pro *sive fati* Reg. habet *seu fati.* In Hnyd. *sive calam.*—16 Edd. ante Ern. cum Beck. et Orell. *in quo reliquos . . . liceat cons.* Ern. e conj. edidit, *in quo non rel. . . . liceat cons.* et sic Harles. et Schutz. Verbum *molestus* Ernesto de gloss. suspectum est. Herel. conj. *non est ita funestus exitus.*—17 Verbum *translator* Beckio suspectum erat. Harles. conj. *transfuga quæstoris:* Schutz. mavult *transfuga et violator quæsturæ.*—18 ψ et Hnyd. *rempublicam.*—19 Reg. *his hominibus.*—20 Pro *clarissimum virum* ψ habet *civem vestrum.* Mox idem *permulti et occ.*—1 *Sertoriano* in Leid. deest. Mss. nonnulli, teste Lamb., omittunt *militum.*—2 Leid. *cui supplicanti.*—3 Reg. et Ms. Lamb. cum Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. et Orell. *tulerant.*—4 Lamb. e conj. *momentum;* et sic Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. Omnes aliæ edd. *monumentum.*

NOTÆ

[l] *Translator quæsturæ*] A Carbone et Sylla quæsturam Verres transtulit.

[m] *Cn. Pompeium*] Pompeius junctus Metello, Numidici filio, pugnavit contra Sertorium.

[n] *Perperna*] Perperna dux fuerat belli Sertoriani, qui fraude Sertorium occidit.

[o] *Momentum* [*monumentum*] Nul-

quam commodam defensionem excogitaris. LIX. Malo, malo,[5] mehercule, id, quod tu defendis, his judicibus, populoque Romano, quam id, quod ego insimulo, probari. Malo, inquam, te isti generi hominum, quam mercatoribus et navicularíis inimicum atque infestum putari: meum enim crimen avaritiæ te nimiæ[6] coarguit: tua defensio furoris cujusdam, et immanitatis, et inauditæ crudelitatis, et pæne novæ proscriptionis. 154. Sed non licet me isto tanto bono, judices, uti: non licet; adsunt enim Puteoli[p] toti:[7] frequentissimi venerunt ad hoc judicium mercatores, homines locupletes atque honesti,[8] qui partim socios suos, partim libertos[9] ab isto spoliatos, in vincula conjectos, [partim in vinculis necatos,] partim securi percussos esse dicent. Hic vide, quam me sis usurus æquo. Cum ego P.[10] Granium testem produxero, qui suos libertos a te securi percussos esse dicat, qui a te navem suam mercesque repetat; refellito, si poteris: meum testem deseram, tibi favebo: te, inquam, adjuvabo: ostendito, illos cum Sertorio fuisse, a Dianio fugientes ad Siciliam esse delatos. Nihil est, quod te malim probare: nullum enim facinus, quod majore supplicio dignum sit, reperiri, neque proferri potest. 155. Reducam iterum equitem Romanum, L. Flavium, si voles; quoniam priore actione, ut

CAP. LIX. 5 *Malo* semel tantum legitur in Huyd.—6 Ven. 1483. Junt. *nimium.* Lamb. omisit *nimiæ.*—7 '*Puteoli toti*] Cur, quæso, *Puteoli,* cum nemo Puteolanus a Verre necatus memoretur? Et quomodo coëunt Puteoli cum mercatoribus? Aut egregie fallor, aut latet hic mendum codd. nostris antiquius. Legend. scil. *adest enim Puteal totum. Puteali* Libonis, fœneratorum loco, in *Puteolos* semel corrupto, mutari debebat et verbum et adjectivum. Cf. pro Sextio § 18. ubi Oxon. Ms. pro *puteali, Puteolis.*' Orell.—8 Huyd. *honestos.*—9 *Socios suos, partim liberos, partim colibertos* Leid. *socios, partim liberos partim libertos* Guelf. Mox, verba *partim in vinculis necatos* omittunt Guelf. ac Ms. Lamb. et ea delevit Schutz. *Partim* ante *sec. perc.* Beck. malit deleri. Dein Lamb. e Ms. *esse dicunt.*—10 ψ et Huyd. omittunt præno-

NOTÆ

lum animi sui signum in rempub. Verres unquam patefecerat.

p *Adsunt Puteoli*] Negat Sertorianos occidisse, et testimoniis confirmat Puteolanorum, qui testantur suos libertos, &c. a Verre percussos esse, &c. Puteoli autem oppidum est maritimum Campaniæ; quod ita a copia puteorum aquis calidis scatentium dictum est.

patroni tui dictitant, nova quadam sapientia, ut omnes intelligunt, conscientia tua,[q] atque auctoritate meorum testium, testem nullum interrogasti.[r] Interrogetur Flavius, si voles, quinam fuerit L. Herennius,[11] is, quem ille argentariam Lepti fecisse[s] dicit: qui cum amplius centum cives Romanos haberet ex conventu Syracusanorum,[12] qui eum non solum cognoscerent, sed etiam lacrymantes ac te implorantes defenderent; tamen a te,[13] inspectantibus omnibus Syracusanis,[14] securi percussus est. Hunc quoque testem meum refelli, et illum Herennium Sertorianum fuisse abs te demonstrari et probari volo. LX. 156. Quid de illa multitudine dicemus eorum, qui, capitibus involutis,[t] in piratarum captivorumque numero producebantur, ut securi ferirentur? Quæ ista nova diligentia, quam ob causam abs te excogitata?[15] an te L. Flavii ceterorumque de L. Herennio vociferatio commovebat? an M. Annii, gravissimi atque honestissimi viri, summa auctoritas paulo te[16] diligentiorem timidioremque fecerat? qui nuper pro testimonio, non advenam, nescio quem, nec alienum, sed eum civem Romanum, qui omnibus in[17] illo conventu notus, qui Syracusis natus esset, a te securi percussum esse dixit. 157. Post hanc illorum vociferationem,[18] post hanc communem famam atque querimoniam, non mitior in supplicio, sed diligentior esse cœpit. Capitibus involutis cives Romanos ad necem producere instituit;[19] quos tamen id-

men.—11 Reg. *qui an fuerit T. Herenn.* In ψ et Huyd. quoque *T. Herenn.* Pro *argentariam* Leid. habet *argumentari maleficis.*—12 *Syracusano* Steph. Lamb. Oliv. Lall. *Syracusarum* ψ, et edd. vett. cum Beck. et Schutz. *Syracusanorum* vulg.—13 Huyd. *tum te.*—14 Steph. et Lamb. *Syracusis.*

CAP. LX. 15 ψ, Huyd. et edd. vett. cum Grut. Oliv. Lall. *cogitata.*—16 Leid. Steph. Lamb. omittunt *te.* In ψ, Huyd. et nonnullis edd. vett. *paulo ante dilig.*—17 In Leid. desunt verba *omnibus in.*—18 Huyd. omittit oces *Post hanc illorum vociferationem.*—19 Grævius conj. Ciceronem scrip-

NOTÆ

[q] *Conscientia tua*] Verres cum sciret quicquid testes in se dicerent, si nterrogarentur; verum esse victus conscientia sua fateri cogeretur.

[r] *Nullum interrogasti*] Interrogabantur a reo testes, qui contra eum proferebantur.

[s] *Argentariam Lepti fecisse*] Argentariam facere dicitur, qui permutat pecunias sub fide publica. Leptis Africæ Minoris urbs est.

[t] *Capitibus involutis*] Ne cives Rom. agnoscerentur, velato capite ad supplicium ducebantur.

circo[20] necabat palam, quod homines in conventu (id quod antea diximus[1]) nimium diligenter prædonum numerum requirebant. [*p.* 268.] Hæccine plebi Romanæ,[2] te prætore, est constituta conditio? hæc negotii gerendi spes?[3] hoc capitis vitæque discrimen? Parumne multa mercatoribus sunt necessario pericula subeunda fortunæ, nisi etiam hæ[4] formidines ab nostris magistratibus atque in nostris provinciis impendebunt? Ad eamne rem fuit hæc suburbana[5][u] ac fidelis provincia Sicilia, plena optimorum sociorum, honestissimorumque civium,[6] quæ cives Romanos omnes suis ipsa sedibus libentissime semper accepit, ut, qui usque[7] ex ultima Syria atque Ægypto navigarent, qui apud barbaros, propter togæ nomen,[x] in honore aliquo fuissent; qui ex prædonum insidiis, qui ex tempestatum periculis profugissent, in Sicilia[8] securi ferirentur, cum se jam domum venisse arbitrarentur?

LXI. 158. Nam quid ego[y] de P. Gavio, Cosano[9] municipe, dicam, judices? aut qua vi vocis, qua gravitate verborum, quo dolore animi dicam? tametsi dolor me non deficit: ut cetera mihi in dicendo[10] digna re, digna dolore meo suppetant, magis elaborandum[11] est: quod crimen ejusmodi est, ut, cum primum ad me delatum est, usurum

sisse *prod. institit.*—20 Huyd. *quos tum idc.*—1 Leid. *dixi.*—2 ψ, Huyd. Pall. Ven. 1483. Junt. Crat. *Hæc in plebe Rom.*—3 Ursini Ms. *species.*—4 Pro *hæ* Huyd. habet *esse.*—5 Huyd. *fuit ista sub.* Mox *Sicilia* auctoritate Ms. Hotomanni delevit Schutz.—6 ψ *honestissimorumque civium Romanorum:* Leid. *honestissimorum atque civium:* Mss. quidam et edd. ante Grut. *honestissimorumque civium Romanorum;* et sic Orell.—7 ψ et Huyd. carent *usque.*—8 Pro *Sicilia* Ern. conj. *ea* legend.

CAP. LXI. 9 *Ganio Consano* ψ: *Ganio Consave* Huyd. *Gavio Consano* Pal. 1. et edd. pr. *Gavio Cossano* Pal. 2. Hervag. Cam. *Gavio, Cosano* vulg. *Cosano* ut corruptum notavit Orell.—10 *Dicenda* Grut. Græv. errore typographico.—11 Leid. *laborandum.* Verba *quod crimen ejusmodi est* in Huyd. de-

NOTÆ

[u] *Suburbana*] Propter vicinitatem Romæ suburbana, id est maxime vicina, dicitur a Cicerone Sicilia.

[x] *Propter togæ nomen*] Per togam dignitatem Romani nominis intelligit, quia togis soli Rom. cives utebantur.

[y] *Nam quid ego*] Ad aliud crimen transit, quod quia grave est et atrox, idcirco judicum animos præparat per totam narrationem affectus immiscendo.

me illo non putarem. Tametsi enim verissimum esse intelligebam, tamen credibile fore non arbitrabar. Coactus lacrymis omnium civium Romanorum, qui in Sicilia negotiantur, adductus Valentinorum, hominum honestissimorum, omniumque Rheginorum,[z] multorumque equitum Romanorum, qui casu tum Messanæ fuerunt, testimoniis,[12] dedi tantum priore actione testium,[13] res ut nemini dubia esse posset. 159. Quid nunc agam? Cum jam tot horas de uno genere, ac de istius nefaria crudelitate dicam; cum prope omnem vim verborum ejusmodi, quæ scelere istius digna sint,[14] aliis in rebus consumserim,[15] neque hoc providerim, ut[16] varietate criminum vos attentos tenerem; quemadmodum de tanta re dicam?[17] Opinor, unus modus atque una ratio est. Rem in medio ponam; quæ tantum habet ipsa gravitatis, ut neque mea, quæ nulla est, neque cujusquam, ad inflammandos vestros animos eloquentia requiratur. 160. Gavius hic, quem dico, Cosanus,[18] cum illo in numero ab isto[19] in vincula conjectus esset, et nescio qua ratione clam e lautumiis profugisset, Messanamque venisset; qui[20] prope jam Italiam et mœnia Rheginorum videret, et ex illo metu[1] mortis ac tenebris, quasi luce libertatis, et odore aliquo legum recreatus, revixisset; loqui Messanæ cœpit, et queri, se civem Romanum in vincula esse conjectum: sibi recta iter esse Romam: Verri se præsto[a] advenienti futurum. LXII. Non intelligebat mi-

sunt. In Leid. verbum *est* omittitur.—12 *Testimoniis* post *honestissimorum* ponunt Huyd. et edd. ante Lamb. cum Orell. Tum in Huyd. *omnium Rheg.* omissa copula.—13 ψ, Huyd. et edd. ante Lamb. *testimonium.* Quidam conjecit *testimoniorum.*—14 *Digna sunt* Mss. plerique et edd. ante Ern. qui e Guelf. edidit *digna sint;* et ita Harles. Beck. Schutz. et Orell.—15 Leid. *sumserim.*—16 Pro *ut* in Huyd. *cum.*—17 Hotom. mavult *dicerem.*—18 ψ *Ganius et Consanus.*—19 Vulg. *cum illo in numero ab isto.* Græv. e Reg. edidit *cum in illo numero civium ab isto;* et sic Orell. qui ex edd. Steph. et Lamb. post *civium* addidit *Romanorum.*—20 Pro *qui* ψ habet *quod.* Tum *tam prope Ital.* Leid.—1 ψ et Huyd. *ex illorum metu.*

NOTÆ

[z] *Rheginorum*] Rhegini cives erant Romani. De his superiori oratione.

[a] *Præsto*] Dicebat Romæ se ultorum esse injurias suas apud judices ope et auxilio legum.

ser, nihil interesse, utrum hæc[2] Messanæ, an apud ipsum in prætorio loqueretur. Nam, ut ante[3] vos docui, hanc sibi iste urbem delegerat, quem haberet adjutricem scelerum, furtorum receptricem,[4] flagitiorum omnium sociam. Itaque ad magistratum Mamertinum[5] statim deducitur Gavius; eoque ipso die casu Messanam venit Verres.[6] Res ad eum defertur: esse civem Romanum, qui se Syracusis in lautumiis fuisse quereretur: quem, jam ingredientem navem, et Verri nimis atrociter minitantem, a se retractum esse, et asservatum, ut ipse in eum statueret, quod videretur. 161. Agit hominibus gratias, et eorum erga se benevolentiam diligentiamque collaudat. Ipse inflammatus scelere et furore in forum venit. Ardebant oculi: toto ex ore crudelitas eminebat.[7] Expectabant omnes, quo tandem progressurus, aut quidnam acturus esset; cum repente hominem proripi,[8] atque in foro medio nudari ac deligari, et virgas expediri jubet. Clamabat ille miser, se civem esse Romanum, municipem Cosanum:[9] [b] meruisse[r] se cum L. Pretio, splendidissimo equite Romano, qui Panormi[10] negotiaretur; [*p.* 269.] ex quo hæc Verres scire posset. Tum iste se comperisse ait, eum speculandi causa in Siciliam ab ducibus fugitivorum esse missum; cujus rei neque index, neque vestigium aliquod, neque suspicio cuiquam esset ulla: deinde jubet undique hominem vehementissime verberari.[11] 162. Cædebatur virgis in medio foro Messanæ civis Romanus, judices; cum interea nullus gemitus, nulla vox alia istius[12] miseri, inter dolorem crepi-

[r] *Militasse.*

Cap. lxii. 2 Leid. *hoc.*—3 Lamb. solus *antea.*—4 Huyd. *receptatricem;* et ita Lamb. e conj. Memmii. Post *flagitiorum* ψ, Huyd. addunt *et.* Pro *sociam* Steph. habet *consciam.*—5 Huyd. *Mamertinorum.*—6 Edd. vett. cum Orell. *Verres venit.* Mox ψ *refertur.*—7 Lamb. et Schutz. *emicabat;* et sic Quintil. ix. 11. sed multi Quintiliani Mss. legunt *eminebat.* Vid. Nott. Varr.—8 Leid. *eripi.*—9 Huyd. *se civem esse et mun. Cos.*—10 Ursinus e Ms. scribi voluit, *adesse qui Panormi.*—11 In Huyd. non legitur *undique.* Dein *hom. proripi vehementissimeque verb.* Mss. plerique et edd. ante Græv. cum Oliv. Lall.—12 Ms. Lambini cum Beck. Schutz. et Orell. *illius.* Mox *int. dol.*

NOTÆ

[b] *Cosanum*] Cosanum aliquis pagus fuit Siciliæ, non alibi quam hic cognitus.

tumque plagarum audiebatur, nisi hæc, 'Civis Romanus sum.' Hac se commemoratione civitatis omnia verbera depulsurum, cruciatumque a corpore dejecturum arbitrabatur. Is non modo hoc non perfecit,[13] ut virgarum vim deprecaretur; sed, cum imploraret sæpius, usurparetque[14] nomen civitatis; crux, crux, inquam, infelici et ærumnoso, qui nunquam istam potestatem[c] viderat, comparabatur. LXIII. 163. O nomen dulce libertatis! o jus eximium[15] nostræ civitatis! o lex Porcia,[d] legesque Semproniæ![e] o graviter desiderata,[f] et aliquando reddita plebi Romanæ tribunicia potestas! Huccine tandem omnia[16] reciderunt, ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido fœderatorum, ab eo, qui beneficio populi Romani fasces et secures haberet, deligatus in foro virgis cæderetur? Quid, cum ignes ardentesque[17] laminæ, ceterique cruciatus admovebantur? Si te illius acerba[18] imploratio et vox miserabilis non inhibebat, ne civium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu et gemitu maximo commovebare? In crucem tu agere ausus es quenquam, qui se civem Romanum esse diceret? Nolui tam vehementer agere hoc prima actione, judices: nolui. Vidistis enim, ut animi multitudinis in istum dolore, et odio, et communis periculi metu, concitarentur. Statui egomet[19] mihi tum modum orationi meæ, et C. Numitorio, equiti Romano, prima-

strepitumque plag. Mss. quidam Gellii.—13 Huyd. *profecit.*—14 ψ et Huyd. *usurparet,* sine copula. Tum iidem Mss. *crux* semel tantum habent.

CAP. LXIII. 15 ψ et Huyd. *eximiumque.*—16 Aul. Gellius *hæc omnia;* ita etiam Schutz.—17 Nonnullæ edd. vett. cum Orell. *candentesque.*—18 Schutz. ex Aul. Gellio recepit *acerba illius.* Mox pro *inhibebat* Lamb. ex eodem auctore dedit *leniebat.*—19 '*Statui egomet, &c.*] Putabat Lamb. ad integritatem loci aliquid deesse, atque adeo post verba *orationi meæ* addi voluit *faciendum.* At *mihi* ex usu familiaris sermonis redundare, jam Gulielm. observa-

NOTÆ

[c] *Potestatem*] Potestas affigendi in in cruce cives Romanos ignota erat, et insolita.

[d] *O lex Porcia*] De qua paulo superius.

[e] *Leges Sempronia*] Leges illæ vetant judicari de capite civis Rom. sine jussu populi Rom.

[f] *Desiderata*] Sylla, post victoriam, tribunitiam potestatem sustulerat, quæ deinde a Pompeio, anno hoc eodem, restituta fuit.

rio homini,[20] testi meo: et Glabrionem, id quod sapientissime fecit, facere lætatus sum, ut repente, consilio in medio,[g] testem dimitteret. Etenim verebatur, ne populus Romanus ab isto eas pœnas vi[1] repetisse videretur, quas veritus esset, ne iste legibus et vestro judicio non esset persoluturus. 164. Nunc, quoniam jam exploratum est omnibus, quo loco causa tua sit, et, quid de te[2] futurum sit; sic tecum agam. Gavium istum, quem repentinum speculatorem fuisse dicis, ostendam, in lautumias Syracusis a te esse conjectum: neque id solum ex literis ostendam Syracusanorum; ne possis dicere, me, quia sit aliquis in litéris Gavius, hoc fingere et eligere nomen, ut hunc illum esse possim dicere; sed secundum arbitrium tuum testes dabo, qui istum ipsum[3] Syracusis abs te in lautumias conjectum esse[4] dicant. Producam etiam Cosanos, municipes illius ac necessarios, qui te nunc sero[h] doceant, judices non sero,[i] illum P. Gavium, quem tu in crucem egisti, civem Romanum, et municipem Cosanum, non speculatorem fugitivorum fuisse. LXIV. 165. Cum hæc omnia, quæ polliceor, cumulate[5] tuis proximis[s] plana fecero; tum istuc ipsum tenebo, quod abs te mihi datur. Eo contentum[6] me esse dicam. Quid enim nuper tu ipse, cum populi Romani clamore atque impetu perturbatus exsiluisti, quid, inquam, locutus es? Illum, quod moram supplicio quæ-

[s] *Tuis defensoribus.*

vit.' *Beck.*—20 Pall. et Ms. Lamb. cum Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Beck. et Orell. *primo hom.*—1 *Vi* non est in Huyd.—2 Huyd. *qui de te.* Gulielm. maluit *de* deleri.—3 Huyd. *qui per istum ipsum.*—4 Idem Ms. caret *esse.*

CAP. LXIV. 5 'Huyd. *cumulare.* Verba, quæ sequuntur, corrupta esse Lambinus et Lipsius Var. Lect. XI. 19. censuerunt. Et Lamb. quidem legi voluit *cum. testibus productis pl. fec.* vel simpliciter *cum. testibus pl. fec.* ad marginem enim ascriptum fuisse *ejus proximis.* Lipsius, *diebus proximis pl.*

NOTÆ

g *Consilio in medio*] Judicum consilium intelligit, qui de Verre judicabant.

h *Nunc sero*] Cum revocari Gavius in vitam non possit, frustra edoceretur Verres civem, non speculatorem fuisse.

i *Judices non sero*] Quia facinus illud ante finem judicii cognoverunt judices, non cognoverunt serius, ut plectatur Verres.

reret, ideo clamitasse, se esse civem Romanum: sed speculatorem fuisse. Jam mei testes veri sunt. Quid enim dicit aliud C. Numitorius?[7] quid M. et P. Cottii, nobilissimi homines, ex agro Taurominitano? quid Q. Luceius,[8] qui argentariam Rhegii maximam fecit?[9] quid ceteri? Adhuc enim testes ex eo genere a me sunt dati, non qui novisse[10] Gavium, sed qui se vidisse dicerent, cum is, qui se civem Romanum esse clamaret, in crucem ageretur. [*p.* 270.] Hoc tu, Verres, idem dicis: hoc tu confiteris illum clamitasse,[11] se civem esse Romanum: apud te nomen civitatis ne tantum quidem valuisse, ut dubitationem aliquam; ut crudelissimi[12] teterrimique supplicii aliquam parvam moram saltem[13] posset afferre. 166. Hoc teneo, hic hæreo, judices, hoc sum contentus uno: omitto ac negligo cetera: sua confessione induatur[t] ac juguletur necesse est. Qui esset, ignorabas? speculatorem esse suspicabare?[14] non quæro, qua suspicione: tua te accuso oratione. Civem Romanum se[15] esse dicebat. Si tu[16] apud Persas aut in extrema India[17] deprehensus, Verres, ad supplicium ducerere; quid aliud clamitares, nisi te civem esse Romanum? et, si tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud[18] homines in extremis atque ultimis gentibus positos, nobile et illustre apud omnes nomen tuæ civitatis profuisset; ille, quisquis erat, quem tu in crucem rapiebas, qui tibi esset ignotus, cum civem se Romanum esse diceret; apud te prætorem, si non effugium, ne moram quidem mortis, mentione atque usurpatione civitatis, assequi potuit? LXV. 167. Homines tenues, obscuro loco nati, na-

[t] *Capiatur.*

fec.' Beck.—6 Huyd. *Eo contemtu.*—7 Idem Ms. *alius C. Munitorius.* Mox Huyd. *Cocii:* Ven. 1483. Junt. Lamb. *Cotii.*—8 Græv. Oliv. Lall. et Schutz. *Lucceius.*—9 Ern. mavult *facit.* Tum in ψ *quid enim ceteri.*—10 Lamb. *qui se novisse,* omisso *se* ante *vidisse.*—11 Huyd. *clamasse.*—12 *Ut dubitationem aliquam crucis, ut crud.* edd. vett. pleræque: *ut dilationem aliquam crucis, ut crud.* Ven. 1483. Steph. Lamb. Vulg. ut Ern.—13 Huyd. *salutem.*—14 ' Malnerim post *ignorabas* et *suspicabare* non interrogandi notas, sed cola, poni.' *Beck.*—15 Edd. nonnullæ omittunt *se,* errore typographico. Schutz. e conj. Herelii recepit *Civem se Rom. esse.*—16 *Tu* non est in Huyd.—17 ψ *extremam Indiam.*—18 Hotom. conj. *apud* ante *homines* delend.

vigant; adeunt[19] ad ea loca, quæ nunquam antea viderunt; ubi[20] neque noti esse iis, quo venerunt, neque semper cum cognitoribus[k] esse possunt. Hac una tamen fiducia[1] civitatis non modo apud nostros magistratus, qui et legum et existimationis periculo continentur; neque apud cives[2] solum Romanos, qui et sermonis, et juris, et multarum rerum societate juncti sunt, fore se tutos arbitrantur; sed, quocumque venerint, hanc sibi rem præsidio sperant futuram.[3] 168. Tolle hanc spem, tolle hoc præsidium civibus Romanis: constitue nihil esse opis in hac voce, 'Civis Romanus sum:' posse impune prætorem, aut alium quemlibet, supplicium, quod velit, in eum constituere, qui se civem Romanum esse dicat, quod quis ignoret:[4] jam omnes provincias, jam omnia regna, jam omnes liberas civitates, jam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maxime patuit, civibus Romanis ista defensione præcluseris. Quid, si L. Pretium,[5] equitem Romanum, qui tum in Sicilia negotiabatur, nominabat?[6] etiamne id magnum fuit, Panormum literas mittere? asservasse[7] hominem? custodiis Mamertinorum tuorum vinctum, clausum habuisse, dum Panormo Pretius veniret? cognosceret hominem:[1] aliquid de summo supplicio remitteres: si[8] ignoraret, tum si ita tibi videretur, hoc juris in omnes constitueres, ut, qui neque tibi notus esset, neque cognitorem locupletem daret, quamvis civis Romanus esset, in crucem tolleretur.

Cap. lxv. 19 Lamb. e Gell. i. 7. edidit *adeuntque*.—20 Gell. l. l. *antea adierant*, omisso *ubi*.—1 Huyd. *Hac una cum fid.*—2 ψ *civem*.—3 Lamb. Græv. Oliv. Beck. Schutz. et Orell. *futurum*; et sic Gell. i. 7. In ψ, Huyd. et edd. nonnullis *sperant esse futuram*.—4 Huyd. *ignorat*. Lamb. *dicat: quod quis ignoret?*—5 ψ *L. Recium*: Huyd. *P. Tetium*.—6 *Qui tum in Sic. nominabatur* ψ et edd. pr. *qui tum in Sic., nominabat* Pall. Naug. Crat. Hervag. Grut. Græv. Oliv. Lall. Ceteri, ut Ern.—7 ψ et Huyd. *asservasses*, et mox *habuisses*. Lamb. legi voluit *vinctum clausumque habuisse, dum Pretius veniret? Si cognosc.* Schutz. quoque edidit *Si cogn.*—8 *Si* ante *ignoraret* Orellius uncis includit, de sententia Manutii, Matthiæ, et Beieri.

NOTÆ

[k] *Cum cognitoribus*] Cognitor hic dicitur, qui præsenti judicio adest, eumque esse testatur, quem se esse dicit.

[1] *Cognosceret hominem*] Id est, de statu ejus testaretur.

LXVI. 169. Sed quid ego plura de Gavio? quasi tu Gavio tum fueris infestus, ac non nomini,[9] generi, juri civium hostis. Non illi, inquam, homini, sed causæ communi[10] libertatis inimicus fuisti. Quid enim attinuit, cum Mamertini, more[11] atque instituto suo, crucem fixissent post urbem, in via Pompeia; te jubere[12] in ea parte figere, quæ ad fretum[u] spectaret; et hoc addere, quod negare nullo modo potes, quod omnibus audientibus dixisti palam, te idcirco illum locum deligere, ut ille, qui se civem[13] Romanum esse diceret, ex cruce Italiam cernere, ac domum suam prospicere posset? Itaque illa crux sola, judices, post conditam Messanam illo loco[14] fixa est. Italiæ conspectus ad eam rem ab isto delectus est, ut ille in dolore cruciatuque[15] moriens, perangusto fretu divisa servitutis ac libertatis jura cognosceret; Italia autem alumnum suum, servitutis extremo summoque supplicio affixum[16] videret. 170. Facinus est,[m] vinciri civem Romanum; scelus, verberari; prope parricidium, necari: [*p.* 271.] quid dicam in crucem tolli?[17] verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest. Non fuit his omnibus iste contentus. Spectet, inquit, patriam: in conspectu legum libertatisque moriatur. Non tu hoc loco Gavium, non unum hominem, nescio quem, civem Romanum, sed communem libertatis et civitatis causam in illum cruciatum et crucem egisti. Jam vero videte hominis audaciam. Nonne eum graviter tulisse arbitramini, quod illam civibus Romanis[18] crucem non posset in foro,[n] non in co-

[u] *Mare.*

Cap. LXVI. 9 Pro *nomini* Huyd. exhibet *novum.*—10 Verba *sed causæ communi* in Huyd. desunt.—11 ψ et Huyd. *nomine.*—12 Huyd. *videre.*—13 ψ et Huyd. *ut ille, quoniam se civ.*—14 Edd. ante Grut. cum Orell. *illo in loco.*—15 Huyd. *in dol., in cruciatuque.*—16 Pro *affixum* nonnullæ edd. vett. habent *affectum.* In ψ, Huyd. et Pall. *ea fixum.*—17 *Tollere* Crat. Hervag. Cam. Grut. Græv. Oliv. Lall. *Vincire . . . verberare . . . necare . . . tollere* Quintil. VIII. 4. 4. et sic Steph. Lamb.—18 Post *civibus Romanis* Harles. cen-

NOTÆ

[m] *Facinus est*] Amplificatio per incrementum.

[n] *In foro*] In foro comitium et rostra erant. Ad comitium conveniebant equites et senatores; in rostris conciones habebantur ad populum.

mitio, non in rostris defigere? quod enim his locis in provincia[19] sua, celebritate simillimum, regione proximum potuit, elegit. Monumentum sceleris audaciæque suæ voluit esse in conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ, prætervectione[x] omnium, qui ultro citroque navigarent. LXVII. 171. Si hæc non[20] ad cives Romanos,[o] non ad aliquos amicos nostræ civitatis, non ad eos, qui populi Romani nomen audissent; denique, si non ad homines, verum ad bestias; aut etiam, ut longius progrediar, si in aliqua desertissima solitudine, ad saxa et ad scopulos hæc conqueri[1] et deplorare vellem; tamen omnia muta atque inanima[2] tanta et tam indigna rerum atrocitate[3] commoverentur. Nunc vero cum loquar[4] apud senatores populi Romani, legum, judiciorumque, et juris auctores,[y] [5] timere non debeo, ne non unus iste civis Romanus illa cruce dignus, ceteri omnes simili periculo indignissimi judicentur. 172. Paulo ante, judices, lacrymas in morte misera atque indignissima[6] navarchorum non tenebamus; et recte ac merito sociorum innocentium miseria commovebamur: quid nunc in nostro sanguine tandem[7] facere debemus? nam civium Romanorum[8] sanguis conjunctus existimandus est; quoniam id et salutis omnium ratio, et veritas postulat.[9] Omnes hoc loco cives Romani, et qui adsunt,[10] et qui ubicumque sunt, vestram severitatem desiderant, vestram fidem implorant, vestrum

[x] *Transitu.* [y] *Præsides.*

suit deesse *indignam*, aut postea scribendum fuisse *in rostris ostendere.*— 19 Lamb. e conj. *Quem enim locum in prov.*

CAP. LXVII. 20 Huyd. *non* omittit.—1 Ven. 1483. *ad scop. et conq.*—2 ψ *animalia:* Ven. 1483. Junt. Steph. *inanimata.*—3 Mss. quidam, teste Lamb., *atrocitate.*—4 Huyd. *loquor.*—5 Idem Ms. *judiciorum, et jure auctores.* F. C. Wolffius conj. *non* ante *unus* delend.—6 Leid. et Steph. *indigna.*—7 *Tandem* in Huyd. deest. Dein Leid. *debeamus.*—8 Post *Romanorum* Reg. Steph. edd. Manut. 1565. et Wechel. addunt *omnium*, prob. Græv.—9 ψ, Huyd. Pall. et edd. ante Lamb. cum Grut. *veritas omnium post.* Manut. conj. *veritas omnino post.* Lamb. reposuit *securitas post.* Gruterus *omnium* mutari volebat in *hominum.* Vid. Nott. Varr.—10 ψ et Huyd. *absunt.* Tum *et qui ubique sunt* ψ et Ms. Lamb. cum Ven. 1483. Junt. Lamb. et Orell. Verba *et qui ubicum-*

NOTÆ

[o] *Si hæc non ad cives Rom.*] Vehementi contentione movet animos judicum, utiturque hyperbolica amplificatione.

auxilium requirunt: omnia sua jura, commoda, auxilia,[11] totam denique libertatem in vestris sententiis versari[12] arbitrantur. 173. A me, tametsi satis habent, tamen, si res aliter acciderit,[13] [p] plus habebunt fortasse, quam postulant; nam etsi[14] qua vis[q] istum de vestra severitate eripuerit, id quod neque metuo, judices, neque ullo modo fieri posse video: sed si in hoc me ratio fefellerit, Siculi causam suam perisse querentur, et mecum pariter moleste ferent: populus quidem Romanus brevi,[r] quoniam mihi potestatem apud se agendi dedit, jus suum, me agente, suis suffragiis ante Kal. Februarias recuperabit. Ac, si de mea gloria et amplitudine[15] quæritis, judices; non est alienum meis rationibus, istum, mihi ex hoc judicio ereptum, ad illud populi Romani judicium reservari. Splendida est illa causa; probabilis mihi,[16] et facilis; populo grata atque jucunda. Denique, si videor hic,[17] id quod ego non quæsivi, de uno isto voluisse crescere;[s] isto absoluto, quod sine multorum scelere fieri non potest, de multis[t] mihi crescere licebit.

LXVIII. Sed, mehercules, vestra reique publicæ causa, judices, nolo in hoc delecto[18] consilio tantum flagitium esse commissum: nolo eos judices, quos ego probarim atque delegerim, sic in hac urbe notatos,[19] [u] isto absoluto,

que sunt in Huyd. desunt.—11 Schutz. e conj. delevit *auxilia*, quod Orell. uncis includit.—12 Lambinus conj. *verti*.—13 Gulielm. maluit *ceciderit*.—14 Reg. et Lamb. *Nam si*. Pro *qua vis* Leid. exhibet *contra jus*. Tum loco *de vestra severitate* Lamb. maluit *vestræ severitati*.—15 Steph. *glor. atque ampl.*—16 Huyd. caret *mihi*.—17 Huyd. *si videt hic*. In Leid. et Huyd. *id* omittitur.

CAP. LXVIII. 18 Vict. et Cam. *nolo hoc in hoc del.* Mox *flagitii* Steph.—

NOTÆ

[p] *Si res aliter acciderit*] Id est, si Verres absolutus fuerit per vos.

[q] *Nam etsi qua vis*] Insinuat se iterum Verrem accusaturum, si evaserit ex hoc judicio.

[r] *Brevi*] Promittit primo mense suæ ædilitatis accusaturum Verrem apud populum, quia tum potestatem agendi apud eum in rostris habebit.

[s] *Voluisse crescere*] 'Crescere' est magnum fieri, ex accusatione alicujus.

[t] *De multis*] Indicat Cicero, quod si ex accusationibus vellet crescere, posset multos Verris fautores accusare.

[u] *In hac urbe notatos*] Infamia scilicet.

ambulare, ut non cera,[x] sed cœno[y] obliti esse videantur. 174. Quamobrem te quoque, Hortensi, si qui[20] monendi locus est, ex hoc loco moneo: videas etiam atque etiam et consideres, quid agas,[1] quo progrediare; quem hominem et qua ratione defendas. Neque de illo quicquam tibi præfinio,[2] quo minus ingenio mecum, atque omni dicendi facultate contendas. Cetera, si qua putas te occultius[3] extra judicium,[4] quæ ad judicium pertineant, facere posse; [*p.* 272.] si quid artificio,[z] consilio, potentia,[a] gratia, copiis[b] istius moliri cogitas; magnopere censeo desistas; et illa, quæ tentata[5] jam et cœpta ab isto sunt,[6] a me autem pervestigata et cognita, moneo ut exstinguas,[7] et longius progredi ne sinas.[8] Magno tuo periculo peccabitur in hoc judicio; majore, quam putas. 175. Quod enim te liberatum[9] jam existimationis metu, defunctum honoribus, designatum consulem cogites;[10] mihi crede, ornamenta ista et beneficia populi Romani non minore negotio retinentur, quam comparantur. Tulit[11] hæc civitas, quoad potuit, quoad necesse fuit, regiam istam[c] vestram dominationem[12] in judiciis et in omni republica; tulit. Sed quo die[d] po-

19 ψ *necatos.*—20 ψ, Huyd. et edd. vett. *Hortensi, quia.* Dein ψ *movendi.*—1 Verba *etiam atque etiam et consid. quid agas* in Leid. desunt. In Huyd. tantum particula *et* ante *consid.* omittitur. Ante *quo progrediare* Reg. addit *pro.* Porro in ψ et Huyd. *hom. ex qua rat.*—2 Leid. *præsumo.*—3 Huyd. *contendis. Contra si qua potes te occultius.*—4 *Judicium* post *extra* non est in Leid. et duobus Mss. Lambini. Mox Mss. plerique et edd. ante Lamb. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. *pertinent.* Guelf. et Ms. Lamb. cum Lamb. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *pertineant.*—5 Leid. *magno opere concenseo*: et Ms. Cujac. *desistas ista sed et illa quæ tent.*—6 Leid. omittit *sunt.*—7 Lamb. conj. *restinguas.*—8 Huyd. *sanas.*—9 ψ et Huyd. *te deliberatum.*—10 Lamb. et Orell. *cogitas.*—11 Pro *Tulit* in Huyd. legitur *Tunc.* Mox post *fuit* ψ plene interpungit.—

NOTÆ

[x] *Non cera*] Alludit ad eorum tabulas cera illitas, qui pretio reos absolverant: de quibus in Divinatione § 24. not.

[y] *Sed cœno*] De infamia loquitur, qua se inquinabunt judices, si male judicent, quæ turpior ipsis erit, quam qui ceris illitis corrupti sunt.

[z] *Artificio*] Artificium subindicat, quo scilicet in obtinenda reorum hominum absolutione uti solebat Hortensius.

[a] *Potentia*] De potentia Hortensii loquitur, quia consul erat designatus.

[b] *Copiis*] Copias ingentes Verres confecerat ex pecunia Siciliensi.

[c] *Regiam istam*] Alludit ad id, quod Hortensius rex fori dicebatur.

[d] *Sed quo die*] Diem designat quo Cn. Pompeius sublatos a Sylla tribu-

pulo Romano tribuni plebis restituti sunt, omnia ista vobis (si forte nondum intelligitis) ademta atque erepta sunt. Omnium nunc oculi conjecti sunt hoc ipso tempore in unumquemque nostrum,[13] [e] qua fide ego accusem, qua religione hi judicent, qua tu ratione[14] defendas. 176. De omnibus nobis, si quis tantulum de recta regione deflexerit, non illa tacita existimatio,[15] quam antea contemnere solebatis, sed vehemens ac liberum populi Romani judicium consequetur. Nulla tibi, Quinte, cum isto cognatio est, nulla necessitudo: [z] quibus excusationibus[16] antea nimium in aliquo judicio studium tuum defendere solebas, earum habere in hoc homine nullam potes. Quæ iste in provincia palam dictitabat, cum ea, quæ faciebat, tua se fiducia facere dicebat, ea ne vera putentur, tibi maxime est providendum. LXIX. 177. Ego mei jam rationem officii confido esse omnibus iniquissimis [a] [17] meis persolutam: nam istum paucis horis primæ actionis,[f] omnium mortalium sententiis, condemnavi. Reliquum judicium non jam de mea fide, quæ perspecta[18] est, neque istius vita, quæ damnata est; sed de judicibus, et, vere ut dicam, de te futurum est. At quo tempore futurum est? (nam id maxime providendum est: etenim cum omnibus in rebus, tum in republica permagni momenti est ratio atque inclinatio [b] temporum:) nempe eo, cum populus Romanus aliud genus hominum, atque alium ordinem [g] ad res judicandas requi-

[z] *Affinitas.* [a] *Obtrectatoribus.* [b] *Mutatio.*

12 Huyd. *istam nostram dom.* Dein Leid. *prætulit.*—13 Huyd. *vestrum.*—14 Augustin. legi maluit *religione* vel *ratione.* In ed. Wechel. *religione.*—15 Leid. *non illa tantum exist.*—16 ψ et Huyd. *quibus accusationibus.*

CAP. LXIX. 17 Lamb. conj. *inimicissimis.*—18 Huyd. *perfecta.* Tum *neque de istius vita* edd. ante Lamb. cum Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—

NOTÆ

nos plebis restituit.

[e] *Unumquemque nostrum*] Eos intelligit, qui in hoc judicio sunt.

[f] *Primæ actionis*] Primam suam in Verrem actionem indicat. Ea enim habita, quasi suæ calamitatis conscius Verres abiit in exilium.

[g] *Alium ordinem*] Equestrem.

ret:[19] nempe ea lege[h] de judiciis judicibusque novis[20] promulgata, quam non is promulgavit, cujus nomine[1] proscriptam[2] videtis, sed hic reus. Hic, inquam, sua spe atque opinione, quam de vobis habet,[i] legem illam scribendam promulgandamque curavit. 178. Itaque cum primo agere cœpimus,[3] lex non erat promulgata; cum iste, vestra severitate permotus, multa signa dederat, quamobrem responsurus[c] [4] non videretur, mentio de lege nulla fiebat. Posteaquam iste recreari et confirmari visus est; lex statim promulgata est: cui legi cum vestra dignitas[k] vehementer adversetur,[5] istius spes falsa et insignis impudentia maxime suffragatur. Hic si quid erit commissum a quoquam vestrum, quod reprehendatur; aut populus Romanus judicabit de eo ordine,[6] quem jam antea[7] judiciis indignum putavit; aut ii, qui, propter offensionem[l] judiciorum, de veteribus judicibus[8] lege nova novi judices erunt[9] constituti. LXX. 179. Mihi porro, ut ego non dicam, quis omnium mortalium non intelligit,[10] quam longe progredi[m] sit necesse? Potero silere, Hortensi? potero dissimulare, cum tantum respublica[11] vulnus acceperit, ut expilatæ provinciæ,[n] [12] vexati socii, Dii immortales spoliati, cives Romani

[c] *Compariturus in judicio.*

19 Vulg. *requirit;* et sic Orell. *requiret* e conj. dedit Ern. quem Harles. Beck. et Schutz. sequuntur.—20 *De* ante *judiciis* omittunt ψ et Huyd. Tum iidem Mss. habent *judicibusque nobis;* et sic edd. vett.—1 Leid. et Reg. *quo nomine.*—2 Quidam ap. Lamb. legi malunt *perscriptam.*—3 Huyd. *cepimus.*—4 ψ et Huyd. *quamobrem quibus resp.*—5 ψ, Huyd. et edd. vett. cum Grut. *adversaretur.*—6 *De eo nomine* Leid. *de eodem homine* Mss. Lambini; unde ipse recepit *de eodem ordine.* Lamb. Manut. Harles. *de eo ordine.* Vulg. *de eo homine;* et sic Beck. Schutz. et Orell.—7 *Jam* omittit Huyd. sed post *antea* ψ et Huyd. addunt *de.*—8 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *judiciis.*—9 *Erunt* non est in Huyd.

CAP. LXX. 10 Huyd. *intelligat.*—11 ψ *reipublicæ.*—12 Leid. et Ms.

NOTÆ

[h] *Ea lege*] Aurelius Cotta prætor legem tulit, ut judicia exercerentur a senatoribus, equitibus, et tribunis ærariis.

[i] *Quam de vobis habet*] Sperabat Verres posse se judicium effugere, judices pecunia corrumpendo.

[k] *Vestra dignitas*] Senatoria.

[l] *Propter offensionem*] Judicia male administrata per offensionem intelligit.

[m] *Longe progredi*] Testatur Cicero se provocaturum ad populum, si a judicibus Verres absolvatur.

[n] *Expilatæ provinciæ*] Enumerat Verris crimina, et suam interrogatio-

cruciati et necati impune, me actore,[d] [13] esse videantur? potero hoc ego [14] onus[o] tantum aut in hoc judicio deponere, aut diutius [15] tacitus sustinere? non agitanda res erit? non in medium proferenda? non populi Romani fides imploranda? [*p.* 273.] non omnes, qui tanto se scelere obstrinxerint, ut aut fidem suam corrumpi paterentur, aut judicium corrumperent, in discrimen ac judicium vocandi? 180. Quæret aliquis[p] fortasse: Tantumne igitur laborem, tantas inimicitias tot hominum suscepturus es? Non studio quidem [16] hercule ullo, neque voluntate; sed non idem mihi licet,[q] quod iis, qui nobili genere nati sunt; quibus omnia populi Romani beneficia[e] dormientibus deferuntur. Longe alia mihi lege in hac civitate et conditione vivendum est. Venit enim mihi in mentem M. Catonis,[r] hominis sapientissimi et vigilantissimi; [17] qui cum se virtute, non genere,[s] populo Romano commendari putaret, cum ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni et propagari vellet, hominum potentissimorum[t] suscepit inimicitias, et maximis in laboribus[u] usque ad summam senectutem, summa cum gloria

[d] *Accusatore.* [e] *Omnes magistratus.*

Lamb. *expilata provincia.*—13 ψ et Huyd. *auctore.*—14 Crat. et Lamb. omittunt *ego.*—15 *Diutius* non est in Leid.—15 ψ *impl. est?* et Leid. *non homines qui.* Dein *astrinxerint* Huyd.—16 Leid. caret *quidem.*—17 Verba *et vigilantissimi* non agnoscunt Mss. nonnulli et edd. ante Græv. ac Oliv. et Lall. Auctoritate Reg. Guelf. Ursini Ms. et Lambini Ms. ea inseruerunt Græv. Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. Tum in Huyd. legitur *qui cum servitute,*

NOTÆ

nibus et repetitionibus orationem amplificat.

[o] *Ego onus*] Loquitur de onere, quod accusatores suscipiunt, cum cives vocant in judicium.

[p] *Quæret aliquis*] Occurrit objectioni, et ostendit se, cum novus sit homo, necessario quod dixerit, facturum esse, vel ipsa nobilium offensione qui Verri favebant.

[q] *Mihi licet*] Ait sibi non desidiose vivendum esse, cum tantum suis laboribus possit ad magistratus contendere.

[r] *M. Catonis*] M. Cato fuit censor, et Sapiens appellatus.

[s] *Non genere*] Cato novus erat homo, Tusculi natus.

[t] *Hominum potentissimorum*] Cato multos accusavit, et sextum et octogesimum annum agens causam dixit pro se, et anno nonagesimo Sergium Galbam ad populi judicium adduxit. De quo vide Livium lib. XXXIV.

[u] *Maximis in laboribus*] Quia sæpius accusabat, et sæpius accusabatur, vixit in maximis laboribus.

vixit. 181. Postea Q. Pompeius,[18] [x] humili atque obscuro loco natus,[y] nonne plurimis inimicitiis, maximisque suis periculis[19] ac laboribus amplissimos honores est adeptus? Modo L. Fimbriam,[20] [z] C. Marium, C. Cœlium[1] vidimus, non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendere, ut ad istos honores pervenirent, ad quos vos per ludum et per negligentiam pervenistis.[2] Hæc eadem est nostræ rationis[3] regio et via: horum nos hominum sectam[4] atque instituta persequimur. LXXI. Videmus, quanta sit in invidia, quantoque in odio[5] apud quosdam homines nobiles novorum hominum[a] virtus et industria: si tantulum oculos dejecerimus, præsto esse insidias: si ullum locum aperuerimus suspicioni aut crimini, accipiendum esse statim vulnus: esse[6] nobis semper vigilandum,[7] [b] semper laborandum videmus. 182. Inimicitiæ sunt? subeantur: labores? suscipiantur.[8] Etenim tacitæ magis, et occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quam indictæ[f] et apertæ. Hominum nobilium non fere quisquam nostræ industriæ[9] favet: nullis nostris officiis[10] benevolentiam illorum allicere possumus; quasi natura et genere disjuncti sint,[11] ita dissident a nobis animo ac voluntate. Quare quid habent

[f] *Denuntiatæ.*

non genere.—18 *Posteaque Pompeius* Mss. nonnulli et edd. vett. cum Grut. et Oliv. *Postea Q. Pompeius* Reg. quatuor Mss. Pariss. et Ms. Ursini, cum Ald. Wechel. Græv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell.—19 Lamb. *maximis suis peric.* Pro *laboribus* Mss. plerique et edd. ante Lamb. cum Grut. et Oliv. habent *doloribus.*—20 Steph. Manut. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *C. Fimbriam.* Vid. Ind. Histor.—1 Huyd. *Cecilium.*—2 Ern. legi maluit *pervenitis.*—3 *Nationis* Huyd. Manut. 1565. et Wechel. Tum quidam ap. Ursinum legi jussit *regia via.*—4 *Secta* Huyd. *septam* ψ.

CAP. LXXI. 5 Leid. *quam sit invidia, quam toto eum odio.*—6 Steph. omittit *esse.*—7 Huyd. *jugulandum,* et mox *vidimus.*—8 Steph. *labor? suscipiatur.*—9 In Leid. deest *industriæ.*—10 Pro *officiis* Leid. exhibet *beneficiis.*—

NOTÆ

[x] *Pompeius*] Pompeius Strabo, Magni Pompeii pater, floruit Italico bello, ante Syllam et Marium.

[y] *Obscuro loco natus*] Is primus sine ulla majorum commendatione consulatum in suam familiam intulit.

[z] *Fimbriam*] Fimbria collega fuit Marii in consulatu.

[a] *Novorum hominum*] Novi homines dicebantur, quorum in familia nullus fuerat magistratus.

[b] *Vigilandum*] Novis hominibus semper est vigilandum, quia magnatum insidiis et invidiæ expositi sunt.

eorum inimicitiæ periculi, quorum animos jam ante habueris inimicos et invidos, quam ullas inimicitias susceperis? 183. Quamobrem mihi, judices, optatum illud est,[12] in hoc reo finem accusandi facere, cum et populo Romano satisfactum, et receptum[g] officium Siculis, necessariis meis, erit persolutum. Deliberatum autem est, si res opinionem meam, quam de vobis habeo, fefellerit, non modo eos persequi, ad quos[c] maxime culpa[13] corrumpendi judicii, sed etiam illos, ad quos conscientiæ contagio pertinebit. Proinde si qui sunt, qui in hoc reo aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendum judicium velint esse, ita sint parati, ut disceptante[14] populo Romano, mecum sibi rem videant futuram: et, si me in hoc reo, quem mihi inimicum Siculi[15] dederunt, satis vehementem, satis perseverantem, satis vigilantem esse cognorunt; existiment, in his hominibus,[16] quorum ego inimicitias, populi Romani salutis causa, suscepero, multo graviorem atque acriorem futurum.

LXXII. 184. Nunc te, Jupiter[17][d] Optime Maxime, cujus iste donum regale,[e] dignum tuo pulcherrimo templo, dignum Capitolio atque ista arce omnium nationum, dignum regio munere, tibi factum ab regibus,[18] tibi dicatum

[g] *Promissum.*

11 Huyd. *disj. sunt.*—12 *Optatum est illud* Cujac. *optandum est illud* Mss. plerique et edd. ante Ern. qui auctoritate Ms. Guelf. edidit *optatum illud est;* et sic Harles. Beck. Schutz. et Orell.—13 ψ et Huyd. *maxima culpa.* Dein *corrupti judicii* Reg. Guelf. et Mss. Lambini ac edd. Lamb. Manut. Græv. Oliv. Lall.—14 In Reg. *disceptandi:* unde Græv. statuit Ciceronem scripsisse, *ut disceptandi apud,* sive *ante, populum Romanum.*—15 *Siculi* non est in Leid.—16 Lamb. et Orell. *in iis hom.*

CAP. LXXII. 17 Huyd. *O Jupiter.*—18 Herel. censet verba *dignum regio munere, tibi factum a regibus* deberi librario s. lectori, qui ex IV. 27. hæc additamenta margini, memoriæ causa, ascripserit, unde in textum deinde vene-

NOTÆ

[c] *Ad quos*] Hortensium subindicat, qui Verri favebat, et qui aliquando corrupisse judicia dictus est.

[d] *Nunc te, Jupiter*] Peroratio totius accusationis, in qua Deos omnes invocat, quos violavit Verres, testes et ultores criminum, ut illi dignum factis exitium; sibi autem fidei suæ et diligentiæ in accusando, justam apud pop. Rom. approbationem tribuant.

[e] *Donum regale*] De dono Antiochi regis loquitur: de quo supra.

atque promissum, per nefarium scĕlus de regiis manibus[13] extorsit; cujusque sanctissimum et pulcherrimum simulacrum[14][f] Syracusis sustulit: teque, Juno regina, cujus duo fana duabus in insulis posita sociorum, Melitæ et Sami, sanctissima et antiquissima, simili scelere idem iste omnibus donis[15] ornamentisque nudavit: [*p.* 274.] teque, Minerva, quam item[16] iste duobus in clarissimis et religiosissimis templis expilavit; Athenis, cum auri grande pondus; Syracusis, cum omnia, præter tectum et parietes, abstulit:[17] 185. teque, Latona, et Apollo, et Diana, quorum iste Deli non fanum, sed ut hominum opinio et religio fert, sedem antiquam, divinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilavit: etiam te, Apollo, quem iste Chio sustulit: teque etiam atque etiam, Diana, quam Pergæ[18] spoliavit; cujus simulacrum sanctissimum Segestæ, bis apud Segestanos consecratum, semel ipsorum religione, iterum[19] P. Africani victoria, tollendum asportandumque[20] curavit: teque, Mercuri, quem Verres in villa,[1] et in privata aliqua palæstra[g] posuit, P. Africanus in urbe sociorum, et in gymnasio[2] Tyndaritanorum, juventutis illorum custodem ac præsidem[3] voluit esse: 186. teque, Hercules, quem iste Agrigenti, nocte intempesta, servorum instructa et comparata manu,[h] convellere ex[4] suis sedibus, atque auferre conatus est: teque, sanctissima mater Idæa, quam apud Enguinos,[5] augustissimo et religiosissimo in templo, sic spoliatam reliquit, ut nunc nomen modo[6] Africani, et

[h] *Turba.*

rint.—13 *De magnis regibus* Leid. *de manibus regiis* Lamb. e Ms.—14 Leid. *signum.*—15 ψ et Huyd. *bonis.*—16 ψ et Huyd. omittunt *item*, pro quo Harles. mavult *idem.*—17 ψ et Huyd. *sustulit.*—18 ψ et Huyd. *Pergamæ.*—19 In ψ et Huyd. *item.*—20 Huyd. *toll. atque asportandum.*—1 Pro *villa* Reg. Leid. Steph. exhibent *domo.* Loco *privata* Leid. habet *domo.* In eodem Ms. deest *posuit.*—2 Huyd. *et gymnasio:* Leid. *et in gymnasiis.*—3 Lamb. *cust. et præs.*—4 Steph. omittit *ex.*—5 Huyd. *Egumos.*—6 Idem Ms. *ut nunc nomen non*

NOTÆ

[f] *Pulcherrimum simulacrum*] Simulacrum Jovis Imperatoris, qui Urion a Græcis vocatus est, Syracusis Verres sustulit; de quo jam, sicut et de aliis omnibus, tum Diis, tum populis et urbibus quorum enumerationem facit, in hac oratione et superioribus dixit.

[g] *Privata aliqua palæstra*] Erant palæstræ in privatis ædibus.

vestigia violatæ religionis maneant; monumenta victoriæ, fanique ornamenta non exstent: vosque, omnium rerum forensium, consiliorum maximorum, legum, judiciorumque arbitri et testes, celeberrimo in loco[h] populi Rom. locati,[7] Castor et Pollux, quorum e templo quæstum sibi iste et prædam maximam improbissime[8] comparavit: omnesque Dii, qui vehiculis tensarum[9] solennes cœtus ludorum initis,[10] quorum iter iste ad suum quæstum, non ad religionum dignitatem, faciendum exigendumque curavit: 187. teque, Ceres, et Libera, quarum sacra, sicut opiniones hominum ac religiones ferunt, longe maximis atque occultissimis cærimoniis continentur, a quibus initia[11] vitæ atque victus, legum, morum, mansuetudinis, humanitatis exempla hominibus et civitatibus data ac dispertita[12] esse dicuntur; quarum sacra populus Romanus, a Græcis ascita et accepta, tanta religione et publice et privatim tuetur, non ut ab aliis[13] huc allata, sed ut ceteris hinc tradita esse videantur; quæ ab isto uno sic polluta et violata sunt, ut simulacrum Cereris unum, quod a viro non modo tangi, sed ne aspici quidem fas fuit, e sacrario Catinæ[14] convellendum avertendumque[15] curaverit; alterum autem Ennæ ex sua sede ac domo sustulerit; quod erat tale, ut homines, cum viderent, aut ipsam videre se[16] Cererem, aut effigiem Cereris, non humana manu factam,[17] sed cœlo delapsam arbitrarentur: 188. vos etiam atque etiam imploro et appello, sanctissimæ Deæ, quæ illos Ennenses lacus lucosque colitis,[18] cunctæque Siciliæ, quæ mihi defendenda tra-

modo.—7 *In loco urbis loc.* Lambinus. *in loco prætorii locati* edd. ceteræ ante Ern. *in loco populi Romani locati* Guelf. Leid. et duo Mss. Pariss. Harles. Beck. Schutz. et Orellius. Maluit legi Grævius *loco populi Romani loc.* aut *loco fori Romani loc.*—8 Leid. *improbissimam.*—9 Huyd. *tempsarum.*—10 Huyd. *inuistis:* ψ *in jus istis.*—11 Leid. *in otia.*—12 ψ et Huyd. *dispersa.*—13 Leid. *illis.*—14 Huyd. *Cathinæ.*—15 Reg. Steph. Lamb. Græv. Oliv. Lall. *auferendumque.* Tum *curavit* Huyd. Mox ψ et Huyd. *sustulit.*—16 Huyd. delet *se.*—17 ψ, Huyd. et edd. ante Steph. *factam esse.* Dein *sed de cœlo* Leid. Steph. Lamb. In Leid. quoque *lapsam.*—18 Lamb. e Ms. *inco-*

NOTÆ

[h] *Celeberrimo in loco*] De foro Romano loquitur, ubi templum erat Castoris.

dita est,[19] præsidetis; a quibus, inventis frugibus, et in orbem[20] terrarum distributis, omnes gentes ac nationes vestri religione numinis[1] continentur. Ceteros item[2] Deos, Deasque omnes imploro atque obtestor, quorum templis et religionibus iste, nefario quodam furore et audacia instinctus, bellum sacrilegum semper impiumque habuit indictum, ut, si in hoc reo, atque[3] in hac causa, omnia mea consilia ad salutem sociorum, dignitatem populi Romani, fidem meam spectaverunt; si nullam[4] ad rem, nisi ad officium et veritatem omnes meæ curæ, vigiliæ, cogitationesque elaborarunt;[5] quæ mea mens in suscipienda causa fuit, fides in agenda, eadem vestra, judices,[6] in judicanda sit:[7] 189. [*p.* 275.] denique uti C. Verrem, si ejus omnia[8] sunt inaudita et singularia facinora sceleris, audaciæ, perfidiæ, libidinis, avaritiæ, crudelitatis, dignus exitus ejusmodi vita atque factis, vestro judicio consequatur: utque respublica [meaque fides[9]] una hac accusatione mea contenta sit, mihique posthac[10] bonos potius defendere[11] liceat, quam improbos accusare necesse sit.

litis; et sic Leid.—19 ψ et Huyd. *credita est.* In Huyd. etiam *præsidentis* legitur. Porro ψ et Huyd. omittunt præpositionem *a* ante *quibus.*—20 Leid. *et orbem:* Huyd. *et in orbe.*—1 Leid. *nominis.*—2 Græv. tacite dedit *idem.* In ψ *Ceterosque idem.*—3 Verba *in hoc reo atque,* et mox vocab. *mea,* in ψ et Huyd. omittuntur.—4 Lamb. Grut. Græv. *ullam.*—5 ψ, Huyd. et edd. vett. *laborarunt.*—6 *Judices* e conj. adjecit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—7 Leid. et nonnullæ edd. vett. *denique.*—8 Idem Ms. omittit *omnia.*—9 Ex Hotomanni conjectura, Manut. 1565. Ald. Nep. 1580. ediderunt *mea fide, unaque hac.* In Reg. *uti hi qui resp. meaque fide:* unde Græv. legi jussit, *utique resp. mea fide, unaque hac.* In Guelf. *ut hi, quibus resp. placet, servanda eorumne una accusatione, &c.* unde Harles. conj. *utique respublica et quibus placet fides servanda curandaque una hac accus.* Orell. conj. *ut resp. mea fide, sed una hac.* Schutz. e conj. Ernesti delevit verba *meaque fides.*—10 Leid. *posthanc.*—11 Leid. *laudare;* et sic in marg. libri emendati a viro doctissimo, teste Ursino.

M. TULLII CICERONIS

PRO M. FONTEIO

ORATIO XI.

ARGUMENTUM.

M. Fonteius prætor Galliam obtinuerat per triennium. Romam reversus repetundarum reus factus est, accusantibus Gallis inprimisque Indutiomaro Trevirorum duce. Accusator fuit M. Plætorius, subscriptor M. Fabius. Maxima pars orationis, atque pleraque adeo Fonteio objecta crimina interiere. Restant tria. Primum, de Gallia ære alieno, ipsius culpa, oppressa: alterum, de quæstu e viarum munitione imperata facto, nempe quod pecuniæ dandæ fuissent, ut aut ne cogerere ad muniendum, aut quod munitum erat, id ne improbaretur: tertium de portorio vini instituto. Cicero in his, quæ restant, id inprimis agit, ut Gallis fidem non babendam doceat, quippe hominibus levibus, perfidis, et in ipsos Deos immortales impiis.

Desunt permulta.[1]

1. 1. [*Ed. Ald. p.* 276.] Hoc prætore oppressam esse ære alieno Galliam. A quibus versuras[a] tantarum pecuniarum

1 Principio hujus Orationis, Orell. addidit sequens supplementum (a Niebuhrio in Vaticano palimpsesto repertum, et in ejus ed. Romæ 1820. insertum): ‘ oportuisse; an ita dissolvit, ut omnes alii dissolverint? [Niebuhr. conj. *dissolverunt?*] Nam ita ego defendo M. Fonteium, judices, itaque contendo, post legem Valeriam latam, *a M. Fonteio* quæstore usque ad T. Crispinum quæstorem [codex habet tantummodo *que*] aliter neminem solvisse: hunc omnium superiorum, hujus autem omnes, qui postea fuerint, auctoritatem dico secutos. Quid accusas, quid reprehendis? Nam quod in

NOTÆ

[a] *A quibus versuras*] Ex Donato ‘versuram facere’ est æs alienum ex ære alieno solvere: sed hic simpliciter significat æs alienum contrahere.

factas[2] esse dicunt? a Gallis? nihil minus. A quibus igitur? a civibus Romanis, qui negotiantur in Gallia. Cur

tabulis dodrantariis et quadrantariis, quas ait ab Hirtuleio institutas, Fonteii officium desiderat, non possum existimare, utrum ipse erret, an vos in errorem ducere velit. Quæro enim abs te, M. Plætori, possitne tibi ipsi probata esse nostra causa, si, qua in re abs te M. Fonteius accusatur, auctorem habet eum, quem tu maxime laudas, Hirtuleium; qua in re autem laudas Hirtuleium, Fonteius idem fecisse reperitur? Reprehendis solutionis genus: eodem modo Hirtuleium dissolvisse publicæ tabulæ coarguunt. Laudas illum, quod dodrantarias tabulas instituerit: easdem Fonteius instituit, et eodem genere pecuniæ. Nam ne forte sis nescius, et istas tabulas existimes *ad diversam veteris æris* alieni rationem pertinere; ob unam causam et in uno genere suut institutæ. Nam cum publicanis, qui Africam, qui Aquiliense por*torium conducta habebant*... *re*cite [Aut *recitet*, aut *recitent*, aut *recitetur*, aut *recitentur* scriptum fuisse minime dubium est. Ita Nieb.]... Nemo, nemo inquam, judices, reperietur, qui unum se in quæstura M. Fonteio nummum dedisse, aut illum ex ea pecunia, quæ pro ærario solveretur, detraxisse dicat: nullius in tabulis ulla hujus furti significatio, nullum in iis nominibus intertrimenti aut deminutionis vestigium reperietur. Atqui omnes ii, quos in hoc genere quæstionis accusatos et reprehensos videmus, premuntur testibus: [E suspicione Niebuhrii, codex ipse habet, ATQUIHOMI NES-
IN
SEIQHOCGENE REQUAESTIONIS ACCUSATOSETRE PRAEHENSOSUI DEMUS-PREIMUM TESTIBUSDIFFICI, &c.] difficile est enim eum, qui magistratui pecuniam dederit, non aut induci odio, ut dicat, aut cogi re*lig*ione: deinde si qua gratia testes deterrentur, tabulæ quidem certe incorruptæ atque integræ manent. Fac omnes amicissimos. [Cod. *amicis summas.*] Fonteio fuisse: tantum hominum numerum ignotissimorum atque alienissimorum pepercisse hujus capiti, consuluisse famæ: res ipsa tamen ac ratio literarum, confectioque tabularum, habet hanc vim, ut ex acceptis et datis quicquid fingatur, aut surripiatur, aut non constet, appareat. Acceptas populo Romano pecunias omnes isti retulerunt: si protinus aliis æque magnas aut solverunt, aut dederunt, ut quod acceptum populo Romano est, id expensum cuipiam sit, certe nihil potest esse detractum. Sin aliqui domum tulerunt, ex eorum arca, e ra... [In cod. ARCAERA. Nieb. conj. *arca, e rationibus.*] Deorum hominumque fidem! testis non invenitur in ducentis et tricies sestertio. Quam multorum hominum? Sexcentorum amplius. Quibus in terris gestum negotium est? Illo, illo, inquam, loco, quem videtis. Extra ordinemne pecunia est data? Immo vero nummus nullus sine literis multis commotus est. Quæ est igitur ista accusatio, quæ facilius possit Alpes, quam pancos ærarii gradus ascendere: diligentius Rutenorum, quam populi Romani, defendat ærarium: lubentius ignotis quam notis utatur, alienigenis quam domesticis testibus: planius se confirmare crimen libidine barbarorum, quam nostrorum hominum literis arbitretur? Duorum magistratuum, quorum uterque in pecunia maxima tractanda procurandaque versatus est, triumviratus et quæsturæ, ratio sic redditur, judices, ut in iis rebus, quæ ante oculos gestæ sunt, ad multos pertinuerunt, confectæ publicis privatisque tabulis sunt Cod. *sint*], nulla significatio furti, nulla alicujus delicti suspicio referatur. Hispaniensis legatio consecuta est, turbulentissimo rei publicæ tempore, cum adventu L. Sullæ in Italiam maximi exercitus civium dissiderent *de* judiciis ac legibus: ... [Sic conjecit Nieb. In cod. *cum adventu L. Sullæ maxumi exercitus in Italiam civium dissiderent judiciis ac legibus.* Nieb. quoque suspicabatur, *cum adv. L. Sullæ maximi exercitus civium in It. diss. de jud. ac leg.*]: atque hoc rei publicæ statu desperato qualis....' Post quæ verba ex Ang. Maii C. Julio Victore inseruit Orell. 'Si nulla pecunia numerata est; cujus pe-

eorum verba non audimus? cur eorum tabulæ[a] [b] nullæ proferuntur? Insector ultro atque insto accusatori, judices; insector, inquam, et flagito[3] testes. Plus ego in hac causa laboris et operæ consumo in poscendis testibus, quam ceteri defensores in refutandis. Audacter[4] hoc dico, judices; non temere confirmo.[b] Referta Gallia negotiatorum est,[c] plena civium Romanorum. Nemo Gallorum sine cive Romano[d] quicquam negotii gerit; nummus in Gallia nullus sine civium Romanorum tabulis commovetur.[c] 2. Videte, quo descendam, judices, quam longe videar ab consuetudine mea et cautione[e] ac diligentia discedere. Unæ tabulæ proferantur, in quibus vestigium sit aliquod, quod significet, pecuniam Fonteio datam; unum ex toto[5] negotiatorum, colonorum,[f] publicanorum,[g] aratorum,[h] pecuario-

[a] Vulgo *obligationes.* [b] *Non imprudenter affirmo.*
[c] *Exigitur.*

cuniæ quinquagesima est...quod ejus causa non sit eadem, quæ Verris ....' Denique idem adjecit tria membra sequentia: [ex Aquila Romano de Fig. Sent. 35.] '...Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus amplissimæ copiæ e Gallia, equites numero plurimi e Gallia...' [ex Ammian. Marcell. XV. 12. 4.] 'Gallos post hæc dilutius esse poturos, quod illi venenum esse arbitrabantur...' [e Quintil. VI. 3. 51. ['Plætorii] matrem, dum vixisset, ludum; postquam mortua esset, magistros habuisse....' Patricius sic constituit, *Galli posthac dilutius potabunt, quod illi venenum esse arbitrabuntur.... Mater tua, dum vixit, ludum, postquam mortua est, magistros habuit.*

CAP. I. 2 Pal. *tractas.*—3 Crat. Steph. Lamb. Græv. *ac flag.*—4 *Audaciter* e Pal. 2. et Ms. Faërn. edidit Grut. quem Græv. Oliv. Lall. Beck. et

NOTÆ

[b] *Eorum tabulæ*] Qui dant mutuam pecuniam, ii soliti sunt accipere tabulas, quæ creditæ pecuniæ testes sint.

[c] *Negotiatorum est*] Inter mercatores et negotiatores illud discriminis est; quod mercatores Romæ domicilium et familiam habuerunt, quanquam interdum quæstus causa in provinciis per aliquot menses versarentur; negotiatores vero, eundem secuti quæstum, in provinciis sedem et domicilium fortunarum suarum collocarunt, neque fere Romam, nisi censendi causa, decesserunt.

[d] *Sine cive Rom.*] Ita exhausti pecuniis et fortunis erant Galli, ut nihil fere negotii sine civibus Rom. gererent: his enim solis vendebant, ab his versuram faciebant, his tabulas conficiebant, &c.

[e] *Et cautione*] Cavebat inprimis Cicero, ne omne causæ discrimen committeret.

[f] *Colonorum*] De colonis loquitur, qui in coloniam Narbonensem missi sunt.

[g] *Publicanorum*] Publicani vectigalia pop. Rom. et ultro tributa quæstus sui causa conducebant: erant au-

rum numero testem producant;[6] vere[d] accusatum esse concedam. Pro Dii immortales! quæ est hæc causa?[7] quæ defensio? Provinciæ Galliæ M. Fonteius[8] præfuit, quæ constat ex iis generibus hominum et civitatum, qui (ut vetera mittam[i]) partim nostra memoria[k] bella cum populo Romano acerba ac diuturna gesserunt; partim modo ab nostris imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monumentis notati, modo ab senatu agris urbibusque mulctati sunt;[l] partim, qui cum ipso M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt,[e] multoque ejus sudore ac labore sub populi Romani imperium ditionemque ceciderunt.[9] 3. Est in eadem provincia Narbo Marcius,[10 m] colonia nostrorum civium, specula populi Romani[n] ac propugnaculum, istis ipsis nationibus oppositum et objectum:

[d] *Juste.* [e] *Conseruerunt et pugnaverunt.*

Orell. secuti sunt.—5 Gulielm. conj. *tot neg.*, probb. Grut. Ern.—6 Faërni Ms. *producantur.*—7 Faërni Ms. Lamb. et Orell. *quæ hæc est causa.*—8 Vid. Nott. Varr.—9 Pal. *reciderunt*, prob. Grut.—10 Edd. ante Lamb. *Martius.* Vid.

NOTÆ

tem illi utplurimum ex equestri genere.

[h] *Aratorum*] Aratores, pastores, et pecuarii fere fuerunt cives Romani. Hi quæstum secuti, agros publicos colebant, pecora alebant, et decumam pop. Rom. dabant.

[i] *Vetera mittam*] Bellum Senonicum inter vetera cum Romanis celeberrimum fuit, quo Roma capta est.

[k] *Nostra memoria*] Non reperitur bellum aliquod Ciceronis temporibus cum Gallis gestum esse; nisi fortasse bella illa intelligat, quæ paulo ortum ejus præcesserunt, et quorum adhuc facile, qui tum senes erant, recordabantur: nam Fulvius Flaccus A. U. C. 630. de Cisalpinis Ligurribus; Domitius et Fabius de Allobrogibus et Arvernis anno 632. triumpharunt, erectis saxeis turribus in tropæorum similitudinem, ubi cum Gallis conflixerant.

[l] *Agris urbibusque mulctati sunt*] Sæpe a populo Rom. devicti populi in componendo fœdere, agris, urbibusque, deductis in eas coloniis, mulctabantur.

[m] *Narbo Marcius*] Narbo urbs est et colonia Galliæ Narbonensis, a qua nomen sumsit, inter Moutem Pesulanum ad ortum, ac Tolosam ad occasum. Marcius porro Narbo dictus est, si Volaterr. lib. III. fidem habeamus, quod coloni milites ex Marcia legione eo deducti sint a Cæsare dictatore. Aliter censet Velleius Paterculus, scribitque Porcio et Marcio consulibus in hanc deductam coloniam fuisse, et a Marcio nome accepisse.

[n] *Specula pop. Rom.*] Veluti e specula, a Narbone omnes, si qui forent Gallici tumultus, prospiciebantur.

est item urbs Massilia,[o] de qua ante dixi, fortissimorum fidelissimorumque[p] sociorum, qui Gallicorum bellorum pericula populo Romano coriis remisque compensarunt:[11] est præterea numerus[12] civium Romanorum atque hominum honestissimorum. II. Huic provinciæ, quæ ex hac gentium[13] varietate constaret, M. Fonteius (ut dixi) præfuit: qui erant hostes, subegit; qui proxime[14] fuerant,[q] eos ex iis agris, quibus erant mulctati, decedere coëgit; ceteris (qui idcirco magnis sæpe erant bellis superati, ut semper populo Romano parerent)[15] magnos equitatus ad ea bella, quæ tum in toto orbe terrarum[r] a populo Romano gerebantur, magnas pecunias ad eorum stipendium, maximum frumenti numerum ad Hispaniense bellum tolerandum,[f] imperavit.[s] 4. Is, hæc qui gessit,[16] in judicium vocatur: vos, qui in re non interfuistis, causam[17] una cum populo[t] Romano cognoscitis.[g] Dicunt contra, quibus in-

[f] *Sustinendum.* [g] *Auditis.*

Nott. Varr.—11 H, unus Pariss. et Faërni Ms. cum Græv. Oliv. Lall. Schutz. et Orell. *populo Romano* (in H *populi Romani*) *copiis armisque compensarunt:* S, Franc. Ven. 1483. Med. *PR. copiisque remis comp.* Crat. *copiis remissisque comp.* Junt. *copiis remisque propulsarunt:* Hervag. Cam. Steph. *copiis armisque propulsarunt.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—12 Lamb. e conj. Hotomanni *maximus numerus.* Vocab. *atque* post *civium Rom.* suspectum fuit Hotomanno.

Cap. II. 13 H, Faërni Ms. Ven. 1483. Junt. *generum.*—14 *Proximi* edd. ante Lall. qui e Ms. Ursini et duobus Mss. Pariss. edidit *proxime;* et eum sequuntur Ern. Beck. Schutz. et Orell.—15 Lamb. *paterent.*—16 *His qui gessit* Faërni Ms. *Is qui gessit* Franc. Pall. et edd. vett. cum Græv. Oliv. et Lall. *Hæc qui gessit* Vict. Cam. Steph. Lamb. Grut.—17 *Causam* in S deest. Mox, quia in Ms. invenitur *cum P. R.* Faërnus edidit *cum prætore.* Vid. Nott. Varr.—

NOTÆ

[o] *Urbs Massilia*] Massilia Galliæ Narbonensis urbs præclara et nobilis, in qua cives literis et moribus præcellebant.

[p] *Fidelissimorum*] De Massiliensium fidelitate lege Cic. de Off. l. II.

[q] *Qui proximi* [*proxime*] *fuerant*] Qui omnium novissimi hostes superati erant, ante eos, qui per id tempus erant in provincia: abire coëgit ex Gallia, cum in eam Fonteius venit.

[r] *In toto orbe terrarum*] Ubique bellum gerebatur, a Pompeio videlicet in Hispania contra Sertorium, a Servilio contra Isauros et piratas in Cilicia, a Curione contra Dardanos in Thracia, a Lucullo contra Mithridatem in Asia, a Vareno contra Spartacum in Italia.

[s] *Imperavit*] Imperavit Gallis, ut in Hispaniam ad Pompeium frumentum et pecuniam mitterent.

vitissimis imperatum est:[u] dicunt, qui ex[18] agris ex M. Fonteii decreto decedere sunt coacti: dicunt, qui ex bello, cæde, et fuga nunc primum audent contra M. Fonteium inermem consistere. Quid coloni Narbonenses?[x] quid volunt? quid existimant? Hunc per vos volunt; se per hunc incolumes existimant esse. [*p.* 277.] Quid Massiliensium civitas? hunc præsentem iis affecit honoribus, quos habuit amplissimos: vos autem absens orat atque obsecrat,[y] ut sua religio, laudatio, auctoritas, aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. 5. Quid? civium Romanorum quæ voluntas est? Nemo est ex tanto numero, quin hunc optime de provincia, de imperio, de sociis et civibus meritum esse arbitretur. III. Quoniam igitur videtis, qui oppugnent[19] M. Fonteium; cognostis, qui defensum velint;[20] statuite nunc, quid vestra æquitas, quid populi Romani dignitas postulet: utrum colonis vestris, negotiatoribus vestris, amicissimis atque antiquissimis sociis, et credere et consulere malitis; an iis, quibus[1] neque propter iracundiam, fidem, neque propter infidelitatem, honorem habere debetis. 6. Quid, si majorem hominum etiam[2] honestissimorum copiam affero, qui hujus vir-

18 Schutz. e conj. delevit *ex* ante *agris*. Tum *ex Cn. Pompeii decreto* habent HS, Faërni Ms. et edd. ante Lamb. cum Beck. Schutz. et Orell. *ex M. Fonteii decreto* e conj. Hotomanni ediderunt Lamb. Græv. Oliv. Lall. et Ern.

CAP. III. 19 Faërni Ms. Junt. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Orell. *oppugnatum*. Mox *cognoscitis* alii.—20 Faërni Ms. *velit*.—1 Crat. Lamb. *an his, quibus:* Mss. pauci, Ven. 1483. Junt. *an adversariis, quibus*.—2 Faërni Ms. et edd. ante Grut. cum Orell. *majorem etiam hominum*. Mox pro *affero* HS, Ven. 1483. Crat. Hervag. habent *affert*. In Faërni Ms. *afferta:* unde Jac. Gronov.

NOTÆ

[t] *Causam una cum populo, &c.*] Non ait hic quod populus Rom. de hac causa cognoscit, quasi sententiam laturus esset; sed tantum, quod circa judicum subsellia frequens adest causam auditurus.

[u] *Imperatum est*] Gallis imperavit, ut equitatum, et cetera belli subsidia, ad Pompeium mitterent.

[x] *Quid coloni Narbonenses*] Mos fuit apud Romanos, ut cum quis, administrata provincia, in judicium vocaretur, ex eadem, cum laudatione legati mitterentur, qui pro ejus incolumitate deprecarentur: probat igitur ab eorum testimonio, et legatis, Fonteii innocentiam.

[y] *Obsecrat*] Massilienses etiam suos legatos in gratiam Fonteii Romam miserant.

tuti atque innocentiæ testimonio possint esse? tamenne plus Gallorum consensio[z] valebit, quam summæ auctoritatis hominum?[3] [a] Cum Galliæ Fonteius præesset, scitis, judices, maximos populi Romani exercitus in duabus Hispaniis,[4] [b] clarissimosque imperatores fuisse. Quam multi equites Romani, quam multi tribuni militum, quales, et quot, et quoties legati ad eos! Exercitus præterea Cn. Pompeii[5] maximus atque ornatissimus hyemavit[c] in Gallia, M. Fonteio imperante. Satisne vobis multos satis idoneos testes et conscios[d] videtur ipsa fortuna esse voluisse earum rerum, quæ M. Fonteio prætore gererentur in Gallia? Quem ex tanto[6] hominum numero testem in hac causa producere potestis? quis est ex eo numero, qui vobis auctor placeat?[e] eo nos[7] jam laudatore et teste utemur. 7. Dubitabitis etiam diutius, judices, quin illud, quod initio vobis proposui, verissimum sit, aliud per hoc judicium nihil agi, nisi ut, M. Fonteio oppresso[h] testimoniis eorum, quibus multa reipublicæ causa invitissimis im-

[h] *Damnato.*

conj. *afferat.* Dein *quæ hujus ... possit* Faërni Ms. et Lamb. prob. Gronov.—3 Faërni Ms. *summæ auctoritatis omnium:* S et nonnullæ edd. vett. *summa auctoritas omnium.* Lamb. conj. *summæ auctoritates hominum.* Vulg. ut Ern. —4 Quidam ap. Lamb. *in duabus Galliis.*—5 *Ad eos exercitus? Præterea Cn. P.* Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. cum Grut. et Oliv. *ad eos! Exercitus præterea Cn. P.* Faërni Ms. Franc. Lamb. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. Verbum aliquod deesse censent Ern. et Schutz. Vid. Nott. Varr. —6 Lamb. *Ecquem ex tanto.* Verba *Quem ex tanto ... potestis* Schutz. uncis

NOTÆ

[z] *Consensio*] Consensio est eadem de eadem re multorum sententia; sed hic sumitur in malam partem, et est veluti quædam conspiratio.

[a] *Auctoritatis hominum* [*omnium*] Probat, Narbonensium scilicet et Massiliensium, qui jure civium Rom. gaudebant, plus valere debere apud populum, quam Gallorum quorundam in Fonteium illam conspirationem.

[b] *In duabus Hispaniis*] Ulterior dicitur, quæ ultra fluvium Iberum est; et Citerior, quæ citra.

[c] *Hyemavit*] Romani exercitus, dispositis præsidiis in provinciis sociorum vel amicorum populi Rom. hybernabant.

[d] *Et conscios*] Loquitur de illis testibus qui viderunt quæ a Fonteio in Gallia cum laude gesta sunt.

[e] *Auctor placeat*] Auctor est, qui dicit se id probare quod agitur, etiam sine interrogatione. Ait autem Cicero quod tam certus sit de Fonteii innocentia, ut ipsis judicibus permittat seligere quem voluerint testem, hunc se vero probaturum.

perata sunt, segniores[i] posthac ad imperandum ceteri sint, cum videant eos oppugnari, quibus oppressis,[8] populi Romani imperium incolume esse non possit?

IV. Objectum est etiam, quæstum M. Fonteium ex viarum munitione[f] fecisse;[k] ut aut ne cogeret munire, aut id, quod munitum esset, ne improbaret. Si et coacti sunt munire omnes, et multorum opera improbata sunt; certe utrumque falsum est, et ob vacationem[l] 9 pretium datum, cum immunis nemo fuerit; et ob probationem, cum multa improbata sint. 8. Quid, si hoc crimen optimis nominibus[10] g delegare possimus, et ita, ut non culpam in alios transferamus, sed uti doceamus, eos isti munitioni præfuisse, qui facile officium suum et præstare et probare[m] possent?[11] tamenne vos omnia in M. Fonteium, iratis testibus freti, conferetis? Cum majoribus reipublicæ negotiis M. Fonteius impediretur, et cum ad rempublicam pertineret,[n] viam Domitiam muniri,[12] h legatis suis, primariis viris, C. Annio Bellieno et C. Fonteio negotium dedit.[o] Itaque præfuerunt: imperaverunt pro dignitate[i] sua, quod visum

[i] *Negligentiores.*
[l] *Immunitatem.*
[n] *Et utile esset reipub.*
[k] *Coëgisse pecuniam.*
[m] *Facere ut approbetis.*
[o] *Imposuit onus.*

includit. Tum Lamb. exhibet *ecquis est ex eo num.*—7 S *hoc nos.*—S '*Videatis*] Faërni Ms. *oppressis.* Hæc vox in Faërni Ms. deest, eam autem sive Beroaldus sive Naugerius temere insernit. Tenendum enim est, quod modo attuli, *videatis;* mox pro *oppugnari* scrib. *oppugnare;* deinde autem pro *oppressis,* ubi sane voc. excidit, aliud reponendum, sed plane contrarii sensus, *victoribus;* arbitror sic, *cum videatis eos oppugnare, quibus victoribus P. R. &c.*' Niebuhr.

CAP. IV. 9 H *viationem.*—10 Nonnullæ edd. vett. *hominibus.* Tum *denegare* Junt. et *possumus* S, Faërni Ms. et edd. ante Lamb. cum Orell. qui mox habet *non ut culpam,* ut est in Faërni Ms.—11 *Possint* Franc. prob. Græv. *possent* Ern. e conj. et sic Beck. et Schutz. *possunt* ceteri.—12 *Muniri* e Faërni et Ho-

NOTÆ

[f] *Ex viarum munitione*] Cn. Domitius, devictis Gallis, viam in Gallia munivit; quæ ab eo Domitia appellata est.

[g] *Optimis nominibus*] Id est, si propter optimas rationes illud crimen in alios transferre possumus.

[h] *Domitiam muniri*] Cum vetustate rupta hæc Domitia via esset, neque commoda ducendis exercitibus, a Fonteio restitui jussa est.

[i] *Imperaverunt pro dignitate, &c.*] Sic videtur sensus intelligendus: Unicuique Bellienus et C. Fonteius imperaverunt, ut muniret scilicet secundum facultates suas, adeo ut, qui tenuiores essent, minus opulentioribus munirent.

est, et probaverunt: quod vos, si nulla alia ex re, ex literis quidem vestris,[k] quas scripsistis,[13] et missis, et allatis, certe scire potuistis: quas si antea non legistis,[l] nunc ex nobis, quid de iis rebus Fonteius ad legatos suos scripserit, quid ad eum illi rescripserint, cognoscite. (*Literæ*[14] [m] *ad C. Annium leg. ad C. Fonteium leg. Literæ a C. Annio leg. a C. Fonteio leg.*)

9. Satis opinor esse perspicuum, judices, hanc rationem[p] munitionis neque ad M. Fonteium pertinere, et ab iis esse tractatam, quos nemo possit reprehendere. V. Cognoscite nunc de crimine vinario, quod illi invidiosissimum et maximum esse voluerunt. Crimen a Plætorio, judices, ita constitutum[q] est; [*p.* 278.] Fonteio non in Gallia primum venisse in mentem, ut portorium[n] vini institueret; sed hac in Italia[15] proposita ratione, Roma profectum. Itaque Titurium Tolosæ quaternos denarios[o] in

[p] *Hoc negotium.* [q] *Positum.*

tomanni correctione receperunt Lamb. Ern. Beck. Schutz. Orell. *munire* ceteri.—13 *Ex lit. quidem nostris, quas exscripsistis* Faërni Ms. Manut. Lamb. Græv. Lall. *ex lit. quidem nostris, quas scripsistis* C: *ex lit. quidem vestris, quas scripsistis* vulg. *ex lit. quidem nostris, ex quas scripsistis* Orell. qui voces *ex quas scripsistis* ut corruptas signavit. Ern. conj. *ex lit. utrisque, et missis et allatis,* scil. missis a Fonteio, et allatis Fonteio ab legatis: ut *quas scripsistis* sit glossa. Vid. Nott. Varr.—14 Pro *Literæ* Faërni Ms. Ven. 1483. Junt. Græv. Beck. et Orell. habent *L. M.* quod Faërn. interpretatur *Literæ Marci;* et Beck. *Literæ missæ.* Pro *C. Annium* S et Faërni Ms. legunt *Cannium,* et paulo post uterque *Canninio.* In ed. Ven. 1483. *ad C. Caninium . . . a C. Caninio.* In H desunt verba, *ad C. Ann. . . . Fonteio leg.*

Cap. v. 15 *In Italiam ac* Faërni Ms. *in Italiam hac* H S: *hac in Italia* vulg. *in Italia hac* edd. ante Lamb. cum Orell. Dein *Romam* H S, Faërni Ms. et Ven.

NOTÆ

[k] *Ex literis quidem vestris*] Eas literas intelligit, quæ a senatu scriptæ sunt ad Fonteium, quibus probat suum restaurandæ viæ consilium. Senatores alloquitur, quia illud judicium cum equitibus exercebant.

[l] *Non legistis*] Forte propter absentiam a senatu literas illi senatores non legerant.

[m] *Literæ*] Has jubet Cicero legi literas palam, ut singulis constet de rei veritate.

[n] *Portorium*] Ex Caio jurisconsulto portorium vectigal fuit, quod capiebatur ex rerum importatione et exportatione. Id qui redimebant, portitores sunt appellati.

[o] *Denarios*] Ex Charisio lib. I. denarius decem asses valuit, ideoque in rationibus faciendis denarius decussi X inductus notabatur.

singulas vini amphoras[p] portorii nomine exegisse: Croduni[q] Porcium et Numium[16] ternos victoriatos:[r] Vulchalone[s] Servæum binos[t] victoriatos: atque in his locis ab his portorium esse exactum, si qui Cobiamacho, qui vicus inter Tolosam et Narbonem est, deverterentur, neque Tolosam ire vellent: Elesiodolum[17] tantum senos denarios ab his, qui ad hostem portarent, exegisse. 10. Video, judices, esse crimen, et genere[18] ipso magnum, (vectigal enim

1483.—16 *Crodum Portium et Muaium* S: *Crodum Portium et Numium* Ven. 1483. *Cordum Portium et Numium* Junt. *Crodimum, Crodimi* vel *Crodinum* edd. vett. *Crodium*, vel *Crodeum*, Faërni Ms. Tum *Munium* idem Ms. et Lamb. 1566. Porro *ternos Victoriatos. M. atque in his locis se Crodum et Volcalone ab his portorium esse exactum. Si qui* Ven. 1483. *ternos Victoriatos in his locis, et Volcalone ab his portorium esse exactum si qui* Junt. *ternos victoriatos: Nulchalone serene Umbinos et Victoriatos mille: atque in his locis se Crodimi et Nulchalone ab his portorium esse exactum, si qui* Crat. *ternos victoriatos, Vulchalone Serveium binos H-S. et victoriatos mille: atque in iis locis Croduni et Vulchalone ab his portorium esse exactum, si qui* Lamb. 1566. *ternos victoriatos. Vulchalone Servæum binos H-S. et victoriatos mille; atque in his locis Servæum Croduni et Vulchalone ab his port. esse exactum, si qui* Grut. Græv. et Verburg. Sic etiam Oliv. et Lall. nisi quod alterum *Servæum* omittunt. *ternos victoriatos M. Vulchalone Servæum binos victoriatos M. atque in his locis se crodunt Vulchalone ab his port. esse exactum, si quis* Orell. qui totum locum ut corruptum notavit. Pantagathus ita legebat, *Crodimi M. Porcium et Numium ternos victoriatos Narbone, Serveium* (sive *Serenum*) *binos victoriatos Massiliæ, atque in his locis Crodimi scilicet et Narbone ab his port. esse exactum, si qui.* Beck. et Schutz. sequuntur Ernestum.—17 Edd. vett. *Elesiodulus:* vulg. *Elesiodolus.* Ern. e conj. Manut. recepit *Elesiodolum;* et sic Beck. Schutz. *Elesioduluscantum,* omisso *tantum,* Orell. Ante *Elesiodolus* Lamb. Oliv. et Lall. habent *cum.* Pantagathus legebat, *Elesiodolis T. Annium senos denarios.* Mox *exegisse* e conj. Pantagathi dederunt Ern. Beck. Schutz. *exegisset* vulg. *exegissent* H S et edd. pr. cum Orell.—18 Lamb. e conj. *esse crimen, et crimen genere.*—

NOTÆ

[p] *Amphoras*] Julius Africanus in fragmento sic ait de Amphora: 'Amphora vini, quam et metretam multi vocant, continet semiamphoras duas, quas cados communi nomine appellant; Romani vero urnas dicunt. Ita ut amphora sit sextariorum 48.' Ex Festo vero, 'vas pedis quadrati octo et quadraginta capit sextarios.'

[q] *Croduni*] Crodunum portus fuit, vel urbs, in qua portus nomen.

[r] *Victoriatos*] Victoriatus nummus erat argenteus, alteram denarii partem pondere et pretio exæquans, ut docet Varro de L. L. lib. IX. Plinius XXXIII. 3. refert lege Clodia percussum esse: Victoriatus vero appellatus est, quia Victoria signatus erat; ut Bigatus et Quadrigatus nummus dictus est, quia bigis et quadrigis notabatur.

[s] *Vulchalone*] Vulchalo urbs vel portus fuit tunc in Gallia nullius nominis.

[t] *Binos* [*binos H-S.*] Sestertios nempe: de iis jam in oratione pro Rosc. Com. § 4. not.

esse impositum fructibus[19] nostris dicitur, et pecuniam permagnam ista ratione[20] cogi[r] potuisse confiteor,) et invidia:[1] vel maxime enim inimici hanc rem sermonibus divulgare voluerunt. Sed ego ita existimo, quo majus crimen sit id, quod ostendatur[2] esse falsum, hoc majorem ab eo injuriam fieri, qui id confingat. Vult enim magnitudine rei sic occupare animos eorum, qui audiunt, ut difficilis aditus[u] veritati relinquatur.

(*Omnia de crimine vinario, de bello Vocontiorum, de dispositione hybernorum desiderantur.*)[3]

VI. 11. At hoc Galli negant: at ratio rerum et vis argumentorum coarguit. Potest igitur testibus judex non credere? Cupidis,[x] et iratis, et conjuratis,[y] et ab religione remotis,[z] non solum potest, sed etiam debet.[4] Etenim si, quia Galli dicunt,[a] idcirco M. Fonteius nocens existimandus est; quid mihi opus est sapiente judice? quid æquo quæsitore?[b] quid oratore non stulto?[s] Dicunt enim Galli: negare non possumus. Hic si ingeniosi, et periti, et æqui

[r] *Conflari.* [s] *Bono.*

19 Lamb. et Grut. *frugibus.* Pantagathus voluit legi *fratribus.*—20 Faërni Ms. Ven. 1483. Junt. Lamb. *ratione ista.*—1 Vulg. *invidiam.* Ern. e conj. cum Beck. Schutz. et Orell. *invidiam.* Lamb. conj. *invidiosam.*—2 Pantagathus legit *ostendetur*, et sic Ms. Vatic.—3 S, Faërni Ms. Ven. 1483. Junt. et Orell. *De crimine Vinario. De Bello Vocontiorum. De dispositione Hibernorum.* omissis vocibus *omnia* et *desiderantur.*

CAP. VI. 4 Mss. pauci et edd. ante Faërn. *Actio rerum et vis arg. coargui potest. Igitur testibus, judices, non credere cupidis et ir. . . . non solum potestis, sed etiam debetis.* In H S quoque *potestis* et *debetis.* Victor. dedit, *At Galli hoc non negant. Actio rerum et jus arg. coargui potest:* unde Ursinus mavult *Quid enim negent? cum actio rerum et vis arg. coargui non potest.* Pantagath.

NOTÆ

[u] *Difficilis aditus*] Adversarius tam magnum crimen illud ait esse, ut difficile sit iis, qui præsentes sunt, audire veritatem velle, quia jam antea male persuasi sunt.

[x] *Cupidis*] Qui cupiditate flagrant rem ostendendi.

[y] *Et conjuratis*] Qui simul in Fonteium conjuraverunt.

[z] *Religione remotis*] Qui nullo se jurisjurandi religione tenent obstrictos: jurabant enim testes testimonium dicturi.

[a] *Galli dicunt*] Etiamsi persuasum sit omnibus ex allegatis et probatis judicem ferre sententiam debere, tamen hic Cicero ostendit in sapientia et æquitate judicis, non in testimoniis, constitui debere sententiam.

[b] *Æquo quæsitore*] Prætor qui capitis judicio præerat, quæsitor appellabatur, et ille de crimine inquirebat. Accusatoris erat inferre crimen, defensoris diluere, testis referre

judicis has partes esse existimatis, ut, quoniam quidem testes[5] dicunt, sine ulla dubitatione credendum sit; Salus[6] ipsa[c] virorum fortium innocentiam tueri non potest: sin autem in rebus judicandis non minimam partem[d] ad unamquamque rem æstimandam,[7] momentoque suo ponderandam, sapientia judicis tenet; næ[t] multo vestræ majores gravioresque partes sunt[8] ad cogitandum, quam ad dicendum[e] meæ. 12. Mihi enim semper unaquaque de re testis non solum semel, verum etiam breviter interrogandus,[9] et sæpe etiam non interrogandus; ne aut irato facultas ad dicendum data,[f] aut cupido[g] auctoritas attributa esse videatur. Vos et sæpius eandem rem[h] animis agitare, et diutius uno de teste[10] cogitare potestis: et, si quem nos interrogare noluimus,[11i] quæ causa nobis tacendi fuerit, existimare debetis. Quamobrem, si hoc judici[12] præscriptum lege aut officio putatis, testibus credere; nihil est, cur alius[u] alio judice melior aut sapientior existimetur. Unum est enim et simplex aurium[x] judicium; et promiscue et communiter stultis ac sapientibus ab natura datum. 13. Quid est igitur, ubi elucere possit prudentia? ubi discerni stultus auditor et credulus ab religioso[y] et sapienti judice?

[t] *Certe.* [u] *Unus.* [x] *Audiendi.* [y] *Jurato.*

malebat, *actio eorum.*—5 H S *quidam testes.* Mox H *sine ulla dominatione.*—6 Oliv. Lall. Schutz. et Orell. *Salus*, scil. Dea.—7 S, Faërni Ms. et edd. pleræque ante Grut. cum Orell. *existimandam.*—8 Omittit *tenet* Faërni Ms. et scribit *ne . . . sint*, unde ex Faërni conjectura *tenet; videte, ne . . . sint* dederunt Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall.—9 Lamb. e conj. Hotomanni *brev. est interrog.*—10 Hervag. Cam. Grut. *unoquoque de teste.*—11 Edd. ante Lamb. cum Grut. *nolumus.* In Franc. *voluimus.*—12 Mss. Pariss. et edd. pr. *jud.* Vulgo *judi-*

NOTÆ

quæ viderat, et quæsitoris unumquemque eorum in officio suo continere.

[c] *Salus ipsa*] Dea Salus suum habebat templum in Quirinali Monte dedicatum.

[d] *Non minimam partem, &c.*] Id est, si sapientia judicis multum valet ad res singulas æstimandas, et diligenter inspiciendas.

[e] *Ad dicendum*] Testimonium videlicet.

[f] *Data*] Cum scilicet interrogabitur.

[g] *Cupido*] Id est, qui reum vult lædere.

[h] *Eandem rem*] Scilicet, in testibus interrogandis.

[i] *Interrogare noluimus*] Hocce facturum aperte indicat.

[*p.* 279.] nimirum illud, in quo ea, quæ dicuntur a testibus, conjectura et cogitatione[13] traduntur, quanta auctoritate, quanta animi æquitate, quanto pudore, quanta fide, quanta religione, quanto studio existimationis bonæ, quanta cura, quanto timore dicantur.[14] VII. An vero vos id[a] in testimoniis hominum barbarorum dubitabitis,[15] quod persæpe, et nostra et patrum memoria, sapientissimi judices de clarissimis nostræ civitatis viris dubitandum non putaverunt? qui Cn. et Q. Cæpionibus,[k] L. et Q. Metellis[l] testibus in Q. Pompeium,[m] hominem novum, non crediderunt; quorum virtuti, generi, rebus gestis, fidem et auctoritatem in testimonio, cupiditatis atque inimicitiarum suspicio derogavit.[b] 14. Ecquem[16] hominem vidimus, ecquem vere[17] commemorare possumus parem consilio, gravitate, constantia, ceteris virtutibus, honoris, ingenii, rerum gestarum ornamentis, M. Æmilio Scauro[n] fuisse?[18] tamen hujus, cujus injurati[o] nutu prope terrarum orbis regebatur, jurati[p] testimonio, ne-

[a] *De eo faciendo.* [b] *De virtute, &c. diminuit.*

[c]*es.* Faërni Ms. Lamb. Græv. Beck. Schutz. et Orell. *judici.*—13 Faërni Ms. Franc. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *conjecturæ et cogitationi.* Pro *traduntur* Gulielm. voluit *trahuntur*, et Ern. *tractantur.*—14 S *judicantur.*

CAP. VII. 15 Franc. *dubitatis.*—16 H *Quem:* S *Nec quem.*—17 Schutz. e conj. Gulielmii *vero.* Grut. mavult *fere.*—18 Lamb. *fuisse* omittit. Vocem *hujus* ante *jurati* transponend. censebat Ern. Pro *hujus* Schutz. conj. *ejus*

NOTÆ

[k] *Cn. et Q. Cæpionibus*] Uterque Cæpio, iisdem natus parentibus, ad summos honores per eosdem gradus pervenit: cum autem illi Q. Pompeium Nepotem, qui primus ex gente Pompeia consulatum adeptus est, repetundarum accusarent, et acerrime contra eum testimonium dicerent, tamen absolutus est.

[l] *L. et Q. Metellis*] Metelli consulares ambo fuerunt, et unus triumphalis.

[m] *In Q. Pompeium*] Pompeius orator fuit satis laudatus, qui sine ulla majorum suorum commendatione summos honores adeptus est. Uterque Metellus frustra eum repetundarum reum opprimere conati sunt.

[n] *M. Æmilio Scauro*] Marcus ille Scaurus, cujus pater carbonariam exercuit, nullo præsidio fortunæ, sed eloquentiæ tantum, summos magistratus obtinuit, et senatus princeps factus est.

[o] *Injurati*] Injuratus dicitur, quia senatores sine juramento sententiam dicebant.

[p] *Jurati*] Id est, testis, quia testes jurabant testimonium laturi; et quia ille contra duos cives testari volebat, propterea eum juratum dicit Cicero.

que in C. Fimbriam,[q] neque in C. Memmium[r] creditum est. Noluerunt ii, qui judicabant, hanc patere inimicitiis viam, quem quisque odisset, ut eum testimonio posset[19] tollere. Quantus in L. Crasso[s] pudor fuerit, quod ingenium, quanta auctoritas, quis ignorat? tamen is, cujus etiam sermo testimonii auctoritatem habebat, testimonio ipso, quæ in M. Marcellum[t] inimico animo dixit, probare non potuit. 15. Fuit, fuit[20] illis judicibus divinum ac singulare, judices, consilium, qui se non solum de reo,[1] sed etiam de accusatore, de teste judicare arbitrabantur, quid fictum,[u] quid a[2] fortuna ac tempore allatum, quid pretio corruptum, quid spe aut metu depravatum, quid a cupiditate aliqua aut inimicitiis profectum videretur. Quæ si judex non amplectetur omnia consilio, non animo ac mente circumspiciet; si, ut quidque[3] ex illo loco[x] dicetur, ex oraculo aliquo[y] dici arbitrabitur; profecto satis erit, id quod dixi antea, non surdum judicem huic muneri atque officio[z] præesse. Nihil erit, quamobrem ille, nescio quis, sapiens homo, ac multarum rerum peritus, ad res judicandas requiratur. VIII. 16. An

legend.—19 H et S *possit*.—20 In iisdem Mss. semel tantum ponitur *fuit*.—1 Post *de reo* Faërni Ms. Ven. 1483. Junt. addunt *judicium*. Mox Græv. malnit *et de teste*, prob. Ern.—2 Faërni Ms. et edd. ante Lamb. omittunt præpositionem.—3 S *si ubi quicquid*: H *si quicquam*: edd. vett. *si quicquid*.

NOTÆ

[q] *In C. Fimbriam*] Fimbria fuit consularis et orator; cujus orationes se puerum legisse Cicero ait lib. III. de Orat.

[r] *In C. Memmium*] Hunc Memmium candidatum consulatus Saturninus tribunus plebis interfecit, quod adversaretur suis actionibus.

[s] *In L. Crasso*] Crassus in foro tantum excelluit, quantum in senatu Æmilius Scaurus, ut refert Val. Max. Cicero in Claris Oratoribus plura in ejus commendationem scripsit.

[t] *In M. Marcellum*] De Marcello scribit Cic. in Claris Orat. adolescentulum maxime studiis fuisse deditum. Is in Achaia et Græcia prætor fuit.

[u] *Quid fictum*] Quid ab accusatore vel testibus diceretur, examinabant non solum sapientes judices; sed omnes etiam alias circumstantias, ex quibus constare accusatio poterat.

[x] *Ex illo loco*] Locum a testibus indicat.

[y] *Ex oraculo aliquo*] Id est, tanquam verissime ab aliquo oraculo diceretur.

[z] *Atque officio*] Judicandi.

vero illi equites Romani,[a] quos nos vidimus, qui nuper in republica judiciisque maximis[c] floruerunt, habuerunt tantum animi, tantum roboris, ut M. Scauro testi non crederent; vos Volcarum[4 b] atque Allobrogum testimoniis non credere[5] timetis? Si inimico testi credi non oportuit, inimicior[6] Marcello[c] Crassus, aut Fimbriæ Scaurus ex civilibus studiis, atque obtrectatione[d] domestica; quam huic Galli? quorum, qui optima[7] in causa sunt,[d] equites, frumentum, pecuniam semel atque iterum, ac sæpius invitissimi, dare coacti sunt; ceteri, partim ex veteribus bellis agro mulctati, partim ab hoc ipso bello superati et oppressi. 17. Si, qui ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid dicere videntur, iis credi non convenit; credo majus emolumentum Cæpionibus et Metellis propositum fuisse ex Q. Pompeii damnatione, cum studiorum suorum obtrectatorem[e] sustulissent, quam cunctæ Galliæ ex M. Fonteii calamitate;[f] in qua illa provincia prope suam immunitatem ac libertatem positam esse arbitratur.

An, si homines ipsos[e] spectare convenit (id quod in teste

[c] *Publicis.* [d] *Invidia.* [e] *Æmulum.* [f] *Damnatione.*

CAP. VIII. 4 *Belgarum* H S et edd. ante Lamb. qui cum Faërni Ms. dedit *Vulgarum.* Grut. Oliv. Lall. *Volgarum:* ceteri *Volcarum.*—5 *Non credere* in H desunt. Orell. conj. *timebitis* legend.—6 H S *inimicitior.*—7 Iidem *optimi.*—

NOTÆ

[a] *Equites Rom.*] Romuli instituto ad solos senatores judicia pertinebant; sed quia corruptissime judicabant, Sempronius Gracchus legem tulit, ut equites Rom. soli hoc munere fungerentur. Annos fere 50. judicarunt; sed victor Sylla solis senatoribus judicia restituit: ac tandem Aurelius Cotta prætor legem tulit, ut senatores, equites, et tribuni ærarii simul judicarent.

[b] *Volcarum*] Legunt aliqui *Belgarum;* sed nondum in Romanorum potestatem venerant. Volcæ vero populi Allobrogibus finitimi fuerunt.

[c] *Inimicior Marcello, &c.*] Id est, Crassi testimonio in Marcellum fides adhibita non est, inter quos leves inimicitiæ intercedebant; at inter Gallos et Fonteium sunt gravissimæ.

[d] *Optima in causa sunt*] Id est, qui melius parent pop. Rom. legibus et imperiis.

[e] *An si homines ipsos*] Ait quod si testes contra Fonteium, et pro Fonteio inter se conferendi sint, vel amplissimus totius Galliæ præ infimo cive Romano non sit audiendus.

profecto valere plurimum debet); non modo cum summis civitatis nostræ viris, sed cum infimo cive Romano quisquam amplissimus Galliæ comparandus est? Scit Indutiomarus,[8 f] quid sit testimonium dicere? movetur eo timore, quo nostrum unusquisque, cum in eum locum productus est? IX. 18. Recordamini, judices, quantopere laborare soleatis, non modo quid dicatis pro testimonio, sed etiam, quibus verbis utamini, ne quod minus moderate positum, ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur: [*p.* 280.] vultu, denique, laboratis, ne qua significari possit suspicio cupiditatis; ut et, cum proditis, existimatio sit quædam tacita de vobis pudoris ac religionis;[g] et, cum disceditis, ea[h] diligenter conservata ac retenta videatur. 19. Credo, hæc eadem Indutiomarum[9] in testimonio timuisse aut cogitasse; qui primum illud verbum consideratissimum nostræ consuetudinis, 'Arbitror,'[i] quo nos etiam tunc utimur, cum ea dicimus jurati, quæ comperta habemus, quæ ipsi vidimus, ex toto testimonio suo sustulit, atque omnia se scire dixit. Verebatur[k] enim videlicet, ne quid apud vos populumque Romanum de existimatione sua deperderet; ne qua fama consequeretur ejusmodi, Indutiomarum, talem virum, tam cupide, tam temere dixisse. Non intelligebat,[l] se in testimonio nihil præter vocem et os et audaciam neque civibus suis, neque accusatoribus nostris præstare debere. 20. An vero, istas nationes religione jurisjurandi[10] ac metu Deorum immortalium in testimoniis

8 Al. *Induciomarus.*
CAP. IX. 9 *Indutiomarum* in S deest.—10 Edd. vett. *jusjurandi.*

NOTÆ

[f] *Indutiomarus*] Princeps Trevirorum fuit Indutiomarus, qui a C. Cæsare victus et interfectus est.

[g] *Religionis*] Religione testes tenebantur propter jusjurandum.

[h] *Ea*] Scilicet existimatio.

[i] *Arbitror*] Qui testimonium dicebant, nunquam pronuntiabant se vidisse, sed tantum arbitrari se vidisse: de quo vide Cic. Acad. Quæst. l. II.

[k] *Verebatur*] Ironia: nam alii testes apud Romanos vereri solent; at nihil veretur plane Fonteii accusator Indutiomarus.

[l] *Non intelligebat*] Ironia: intelligebat enim optime se, et suis qui contra Fonteium Romam venerant, et accusatoribus Fonteii facturum

dicendis commoveri, arbitramini, quæ tantum a ceterarum gentium more ac natura dissentiunt? quod ceteræ pro religionibus suis bella suscipiunt, istæ contra omnium religiones; illæ in bellis gerendis ab Diis[m] immortalibus pacem ac veniam[g] petunt, istæ cum ipsis Diis immortalibus bella gesserunt. X. Hæ sunt nationes, quæ quondam tam longe ab suis sedibus, Delphos usque,[n] ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vexandum ac spoliandum profectæ sunt. Ab iisdem gentibus[11] sanctis,[o] et in testimonio religiosis, obsessum Capitolium[p] est, atque ille Jupiter,[q] cujus nomine[r] majores nostri vinctam[12] testimoniorum fidem[s] esse voluerunt. 21. Postremo his quicquam sanctum ac religiosum videri potest, qui, etiamsi quando aliquo metu adducti Deos placandos esse arbitrantur,[13] humanis hostiis[t] eorum aras ac templa funestant?[h] ut ne religionem quidem colere possint, nisi eam[14] prius scelere

[g] *Favorem et auxilium.* [h] *Polluunt cæde.*

Cap. X. 11 H *Ab istis gentibus.*—12 *Cujus nomine . . . sanctam* edd. vett. *cujus numine . . . sanctam* duo Mss. Pariss. cum Lall. et Beck. Vid. Nott. Varr. —13 Faërni Ms. *arbitrabantur.*—14 Post *eam* Faërni Ms. et edd. ante Grut. cum

NOTÆ

esse satis, si vocem, os, et audaciam ad testimonium dicendum attulisset.

[m] *Illæ in bellis gerendis ab Diis*] Valerius Max. l. II. tradit, quod nihil tum publice, tum privatim gerebatur, quin auxilium prius a Diis peterent.

[n] *Delphos usque*] Templum Apollinis Delphicum celeberrimum fuit in toto mundo, et opulentissimum. Galli spe prædæ, duce Brennio, huc profecti sunt, sed illud vix ingressus in se manus vertit. Vide Livium lib. XLIX. et Strab. lib. IV.

[o] *Gentibus sanctis*] Ironia.

[p] *Obsessum Capitolium*] Urbs Roma a Gallis Senonibus capta est, et obsessum ab iis Capitolium. Trita est historia.

[q] *Ille Jupiter*] Capitolinus videlicet, quia in Capitolio colebatur.

[r] *Cujus nomine*] Aulus Gellius lib. I. ait jusjurandum per Jovem lapideum sanctissimum fuisse. Judices vero et testes, Asconio Pediano referente, in leges jurare soliti sunt.

[s] *Testimoniorum fidem*] Apud Romanos Dea Fides summa religione culta est. Hæc Jovis simulacro vicina fuit in Capitolio.

[t] *Humanis hostiis*] Consentit Ciceroni Cæsar: nam de Bello Gall. lib. VI. sic de eorum religione loquitur: 'Natio est Gallorum omnium admodum dedita religionibus: atque ob eam causam qui sunt affecti gravioribus morbis, quique in præliis periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant, aut, se immolaturos

violarint. Quis enim ignorat, eos usque ad hanc diem[u] retinere illam immanem ac barbaram consuetudinem hominum immolandorum? Quamobrem, quali fide, quali pietate existimatis esse eos,[15] qui etiam Deos immortales arbitrentur hominum scelere et sanguine facillime posse placari? Cum his vos testibus[x] vestram religionem[16] conjungetis? ab his quicquam sancte aut moderate dictum putabitis? 22. Hoc vestræ mentes tam castæ, tam integræ sibi suscipient, ut, cum omnes legati nostri,[17] qui illo triennio[y] in Galliam venerunt, omnes equites Romani,[z] qui in illa provincia fuerunt, omnes negotiatores[a] ejus provinciæ, denique omnes, in Gallia qui sunt, socii[b] populi Romani atque amici, M. Fonteium incolumem esse cupiant, jurati[c] privatim et publice laudent; vos tamen Gallis credere malitis?[18] quid ut secuti esse videamini?[d] voluntatemne hominum? gravior igitur vobis erit hostium voluntas, quam civium? An dignitatem[19] testium? potestis igitur ignotos

Schutz. et Orell. habent *ipsam.*—15 Græv. *eos esse.*—16 H *nostram relig.* Pro *ab his* in H et S legitur *aut.*—17 H *vestri.*—18 Faërni Ms. Franc. Faërnus, Lamb. Grut. et Orell. *vos tamen cum Gallis jurare mal.* Pro *quid ut secuti* H habet *quidve secum.*—19 In H deest *dignitatem.*

NOTÆ

vovent, administrisque ad ea sacrificia Druidibus utuntur; quod vita hominis, nisi vita hominis reddatur, non posse Deorum immortalium numen placari arbitrantur; publicequ ejusdem generis habent instituta sacrificia.'

[u] *Usque ad hanc diem*] Hæc hominum immolandorum consuetudo ad Hadriani usque tempora servata est, ut scribit Eusebius lib. de Evangelica Præparatione.

[x] *Cum his vos testibus*] Inquirit a judicibus, an secundum illarum gentium testimonium illi, qui juraverunt, sententiam suam ferant.

[y] *Illo triennio*] Prætores unum quidem annum provincias regebant; sed ad tres fere semper prorogabatur eorum imperium.

[z] *Equites Romani*] Publicanos significat, qui in Galliam merces facturi venerant.

[a] *Negotiatores*] Cives Romani in illis provinciis negotiabantur.

[b] *Socii*] Narbonenses et Massilienses præcipue socii populi Romani fuerunt.

[c] *Jurati*] Qui testes erant, jurabant se veritatem in ferendo testimonio dicturos esse.

[d] *Quid ut secuti esse videamini*] Quærit a judicibus an fidem potius Gallis sint habituri qui perniciem Fonteio machinantur, quam sociis et civibus Romanis, qui publice eum laudant.

notis, iniquos æquis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis, mercenarios[e] gratuitis,[f] impios religiosis, inimicissimos huic imperio ac nomini, bonis ac fidelibus et sociis et civibus anteferre?

XI. 23. An vero dubitatis, judices, quin insitas[i] inimicitias istæ gentes omnes et habeant et gerant cum populi Romani nomine? Sic existimatis eos hic sagatos[g] bracatosque[h] versari, animo demisso atque humili, ut solent ii, qui affecti injuriis[i] ad opem judicum supplices inferioresque confugiunt? Nihil vero minus. Hi contra vagantur læti atque erecti[20] passim toto foro, cum quibusdam minis[1] et barbaro[k] atque immani terrore verborum: [*p.* 281.] quod ego profecto non crederem, nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus vobiscum simul, judices, audissem: cum præciperent,[1] ut caveretis, ne, hoc absoluto, novum aliquod bellum Gallicum concitaretur. 24. Si M. Fonteium, judices, in causa deficerent omnia; si turpi adolescentia, vita infami, magistratibus, quos ante oculos vestros gessit,[2]

[i] *Naturales.*

CAP. XI. 20 Faërni Ms. *recti.*—1 Schutz. conj. legend. *cum vanis quibusdam minis.* Mox H *inani terrore.*—2 Grut. e sua Hotomannique conjectura post *gessit* addidit *male gestis, legationibus flagitiose obitis;* et sic Græv.

NOTÆ

[e] *Mercenarios*] Mercenarius dicitur, qui aliquid quæstus causa facit.

[f] *Gratuitis*] Gratuitos appellat, qui sine spe quæstus aut lucri aliquid præstant.

[g] *Sagatos*] Sagum, Nonio teste, militare vestimentum est, quo vulgo olim Galli utebantur, quod primum a Massiliensibus, a voce Græca σάγος, Vossius dictum putat. Isidorus vero lib. XIX. cap. 24. Latinos sagi nomen a Gallis accepisse commemorat.

[h] *Bracatos*] Bracæ erant vestes, quibus Narbonenses Galli, vel Transalpini, utebantur, Isidoro teste lib. XIX. cap. 22. Vestis genus est brevius, a voce Græca βρακὺς, quo et usi sunt Persæ, ut ipsis tribuit Ovid. Trist. v. 2. Diodorus vero lib. VI. de Brachis et Sagis, scribit vestes ad terrorem intonsas, ac varii coloris fuisse scribit.

[i] *Affecti injuriis*] Qui a prætore, vel ab aliis magistratibus qui provinciam administraverant, affecti fuerant injuriis, supplices Romam veniebant.

[k] *Barbaro*] Non culto et polito sermone, sed Latino partim et Gallico utebantur; qui, quia mixtus erat, barbarus Romæ videbatur.

[1] *Cum præciperent*] Invidiam auget, quia tantum abest ut supplices de Fonteio conquerantur, ut etiam minas superbe Romanis intentent, ac bellum, si absolvatur, denuntiare videantur.

convictus[m] virorum bonorum testimoniis, invisus suis omnibus, in judicium vocaretur; si in eo judicio colonorum populi Romani Narbonensium, fidelissimorum sociorum Massiliensium, civium Romanorum omnium testimoniis tabulisque premeretur; tamen esset vobis magnopere providendum, ne, quos ita afflictos a vestris patribus majoribusque accepissetis, ut contemnendi essent, eos pertimuisse et eorum minis et terrore commoti esse videremini. 25. Nunc vero, cum lædat[k] nemo bonus, laudent omnes vestri cives atque socii; oppugnent ii, qui sæpissime hanc urbem et hoc imperium oppugnarunt; cumque inimici M. Fonteii vobis ac populo Romano minentur; amici ac propinqui supplicent vobis; dubitabitis,[3] non modo vestris civibus, qui maxime gloria ac laude ducuntur, verum etiam exteris nationibus ac gentibus ostendere, vos in sententiis ferendis civi parcere, quam hosti cedere[4] [l] maluisse? XII. 26. Magna, mehercule[5] causa, judices, absolutionis cum ceteris causis hæc est, ne qua insignis huic imperio macula atque ignominia suscipiatur,[m] si hoc ita perlatum erit[6] in Galliam, senatum, equitesque populi Romani, non testimoniis Gallorum, sed minis commotos, rem ad illorum libidinem[n] judicasse. Ita vero, si illi bellum facere conabuntur, excitandus nobis erit ab inferis C. Marius,[n] qui

[k] *Vituperet.* [l] *Obtemperare.*
[m] *Ne imperium hoc notetur aliqua infami macula et ignominia.*
[n] *Voluntatem.*

Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. Pro *convictus* Ms. Franc. Faërni Ms. et edd. vett. habent *convictis:* Junt. *conjunctis.* Pro *obitis* in S *datis.* Dein *invitus* Faërni Ms. et Junt. *invitis* H S; et sic edd. pr. vel *in vitiis.* Schutz. conj. legend. *invisus sociis omnibus.* Vid. Nott. Varr.—3 H *dubitatis.*—4 Ms. quidam *credere.*

CAP. XII. 5 Al. *mehercules.*—6 Ern. mavult *perlatum sit,* vel *perl. fuerit.* Pro *senatum* in H S, Faërni Ms. et edd. vett. *senatus;* unde e conj. Faërni

NOTÆ

[m] *Convictus*] Convictus sceleris, vel scelere, vel de scelere, a Latinis dicitur.

[n] *C. Marius*] Marius quartum consul Ambronum Teutonumque gentem, quæ in Italiam irruptionem fecerat, debellavit. Hac victoria exaudita Romæ, quintum absens consul creatus est; et consul Catulo bellum contra Cimbros gerenti auxilium tulit, et vicit.

Indutiomaro isti, minaci atque arroganti, par in belligerando[7] esse possit; excitandus Cn. Domitius[o] et Q.[8] Maximus,[p] qui nationem Allobrogum et reliquas suis iterum armis conficiat atque opprimat; aut,[9] quoniam id quidem non potest, orandus erit nobis amicus meus, M. Plætorius,[q] ut suos novos clientes a bello faciendo deterreat, ut eorum iratos animos atque horribiles impetus deprecetur:[o] aut, si non poterit, M. Fabium[r] subscriptorem[s] ejus rogabimus, ut Allobrogum animos mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen est amplissimum; ut velint[10] isti aut quiescere (id quod victi ac subacti solent); aut, cum minantur, intelligere, se populo Romano[11] non metum belli, sed spem triumphi ostendere.

27. Quodsi in turpi reo[p] patiendum non esset, ut quicquam isti se minis profecisse arbitrarentur; quid faciendum vobis in M. Fonteio arbitramini? de quo homine, judices,[12] (jam enim mihi videor hoc, prope causa duabus actionibus[t] perorata, debere dicere) de quo vos homine, ne ab inimicis quidem ullum fictum[13] probrosum non modo crimen, sed ne maledictum[u] quidem audistis. Ecquis[14] unquam reus,

[o] *Avertat.* [p] *Flagitio.*

senatores dederunt Lamb. Græv. et Lall.—7 Faërni Ms. *belligerendo:* unde Faërnus *bello gerendo.*—8 Mss. nonnulli et edd. vett. omittunt prænomen. Tum Edd. ante Lamb. cum Græv. *reliquias.*—9 *Aut* in H deest; et pro *quidem* H S habent *quod.* Lamb. vel *ut pote est* scribi, vel post *potest* addi vult *fieri.*—10 H S, Faërni Ms. et Ven. 1483. *volunt,* omisso *ut.*—11 H *populum Romanum.*—12 *Judices* non est in Faërni Ms. Mox H caret *hoc.*—13 Ern. censet *fictum* delend. esse, aut certe post *crimen* ponend. Schutz. conj. legend. *ullum*

NOTÆ

[o] *Cn. Domitius*] Cum Arvernis bellum gessit Domitius.

[p] *Et Q. Maximus*] Cum Allobrogibus signa contulit Maximus.

[q] *Plætorius*] Plætorius Fonteium accusavit.

[r] *M. Fabium*] Sylvius credit hic intelligi Q. Fabium, quem Sallustius in Bello Catil. Sangam appellat.

[s] *Subscriptorem*] Subscriptor is dicitur, qui accusatorem adjuvat; vel qui assumitur, ut non facile accusator corrumpatur.

[t] *Duabus actionibus*] Bis hæc causa acta est.

[u] *Maledictum*] Maledictum est crimen vitæ anteactæ objectum ab accusatore, sed quod non est causæ proprium; si autem illud petulantius jactatum est, convicium appellatur.

præsertim in hac vitæ ratione [x] versatus, in honoribus petendis,[q] in potestatibus,[y] in imperiis [z] gerendis, sic accusatus est, ut nullum probrum, nullum facinus, nulla turpitudo, quæ a libidine, aut a petulantia, aut ab audacia nata esset, ab accusatore objiceretur, si non vera, attamen ficta [15] cum aliqua ratione ac suspicione? XIII. 28. M. Æmilium Scaurum,[a] summum nostræ civitatis virum, scimus accusatum a M. Bruto.[b] Extant orationes, ex quibus intelligi potest, multa in illum ipsum Scaurum esse dicta: falso; quis negat? [16] verumtamen ab inimico dicta et objecta. Quam multa M' Aquillius [17] [c] audivit in suo judicio! quam multa L. Cotta![d] denique P. Rutilius;[e] qui, etsi damnatus est, mihi videtur tamen inter viros optimos atque innocentissimos esse numerandus. [*p.* 282.] Ille igitur ipse homo sanctissimus ac temperantissimus [18] multa audivit in sua causa, quæ ad suspicionem stuprorum, ad libidinem [19] pertinerent. 29. Extat oratio hominis (ut opinio mea fert)

[q] *In magistratibus.*

non modo fict. probr. crimen.—14 H S *Quis.*—15 Faërni Ms. *ut deficta:* Lamb. *attamen conficta.*

CAP. XIII. 16 H *ignorat.*—17 Al. *M. Aquillius.*—18 H *temperatissimus.*—19 Naug. Manut. Lall. *ac libidinem:* Græv. et Oliv. e conj. Faërni *ac libidi-*

NOTÆ

[x] *Vitæ ratione*] Nemo unquam provinciam administravit, quin ipsi postea aliquod crimen objectum sit.

[y] *In potestatibus*] Dicuntur minores magistratus esse in potestate, quales sunt quæstores, tribuni ærarii, militares, triumviri capitales, &c.

[z] *In imperiis*] In imperiis dicuntur esse majores magistratus, quales sunt dictatores, consules, prætores, et tribuni plebis.

[a] *Æmilium Scaurum*] Scaurus is est, cujus ob recentem memoriam, Scaurus filius repetundarum reus absolutus est. Vide Val. Max. lib. VIII.

[b] *A M. Bruto*] Brutus fuit accusator vehemens et importunus, qui sic multum ab avorum gloria degeneravit. Hunc notat Cic. de Offic. l. II.

[c] *M' Aquillius*] Aquillius vir fuit consularis repetundarum accusatus: pro quo, cum peroraret Antonius, tunicam ejus discidit, ut vulnerum cicatrices ostenderet, quæ pro repub. defendenda receperat.

[d] *L. Cotta*] Cotta a Pub. Africano in judicium vocatus est, et absolutus, ne tanti viri auctoritate opprimi videretur.

[e] *P. Rutilius*] Rutilius C. Marii proconsulis legatus fuit, qui cum Asiam a publicanorum injuriis liberasset, ab iisdem accusatus repetundarum, damnatus præter omnem æquitatem in exilium abiit equitum factionibus, e quibus et publicani et judices tum assumebantur.

nostrorum hominum longe ingeniosissimi atque eloquentissimi, C. Gracchi:[f] qua in oratione permulta in L. Pisonem turpia ac flagitiosa dicuntur. At in quem virum? qui tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi[g] nominaretur: quem cum in concionem Gracchus vocari juberet, et viator[h] quæreret, quem Pisonem? quod erant plures; 'Cogis me,' inquit, 'dicere inimicum meum, Frugi.' Is igitur vir, quem ne inimicus quidem satis in appellando significare poterat, nisi ante laudasset; qui uno cognomine declarabatur, non modo quis esset, sed etiam qualis esset; tamen in falsam atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur. 30. M. Fonteius ita duabus actionibus accusatus est, ut objectum[20] nihil sit, quo significari vestigium libidinis, petulantiæ, crudelitatis, audaciæ possit: non modo nullum facinus hujus protulerunt, sed ne dictum quidem aliquod reprehenderunt. XIV. Quodsi, aut quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendum licentiam, tantum haberent aut[1] ad ementiendum animi, aut ad fingendum ingenii; non meliore fortuna ad probra non audienda[2] Fonteius, quam illi, de quibus antea commemoravi, fuisset. Frugi igitur hominem, judices, frugi, inquam, et in omnibus vitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officii,

num.—20 Lamb. mavult *ut ei obj.*

CAP. XIV. 1 Franc. non habet *aut* ante *ad ement.*—2 H et edd. vett. *nunc*

NOTÆ

[f] *C. Gracchi*] Gracchus præstanti fuit vir ingenio, cujus eloquentia passim a Cicerone in Oratore laudatur.

[g] *Frugi*] Plerisque videtur hæc dictio indeclinabilis: quidam figurate dativum esse putant, ut sit 'homo frugi,' id est, ad frugem, ut ait Priscianus lib. IV. nam vetustissimi, inquit lib. V. 'frux' et 'fruges' nominativum protulerunt.

[h] *Viator*] Viatores dicebantur, qui plebem submovebant tribunis plebis euntibus; sic dicti, quod olim, cum homines soliti erant rusticari, crebrior eorum erat opera in via quam in urbe, et quod vocati a magistratibus, frequentes in viis ad urbem essent.

plenum religionis, videtis positum in vestra fide ac potestate; atque ita, ut commissus sit fidei, permissus potestati.

31. Videte igitur, utrum sit æquius, hominem honestissimum, virum fortissimum, civem optimum, dedi inimicissimis atque immanissimis nationibus,[i] an reddi amicis; præsertim cum tot res sint, quæ vestris animis pro hujus innocentis[3] salute supplicent: primum generis antiquitas, quam Tusculo, ex clarissimo municipio profectam, in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus; tum autem continuæ præturæ,[k] quæ et ceteris ornamentis, et existimatione innocentiæ maxime floruerunt; deinde recens memoria parentis,[l] cujus sanguine non solum Asculanorum manus, a qua interfectus est, sed totum illud sociale bellum[m] macula sceleris imbutum[r] est; postremo ipse, cum in[4] omnibus vitæ partibus honestus atque integer, tum in re militari cum summi consilii[n] et maximi animi, tum vero usu quoque bellorum gerendorum in primis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitatus.[5] XV. 32. Quare si etiam monendi estis, judices, a me, quod non estis,[6] videor hoc leviter pro mea auctoritate vobis præcipere posse, ut ex eo genere homines, quorum cognita virtus, industria, felicitas

[r] *Infectum.*

aud. Mox *fuissent* H.—3 In Franc. deest *innocentis.*—4 H et S omittunt *in* ante *omnibus.* Mox *maxime animi* H.—5 Edd. ante Lamb. *exercitus.*

CAP. XV. 6 *Mon. estis a me, jud., quod non estis* Faërni Ms. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. et Orell. *mon. estis a me, quod non estis, jud.* Ven. 1483. Junt.

NOTÆ

[i] *Immanissimis nationibus*] De Gallis loquitur.

[k] *Continuæ præturæ*] Proavus, avus, et pater Fonteii gesserunt prætura.

[l] *Memoria parentis*] Cum omnes fere Italiæ civitates ad bellum pop. Rom. inferendum sese compararent, et obsides inter se darent, Servilius ea de re admonitus Asculum profectus est: et cum Asculanos impensius exoraret, qui diem festum celebrabant, ab iis una cum Fonteio legato suo interfectus est. Ita Asconius, Florus, et Livius.

[m] *Sociale bellum*] Quia cum sociis et Italicis gestum est illud bellum, sociale nuncupatum est.

[n] *Summi consilii*] Virtutes enumerat dignas imperatore; consilium scilicet, virtutem seu fortitudinem, et exercitationem seu usum.

in re militari sit, diligenter vobis retinendos existimetis. Fuit enim major talium virorum in hac republica copia; quæ cum esset, tamen eorum non modo saluti, sed etiam honori consulebatur. Quid nunc vobis faciendum est, studiis militaribus apud juventutem obsoletis;[s] hominibus autem[7] ac summis ducibus[t] partim ætate, partim civitatis discordiis[u] ac[8] reipublicæ calamitate consumtis? cum tot bella aut a nobis necessario suscipiantur, aut subito atque improvisa[9] nascantur? [*p.* 283.] nonne et hominem ipsum ad dubia reipublicæ tempora reservandum, et ceteros studio laudis ac virtutis inflammandos putatis? 33. Recordamini,[o] quos legatos nuper in bello[10] L. Julius, quos P. Rutilius, quos L. Cato, quos Cn. Pompeius[p] habuerit. Scietis fuisse tum M. Cornutum,[q] L. Cinnam, L. Sullam, prætorios homines, belli gerendi peritissimos; præterea C. Marium, P. Didium, Q. Catulum, P. Crassum, non literis homines ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis ac victoriis eruditos. Age vero, nunc inserite[11 r] oculos in curiam, introspicite penitus in omnes reipublicæ partes: utrum videtis nihil posse accidere, ut tales viri desiderandi sint?[12] an, si acciderit, eorum hominum copia populum Romanum abundare? Quæ si diligenter attendetis, profecto, judices, virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad

[s] *Neglectis.* [t] *Optimis imperatoribus.* [u] *Bellis civilibus.*

Crat. Cam. Schutz.—7 Franc. *aut claris hom.* unus Paris. *claris aut hom.* Græv. et Lall. *claris autem hom.* Vid. Nott. Varr.—8 Nonnullæ edd. *hac.*—9 Lamb. *improviso*, prob. Orell.—10 Post *bello* Hotom. addi voluit *sociali.*—

NOTÆ

[o] *Recordamini*] Bellum illud sociale tres annos duravit, in quo ceciderunt L. Julius Cæsar, C. Cæsaris oratoris frater; P. Rutilius illius collega, et L. Porcius Cato, collega Pompeii, consules illi: isti legati, Q. Cæpio, A. Postumius Albinus, Sulpicius, et Gabinius. Vide Florum et Livium.

[p] *Cn. Pompeius*] Magni Pompeii pater.

[q] *M. Cornutum, &c.*] Qui tres erant legati prætorii.

[r] *Age vero, nunc inserite*] Nota quod vox hæc *age* cum imperativo numeri pluralis sæpe ponatur a Cicerone. Sic in Orat. pro Mil. 'Age nunc iter expediti latronis cum Milonis impedimentis considerate.' In numero plurali etiam cum alio plurali ponitur. Sic Virg. Æn. v. 'Ergo agite, et cuncti lætum celebremus honorem.'

usum ac disciplinam peritum, ad consilia prudentem, ad casum fortunamque felicem, domi vobis ac liberis vestris retinere, quam inimicissimis populi Romani[13] nationibus et crudelissimis tradere et condemnare[14] maletis.

XVI. 34. At infestis[15] prope signis[s] inferuntur Galli in Fonteium, et instant atque urgent summo cum studio, summa cum audacia. Nos vero, judices, non[16] et multis et firmis præsidiis, vobis adjutoribus, isti immani atque intolerandæ barbariæ resistemus? Primum objicitur[17] contra istorum impetus Macedonia,[t] fidelis et amica populo Romano provincia; quæ cum se ac suas urbes[18] non solum consilio, sed etiam manu Fonteii conservatam esse dicat,[19] ut illa per hunc a Thracum adventu ac depopulatione defensa fuit,[20] sic ab hujus nunc capite Gallorum impetus terroresque depellit.[1] 35. Constituitur ex altera parte ulterior Hispania, quæ profecto non modo religione sua resistere istorum cupiditati potest, sed etiam sceleratorum hominum perjuria testimoniis ac laudationibus suis refutare. Atque ex ipsa etiam Gallia fidelissima et gravissima auxilia sumuntur. Venit huic subsidio, misero atque innocenti, Massiliensium[2] cuncta civitas, quæ non solum ob eam causam laborat, ut huic, a quo ipsa servata est, parem

11 Nonnullæ edd. vett. *inferte*.—12 *Sint* non est in H.—13 Pro *populi Romani*, H S, Faërni Ms. Ven. 1483. Junt. Crat. *reipublicæ* habent.—14 Lamb. Lall. et Schutz. e conj. Faërni *condonare*, prob. Græv. Vid. Nott. Varr.

CAP. XVI. 15 H S *An inf.* Pro *inferuntur* Franc. exhibet *instruuutur*.—16 In edd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Manut. Lamb. *non* omittitur, et sententia est affirmativa, puncto post *resistemus* posito. Mss. H S omittunt *vero judices*. In Faërni Ms. *Video jud. c.* (sic): Ms. Franc. similiter, nisi quod illud *c.* et sequentes voces *non et* omisit. Hinc Græv. dedit *Video judices. Nos et mult.* Schutz. *Video. Nos vero, judices, non et mult.* Orell. qui h. l. corruptum censet, edidit *Video. Nos vero, judices et multis.* Ceteri ut Ern. Mavult Garaton. *Video, judices. Nos vero et mult.* aut *Video: nos vero jud.*—17 Ms. Lamb. *obicitur*.—18 Pro *suas urbes* in H *suos* legitur.—19 Idem Ms. *dicant*.—20 H S, Faërni Ms. et nonnullæ edd. vett. *defensa*, omisso *fuit*. Lamb. Schutz. et Orell. e conj. Faërni ediderunt *defensa est*.—1 H *depellat*.—

NOTÆ

[s] *Infestis signis*] Metaphora a re bellica. Infestus vero dicitur, qui opprimere aliquem studet, festinatque. Nigidius apud Gellium ait a festinando infestum dici.

[t] *Macedonia*] Ex his verbis conjicitur, quod in illis provinciis, Macedonia et Hispania, legationes obierit Fonteius.

gratiam referre videatur; sed etiam, quod ea conditione atque eo fato se in his terris[3] collocatam esse arbitratur, ne quid nostris hominibus illæ gentes[4] nocere possint. 36. Pugnat[5] pariter pro salute M. Fonteii Narbonensis colonia, quæ per hunc ipsa nuper[6] obsidione hostium liberata, nunc ejusdem miseriis ac periculis commovetur. Denique, ut oportet bello Gallico,[u] ut majorum jura moresque præscribunt, nemo est civis Romanus, qui sibi ulla excusatione utendum putet. Omnes illius provinciæ publicani, agricolæ, pecuarii, ceteri negotiatores, uno animo M. Fonteium atque una voce defendunt. XVII. Quodsi tantas auxiliorum nostrorum copias Indutiomarus ipse despexerit, dux Allobrogum ceterorumque Gallorum; num etiam de matris hunc complexu,[x] lectissimæ miserrimæque fœminæ, vobis inspectantibus, avellet atque abstrahet? præsertim cum virgo Vestalis ex altera parte germanum fratrem complexa teneat, vestramque, judices, ac populi Romani fidem[z] imploret; quæ pro vobis liberisque vestris tot annos[y] in Diis immortalibus placandis occupata est, ut ea nunc pro salute sua fratrisque sui animos vestros placare possit. 37. Cui miseræ quod præsidium, quod solatium reliquum[7] est, hoc amisso? nam ceteræ fœminæ gignere ipsæ sibi præsidia, et habere domi fortunarum omnium socium participemque

[z] *Opem.*

2 Franc. *Venit hinc subs. nostro atque Massiliensium.*—3 Lamb. et Orell. *in iis terris.*—4 H S, Faërni Ms. Vict. Manut. Lamb. et Orell. *istæ gentes.*—5 H S, Faërni Ms. Ven. 1483. Junt. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *Propugnat.*—6 *Nuper* in H et S deest. S habet *ab obsidione.*

NOTÆ

[u] *Bello Gallico*] Tam formidabiles erant Romanis Galli, ut in lege de Vacatione Militiæ, quæ senibus et sacerdotibus permittitur, illud adderetur, dummodo bellum Gallicum non exoriatur; tum enim ne senes ipsi, et sacerdotes eximebantur.

[x] *De matris complexu*] Non putatur idcirco mater ejus, et soror Vestalis huic judicio affuisse; pudor enim et honestas a foro et a judiciis fœminas deterrebat: unde Calpurnia quædam male audiit apud Rom. quod venisset in forum, et se judiciis immiscuisset.

[y] *Tot annos*] Virgines Vestales decem primis annis ediscebant, decem aliis sequentibus ministrabant, ac decem tandem ultimis docebant: quibus expletis, eis nubere fas erat. Vide Plutarchum in Numa.

possunt: huic vero virgini, quid est, præter fratrem, quod aut jucundum aut carum esse possit? [*p.* 284.] Nolite[8] pati, judices, aras Deorum immortalium, Vestæque[z] matris, quotidianis virginis lamentationibus de vestro judicio commoveri.[9] Prospicite, ne ille ignis æternus, nocturnis Fonteiæ laboribus vigiliisque servatus, sacerdotis vestræ[10] lacrymis extinctus esse dicatur. 38. Tendit[11] ad vos virgo Vestalis manus supplices, easdem, quas pro vobis Diis immortalibus tendere consuevit. Cavete, ne periculosum superbumque sit, ejus vos obsecrationem repudiare, cujus preces si Dii aspernarentur, hæc salva esse non possent. Videtisne[12] subito, judices, virum fortissimum, M. Fonteium, parentis et sororis commemoratione lacrymas profudisse? Qui nunquam in acie pertimuerit, qui se armatus sæpe in hostium manum multitudinemque immiserit, cum in ejusmodi periculis eadem se solatia suis relinquere arbitraretur, quæ suus pater[a] sibi reliquisset; idem nunc perturbato[13] animo pertimescit, ne non modo ornamento et adjumento non sit suis, sed etiam cum acerbissimo luctu dedecus æternum miseris atque ignominiam relinquat. 39. O fortunam longe disparem, M. Fontei! si deligere potuisses, ut potius telis tibi Gallorum, quam perjuriis[y] intereundum esset. Tum[14] enim vitæ socia virtus,[z] mortis comes gloria fuisset: nunc vero qui est dolor, victoriæ te[15] atque imperii pœnas ad eorum arbitrium sufferre, qui aut

[y] *Falsis testimoniis.* [z] *Fortitudo.*

Cap. xvii. 7 H et S non habent *reliquum.*—8 H *Noli.*—9 S, Faërni Ms. Lamb. Græv. Beck. Schutz. et Orell. *commoneri.*—10 Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. Vict. Manut. *Vestæ.*—11 H et edd. ante Faërn. *Tendet.*—12 Faërni Ms. *possunt;* et H *Videte ne.*—13 Faërni Ms. et Orell. *conturbato.*—14 Franc. *Tuc:* unde Græv. et Ern. malunt *Tunc.*—15 H *victoria,* omisso *te:* Franc.

NOTÆ

[z] *Vestæque*] Vesta diu ante Romam conditam culta fuit in Italia, maxime a Tyrrhenis. Huic ignis sacer est, et a virginibus, quæ ob hoc Vestales dicuntur, custoditur. Si alicujus negligentia extingueretur, ea morte plectebatur: hic enim extinctus ignis imperii interituri prodigium a Rom. putabatur.

[a] *Quæ suus pater*] Asculi legatus pop. Rom. interfectus est Fonteii pater, ut jam dictum est § 31. not.

victi armis sunt, aut invitissimi paruerunt? A quo periculo defendite, judices, civem [16] fortem atque innocentem: curate, ut nostris testibus plus, quam alienigenis credidisse videamini; plus saluti civium, quam hostium libidini consuluisse; graviorem duxisse ejus obsecrationem, quæ vestris sacris præsit, quam eorum audaciam, qui cum omnium sacris delubrisque bella gesserunt. Postremo prospicite, judices, id quod ad dignitatem populi Romani [17] maxime pertinet, ut plus apud vos preces virginis Vestalis, quam minæ Gallorum valuisse videantur.

victoriæ tuæ, prob. Græv.—16 H et S *virum*.—17 Pro *populi Romani* H habet *reipublicæ*. Mox Franc. *ut potius apud vos*.

M. TULLII CICERONIS

PRO A. CÆCINA

ORATIO XII.

ARGUMENTUM.

M. Fulcinius Tarquiniensis Cæsenniæ uxori moriens usumfructum bonorum suorum legavit, ut frueretur una cum filio hærede instituto. Filio mortuo, et auctione bonorum instituta, fundum emere ex iis bonis de amicorum sententia constituit; idque negotium dat Sex. Æbutio, cui fundus Cæsenniæ pecunia emtus fuit addictus. Cæsennia post A. Cæcinæ nupsit, et moriens eum hæredem fecit. Quo facto Æbutius hunc fundum suum esse dixit; sua se sibi pecunia eum emisse, quod ex argentarii tabulis demonstrabat, qui auctioni interfuerat. Adjiciebat præterea, Cæcinam, quod Volaterranis esset a Sulla civitas ademta, non posse hæredem Cæsenniæ esse. Sed cum esset constitutum, qua die in rem præsentem venirent, ut Cæcina moribus, vi, sed civili, quotidiana, de fundo deductus interdictum a prætore postularet; Æbutius Cæcinam, fundum ingredi conantem, vera vi et solida, nempe armatis hominibus, per vim aditu prohibuit. Cæcina interdictum a prætore Dolabella impetravit de vi, armatis hominibus, ut, unde dejectus esset, eo restitueretur. Æbutius restituisse se (vim factam restituisse) dixit, h. e. non vi dejecisse, neque adeo restitutione opus esse. In eo sponsio facta est, atque de ea ut cognoscerent, recuperatores a prætore dati. Tota igitur Ciceronis oratio in eo versatur, ut primo vere dejectum Cæcinam ostendat, etiamsi aditu ipso prohibitus esset, neque ipsum fundum ingressus, c. 9-14. quod negabat Æbutius esse dejicere; deinde vim Cæcinæ factam esse, c. 14. sqq. quo loco degreditur ad elegantem disputationem de legibus et edictis e consilio et sententia potius quam verbo interpretandis. Ad illam vero de Sullana lege objectionem c. 33. sqq. respondet, e clausula cum illius tum omnium legum: 'Si quid jus non esset rogari, ejus ea lege nihilum rogatum.' Multa esse, quæ jus non sit rogari; hujusmodi etiam fuisse de civitate Volaterranis adimenda: deinde ita de civitate tulisse Sullam, ut nexa, h. e. emtiones per æs et libram, et hæreditates non sustulerit.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 285.] Si, quantum[a] in agro[b] locisque desertis audacia potest, tantum in foro[c] atque in judiciis impudentia valeret; non minus nunc[2] in causa cederet A. Cæcina Sex. Æbutii[3] impudentiæ, quam tum in vi facienda cessit audaciæ. Verum et illud considerati hominis[d] esse putavit, qua de re jure decertari[4] oporteret, armis non contendere;[a] et hoc constantis,[e] quicum vi et armis certare noluisset,[5] eum jure judicioque superare.[f] 2. Ac mihi quidem cum audax[6] præcipue fuisse videtur Æbutius in convocandis[b] hominibus et armandis;[7] tum impudens in judicio; non solum quod in judicium[8] venire ausus est, (nam id quidem, tametsi improbe fit in aperta re, tamen malitia est jam usitatum) sed quod non dubitavit id ipsum, quod arguitur, confiteri;[g] nisi forte hoc rationis habuit, quoniam,[9] si facta vis esset moribus,[h] superior in possessione

[a] *Non decidere gladiis.* [b] *In cogendis.*

1 'Apud Gellium VI. 16. nominatur hæc Oratio *Pro Aulo Licinio;* ubi mendum est, et legendum *Pro A. Cilnio:* nam et Cilnius Mæcenas dictus, et probavimus gentile Cæcinæ fuisse Mæcenatem.' *Passerat.*

Cap. I. 2 In C H S ψ, Franc. et edd. vett. deest *nunc.* T legit *non nunc causa.*—3 C χ *Æbuti.* Pro *quam tum* in edd. pr. *quantum.* Weiske volebat *quam,* deleto *tum.*—4 T et Ven. 1480. *certari:* Erf. *deceptari:* unde Græv. conj. *disceptari* legend.—5 χ *voluisset.* Pro *eum* in C χ legitur *cum.*—6 *Quidem quondam aud.* C: *quidem quo aud.* T.—7 ψ *armis.*—8 χ *judicio.* Mox C χ *improbe sit.*—9 Pro *quoniam* C habet *quom,* H S χ *cum,* et ψ *quomodo.* Mox *vis non esset* edd. ante Lamb. qui auctoritate duorum Mss. delevit *non.*—

NOTÆ

[a] *Si quantum*] Exorditur a criminatione adversarii, cujus ostendit impudentiam et calliditatem.

[b] *In agro*] Nam ex agro dejectus fuit Cæcina per Æbutium.

[c] *In foro*] Romæ in foro publica judicia exercebantur, et privata plurimum in comitio. Vide Macrob. Sat. lib. III.

[d] *Considerati hominis*] Ut excuset Cæcinam, dicit non metu et ignavia perculsum, sed prudentia adductum, fugisse.

[e] *Et hoc constantis*] Constantem dicit, quia non temere deserit eam controversiam, quam prudenter susceperat.

[f] *Jure judicioque superare*] Jus est, quod prætor decrevit, cum judicium constituit: judicium vero est cognitio, atque disceptatio judicum, quos prætor dedit.

[g] *Confiteri*] Convocatos a se homines, et armatos fuisse confitetur.

[h] *Facta vis esset moribus*] Per mores intelligit veterem consuetudinem, quæ postulabat ut litigantes in eum agrum, de quo lis erat, communi con-

retinenda non fuisset; quia contra jus moremque[10] facta sit, A. Cæcinam cum amicis metu perterritum profugisse; nunc quoque in judicio, si causa more[i] institutoque[k] omnium[11] defendatur, nos inferiores in agendo non futuros; sin a consuetudine[12] recedatur, se, quo impudentius egerit, hoc superiorem discessurum: quasi vero[l] aut in judicio possit idem improbitas, quod in vi confidentia; aut non[13] eo libentius tum audaciæ cesserimus, quo nunc impudentiæ facilius obsisteremus. 3. Itaque longe alia ratione, recuperatores,[m] ad agendam causam hac actione[14][n] venio, atque initio veneram. Tum enim nostræ causæ spes erat posita in defensione mea,[o] nunc in confessione adversarii; tum in nostris,[15] nunc vero in illorum testibus; de quibus ego antea laborabam,[e] ne, si improbi essent, falsi[16] aliquid

[e] *Solicitus eram.*

10 χ *moresque.*—11 Quidam, teste Orell., mavult *majorum*, ut de Lege Agr. II. 1.—12 χ *sine cons.* Erf. duo Pall. et edd. pleræque ante Lamb. *sin e cons.*—13 Græv. Beck. Schutz. et Orell. ex Erf. dederunt *aut nos non.* Mox, pro *tum*, C H χ habent *cum.*—14 ψ *ratione.*—15 C H S χψ *vestris.*—16 In χ deest

NOTÆ

silio venirent; ibique alter alterum vi quadam non vera et solida, sed ficta et adumbrata, repelleret: et qui repulsus erat, interdictum a prætore de armatis hominibus impetraret, ut, unde dejectus erat, restitueretur: et illa vis est quam Aul. Gellius XX. 10. 'civilem ac festucariam' appellat: quæ veræ vi ac solidæ opponitur.

[i] *More*] Cicero in Topicis jus dividit in legem, morem, et æquitatem. Mos vero non est aliud, quam jus non scriptum, longa consuetudine, velut tacita civium conventione comprobatum.

[k] *Institutoque*] Mos autem majorum is fuit, ut dominus de fundo suo depulsus, et in eum ingredi prohibitus, uti possit hoc interdicto. At Æbutius, qui negabat Cæcinam vel dominum vel possessorem esse, dicebat ei uti hoc interdicto non licere, quia dominis illud, aut possessoribus tantum dabatur.

[l] *Quasi vero*] Particula ironiis apta: ironia enim solvit objectionem.

[m] *Recuperatores*] Hi judices erant, quibus a prætore jurisdictio privatarum causarum mandabatur: dabantur vero, cum de metu, dolo malo, vel armata vi contendebatur; res autem sine cognitoribus transigi non poterat.

[n] *Hac actione*] Hæc actio tertia fuit; bis enim ampliata causa fuit, cum satis judicibus non liqueret.

[o] *In defensione mea*] Cum primum hæc causa acta est, tota in ingenio et industria Ciceronis sita erat; nunc autem in confessione adversarii, qui a se homines armatos convocatos fuisse fatetur.

dicerent; si probi existimarentur, quod dixissent, probarent: nunc sum animo æquissimo.[d] Si enim sunt viri boni; me adjuvant, cum id jurati dicunt,[p] quod ego injuratus insimulo: sin autem minus idonei; me non lædunt: cum, iis sive creditur, creditur[17] hoc ipsum, quod nos arguimus; sive fides non habetur, de adversarii testium fide derogatur. II. 4. Verumtamen cum illorum causæ actionem considero,[18 q] non video, quid impudentius dici possit: cum autem vestram in judicando dubitationem;[r] vereor, ne id, quod videntur impudenter fecisse, astute et callide fecerint. Nam, si negassent vim hominibus armatis esse factam, facile honestissimis testibus in re perspicua tenerentur:[e] sin confessi essent, et id, quod nullo tempore jure fieri potest, tum ab se jure factum esse defenderent; sperarunt, id quod assecuti sunt, se injecturos vobis causam deliberandi, et judicandi justam moram ac religionem.[s] Simul illud, quod indignissimum est, futurum arbitrati sunt, ut in hac causa non de improbitate Sex. Æbutii, sed[19] de jure civili[t] judicium fieri videretur. 5. Qua in re, si mihi esset

[d] *Valde tranquillo.* [e] *Convincerentur.*

falsi.—17 Alterum *creditur* olim defuit. Hinc Hotomann. locum mancum esse intelligens, post *arguimus* addi voluit *confitentur:* et P. Faber scribi jusserat *cum sive creditur his, creditur hoc ipsum:* unde Lamb. in ed. Argentoratensi anni 1581. legit *cum sive his creditur, creditur hoc ipsum,* prob. Græv. *Cum iis sive creditur, hoc ipsum* Mss. et edd. ante Ern. qui e conj. Fabri recepit *cum, iis sive creditur, creditur hoc ipsum;* et sic Oliv. Lall. Beck. Schutz. Orell. Pro *iis sive creditur .... quod nos arguimus* in χ legitur *his sive crediderim.*

Cap. II. 18 χ *desidero.*—19 In C deest *sed.* Mox *videbatur* habet H.—

NOTÆ

p *Jurati dicunt*] Jurejurando testes a judicibus astringuntur, se nihil contra veritatem dicturos.

q *Causæ actionem considero*] Id est, qua ratione suam instituant defensionem.

r *Dubitationem*] De æquitate causæ judices dubitarunt, quia bis jam acta causa fuerat.

s *Ac religionem*] Sperabant adversarii, quod judicibus injicerent metum et solicitudinem propter eorum jusjurandum, quod ad religionem et cultum Deorum pertinet: servato enim jurejurando redditur Diis debita pietas; et neglecto, violatur.

t *De jure civili*] Illas voces interpretantur plerique de jure civili; sed acquiesco Hotomanno, qui jus illud civile 'jus civium' interpretatur, hac ductus ratione; quod cum Sylla victor Volaterris, sicut reliquis Italiæ municipiis, jus civium ademisset, eo civium jure, adeoque hæredi-

unius A. Cæcinæ causa agenda, profiterer[f] satis idoneum esse me defensorem, propterea quod fidem meam diligentiamque præstarem:[u] quæ cum sunt[20] in actore causæ, nihil est, in re præsertim aperta[1] ac simplici, quod excellens ingenium requiratur. Sed cum de eo jure mihi dicendum sit,[2] quod pertineat ad omnes, quod constitutum[g] sit a majoribus, conservatum usque ad hoc tempus; quo sublato non solum pars aliqua juris deminuta, sed etiam vis ea, quæ[3] juri maxime est adversaria, judicio confirmata esse videatur:[4] [*p.* 286.] video summi ingenii causam esse;[h] non, uti demonstretur,[5] quod ante oculos est,[i] sed ne, si quis vobis error in tanta re sit objectus,[x] omnes potius me arbitrentur causæ, quam vos religioni vestræ[y] defuisse. 6. Quanquam ego mihi sic persuadeo, recuperatores, non vos tam[6] propter juris obscuram dubiamque rationem[k] bis jam de eadem causa dubitasse,[z] quam quod videtur[7] ad summam illius existimationem[l] hoc judicium pertinere, moram ad condemnandum[8] acquisisse,[a] simul et illi spatium ad sese colligendum[m] dedisse. Quod[n] quoniam jam in

[f] *Dicerem aperte.*
[g] *Traditum.* [h] *Tractandam excellenti ingenio.*
[i] *Quod cognitum est omnibus.*
[k] *Non quia juris disciplina sit incognita vobis et dubia.*
[l] *Famam.*
[m] *Ad cogitandum quid ageret.* [n] *Quæ mora.*

20 H et T. *sint.* Tum *in auctore* C H S T χ.—1 *Aperta* non est in ψ, qui pro *excellens* habet *apertum.*—2 C S χ omittunt *sit.*—3 χ *vis est, quæ.*—4 ψ *videantur.* Pro *video* χ habet *vide.*—5 *Demonstraretur* C H S T χ ψ. Mox *arbitrarentur* C S χ ψ: *arbitraretur* H.—6 χ non habet *tam.*—7 In ed. Ven. 1480. *videretur.*—8 Pro *moram ad condemnandum* in T legitur *maxime ad concedendum.*

NOTÆ

tatis illius accipiendæ, de qua hic agitur, (quod solis Romanis civibus concedebatur) eum posse uti negabat; itaque hic agitur de jure civitatis.

[u] *Fidem meam, diligentiamque præstarem*] Id est, Cæcinæ patrocinium meum probarem. Fides et diligentia duo sunt, quæ in actore causæ potissimum requiruntur.

[x] *Si quis error objectus*] Id est, si quid per eos in tam nefando crimine perperam judicatum proferatur.

[y] *Religioni vestræ*] Id est, non satisfecisse jurijurando vestro, quod inviolatum conservandum est.

[z] *Bis de eadem causa dubitasse*] Bis sententiam judices suspenderunt; nam, ut superius diximus, bis ampliata causa fuerat.

[a] *Moram ad condemnandum acquisisse*] Illius judicii tempus protrac-

consuetudinem[9] venit, et id[o] viri boni, vestri similes,[10] in judicando faciunt, reprehendendum fortasse minus, querendum vero magis etiam videtur;[11] ideo quod omnia judicia,[b] aut distrahendarum[p] controversiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt; quorum alterum levius est, propterea[12] quod et minus lædit, et persæpe disceptatore domestico[c] dijudicatur; alterum est vehementissimum, quod et ad graviores res pertinet, et non honorariam operam[d] amici, sed severitatem judicis ac vim requirit. 7. Quod est[13] gravius, et cujus rei causa maxime judicia constituta sunt, id jam mala consuetudine dissolutum[q] est: nam ut quæque res est turpissima, sic maxime[14] et maturissime judicanda est: at ea, in qua existimationis periculum est,[r] tardissime judicatur. III. Qui[s] igitur convenit, quæ causa fuerit ad constituendum judicium, eandem moram esse ad judicandum? Si quis, quod spopondit,[t] qua in re verbo[u] se uno obligavit, id non[15] facit, maturo judicio, sine ulla religione judicis[16] condem-

[o] *Eam moram.* [p] *Sedandarum.* [q] *Neglectum.*
[r] *Quæ est de infamia.* [s] *Quomodo.*
[t] *Promisit.* [u] *Sponsione.*

Dein *anquisisse* recepit Schutz. e conj. Gulielmii.—9 C S χ ψ *consuetudine.*—10 ψ *simul.*—11 Weiske conj. *magis jam vid.* Tum *quod cum omnia jud.* edidit Lamb. e conj.—12 *Propterea* in C S χ deest.—13 Weiske conj. *quod ergo est.*—14 Pro *maxime* nonnulli *ocyssime* vel *velocissime* legend. putant. Franc. *maxime maturissime*, omissa copula. In ψ *maturrime.* Schutz. e conj. delevit voces *maxime et.* Dein *vindicanda est* Taur. Erf. Schutz. et Orell. Pro *at ea in qua* edd. nonnullæ *at ea qua:* al. *at ea de qua.* In C T *at eadem quæ:* H S ψ *ac eadem quæ:* χ *ac eademque.*

Cap. III. 15 Taur. *verbo se obligavit uno si id non.*—16 *Judicii* T: *judiciis* C

NOTÆ

tum est. Protrahebatur autem duabus de causis; vel quia obscura nec satis cognita erat causa; vel quia et grave erat judicium, ex quo nominis infamia sequebatur.

[b] *Quod omnia judicia*] Duo esse genera judiciorum innuere videtur; alterum ad distrahendas controversias, alterum ad puniendos improbos.

[c] *Disceptatore domestico*] Disceptator domesticus proprie est arbiter, qui inter privatos parietes judicat.

[d] *Honorariam operam*] Per honorariam operam causam intelligit, quam amicus, honoris vel conservandæ dignitatis causa, amicis exhibet.

natur: qui per tutelam,[e] aut societatem,[f] aut rem mandatam,[g] aut fiduciæ rationem,[h] fraudavit quempiam, in eo, quo delictum[17] majus est, eo pœna est tardior. Est enim turpe judicium,[i] et facto quidem turpe.[18 k] 8. Videte igitur quam inique accidat, quia res indigna sit, ideo turpem existimationem sequi;[l] quia turpis[19] existimatio sequatur, ideo rem indignam non judicari.[20] At si quis mihi hoc judex recuperatorve dicat;[1] 'Potuisti enim leviore actione confligere:[m] potuisti ad tuum jus faciliore et commodiore judicio pervenire: quare aut muta actionem, aut noli mihi instare, ut judicem;' tamen is aut timidior[n] videatur,[2] quam fortem, aut cupidior, quam sapientem judicem esse æquum est, si aut mihi præscribat, quemadmo-

H S ψ.—17 χ ψ *quod del.* In T desunt verba *eo pœna est.*—18 Orell. e Taur. edidit *Ex facto quidem turpi:* Lamb. et Schutz. *Et factum quidem turpe.* Vid. Nott. Varr.—19 χ ψ *turpe.*—20 S T ψ, Erf. Taur. Ven. 1483. Junt. Cam. Schutz. et Orell. *vindicari.* Dein Schutz. et Orell. e conj. Ernesti *Ac si quis,* ut est in Taur.—1 ψ *recuperator ut dicat.* Mox *leniore* alii.—2 H *judicatur.*—

NOTÆ

[e] *Qui per tutelam*] Servius sic tutelam definit: 'Vis est atque potestas in capite libero constituta: hoc est, violenta potestas ad tuendum eum, qui propter ætatem suam se defendere nequit, jure civili data.'

[f] *Aut societatem*] Societas est duorum vel plurium conventio honeste celebrata, ob commodiorem usum et uberiorem quæstum contracta.

[g] *Aut rem mandatam*] Res mandata, seu mandatum, est contractus bonæ fidei, quod sine ulla mercede fit periculo mandatoris exequendo: illud autem suam originem ab officio et amicitia trahit. Ejus obligatio in consensu contrahentium, in rebus honestis consistit, quoties, ut negotium nostrum gerat, aliquem rogamus, mandamus, aut scribimus.

[h] *Aut fiduciæ rationem*] Ex Boëthio: 'Fiducia species est mancipationis; nempe quoties cui res aliqua mancipabatur cum eo, ut eam mancipanti remanciparet; veluti si quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipasset, ut sibi, cum tempus, quod suspectum esset, præteriisset, redderet.' Hæc mancipatio fiduciaria nominata, quod restituendi fides interponeretur, et quod nulla alia re, quam fide ac probitate celebraretur.

[i] *Est enim turpe judicium*] Turpe judicium illud appellatur, per quod infamia redundat in damnatum.

[k] *Et facto quidem turpe*] Dicitur facto turpe, quia aliquid factum est.

[l] *Sequi*] Si reus damnatur, sequitur ejus turpis existimatio.

[m] *Leviore actione confligere*] Potuit leviori actione confligere quam hac, quæ est de vi armata et injuria, unde turpis existimatio sequatur.

[n] *Tamen is aut timidior*] Subauditur 'etsi:' fortis et sapientis hominis personam sustineat.

dum meum jus persequar,[3] aut ipse id, quod ad se delatum sit, non audeat judicare. Etenim si prætor is,[o] qui judicia dat, nunquam petitori præstituit, qua actione illum uti velit; videte quam iniquum sit, constituta jam re, judicem, quid agi potuerit, aut quid possit, non quid actum sit, quærere. 9. Verumtamen nimiæ vestræ benignitati pareremus, si alia ratione jus nostrum recuperare possemus. Nunc vero quis est, qui aut vim armatis hominibus factam relinqui putet oportere, aut ejus rei[4] leviorem actionem nobis aliquam demonstrare possit?[5] Ex quo genere peccati, ut illi clamitant, vel injuriarum, vel capitis judicia constituta sunt, in eo potestis atrocitatem nostram reprehendere, cum videatis nihil aliud actum, nisi possessionem per interdictum[p] esse repetitam? IV. Verum sive vos[6] existimationis illius periculum, sive juris dubitatio[r] tardiores fecit adhuc ad judicandum; alterius rei causam[q] vosmetipsi jam vobis, sæpius prolato[7] judicio, sustulistis: [*p.* 287.] alterius ego vobis hodierno die causam profecto auferam,[8] ne diutius de controversia nostra, ac de communi jure dubitetis. 10. Et, si forte videbor altius initium rei demonstrandæ petisse, quam me ratio juris, et jus, de quo[9]

[r] *Obscuritas causæ.*

3 χ ψ *prosequar.*—4 χ *aut ei rei.* Tum *leniorem* C H S T χ, Pal. Pariss. Ven. 1483. et Lall.—5 *Possit* non est in χ.

CAP. IV. 6 H *nos.*—7 χ *probato.*—8 C H S T χ *afferam.*—9 Lamb. maluit, *ratio juris et vis, de qua.* Lall. Beck. Schutz. et Orell. e conj. P. Fabri

NOTÆ

[o] *Si prætor is*] Prætores litigatoribus judicia dabant, hoc est, agendi potestatem faciebant, cum actiones interim liberæ essent, quibus quisque uti vellet: institutæ tamen actioni formam præscribebant; a qua qui recessisset, causa cadebat.

[p] *Interdictum*] Interdicta dicuntur, formulæ aut concepta verba, quibus a prætore aut jubebatur aliquid fieri, aut prohibebatur: quod tunc præcipue fiebat, cum inter aliquos erat de possessione controversia. Dicta sunt autem interdicta, quasi interim dicta: nam cum possessionem respiciant, totam litem non perimunt, cum de domino quæri possit: quare et præjudicia vocantur aliquando.

[q] *Alterius rei causam*] Agebatur in hac causa et de fama Æbutii, et de jure possessionis: verum ampliando causam, sibi judices prospiciendæ Æbutii famæ viam ademerunt: quod autem ad dubitationem juris pertinet, hanc se sublaturum Cicero pollicetur.

judicium est, et natura causæ coëgerit, quæso ut ignoscatis: non enim minus laborat A. Cæcina, ne summo[y] jure egisse, quam ne certum jus non obtinuisse[r] videatur.

M. Fulcinius [10] fuit, recuperatores, e municipio Tarquiniensi[11] [s] qui et domi suæ cum primis[z] honestus existimatus est, et Romæ argentariam[t] non ignobilem fecit. Is habuit in matrimonio Cæsenniam,[u] eodem e municipio, summo loco[a] natam et probatissimam fœminam, sicut et vivus[x] multis ipse rebus ostendit, et in morte sua[12] testamento declaravit.[y] 11. Huic Cæsenniæ fundum[z] in agro Tarquiniensi vendidit[13] temporibus illis[a] difficillimis solutionis. Cum uteretur dote uxoris numerata;[b] quo mulieri esset res cautior,[b] curavit, ut[14] in eo fundo dos collo-

[y] *Æquo.* [z] *Admodum.* [a] *Genere.*
[b] *Ut magis mulier cuveret sibi.*

dederunt *ratio juris ejus, de quo.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—10 T *Fulcinus.*—11 In χ hic et infra *Tarquinensi.*—12 Beck. auctoritate Ms. χ delevit *sua*, prob. Ern. *suo* e conj. edidit Schutz.—13 ψ *vendit.* Pro *illis* H χ habent *illius*, et in χ *difficillimæ;* atque sic Lamb. legi voluit, *temporibus difficillimæ solutionis*, in cujus duobus Mss. τὸ *illis* deerat. Hotom. conj. *difficil.*

NOTÆ

[r] *Jus non obtinuisse*] Imperiti dicunt non obtinuisse justitiam. 'Jus' autem est quod natura, vel civitas, vel populus, vel consuetudo jubet; vel, si audias Agricolam, 'Jus est decretum majoris potestatis, ad tuendum civitatis statum, ex æquo et bono institutum.'

[s] *Tarquiniensi*] Tarquinii oppidum fuit Hetruriæ, quo applicans Damaratus Corinthius exul, Lucumonem genuit, qui postea Tarquinius Priscus appellatus, Anco Martio in Romanorum regno successit; de quo Cicero Tusc. lib. v.

[t] *Argentariam*] Argentariam facere dicuntur, seu exercere, quibus pecunia interdum gratuito, fœnerato interdum dabatur custodienda: hique auctionibus solebant intervenire. Gallice dicimus *des banquiers.*

[u] *Cæsenniam*] Cæsennia secundis nuptiis Cæcinæ nupsit, cujus mandato emtus est fundus Fulcinianus.

[x] *Vivus*] Curavit ut mulieri res esset cautior, dote in fundo collocata.

[y] *Testamento declaravit*] Nam ei usumfructum omnium bonorum suorum legavit.

[z] *Huic Cæsenniæ fundum, &c.*] Viri uxoribus, et vicissim uxores viris apud veteres jure vendere aliquid poterant, ut habetur in Pandectis; id tamen hodiernis moribus ratum non habetur.

[a] *Temporibus illis*] Id est, cum debita non facile dissolvebantur creditoribus, post bellum Syllanum.

[b] *Cum uteretur dote uxoris numerata*] Id est, cum præsentem pecuniam haberet, quam pro dote ei numeraverat Cæsennia.

caretur.[c] Aliquanto post, jam argentaria dissoluta,[d] Fulcinius huic fundo uxoris continentia[e] quædam prædia[e] atque adjuncta mercatur. Moritur Fulcinius: (multa enim, quæ sunt in re, quia remota sunt a causa, prætermittam) testamento facit hæredem, quem habebat[15] e Cæsennia filium: usumfructum[16][f] omnium bonorum suorum Cæsenniæ legat, ut frueretur una cum filio. 12. Magnus honos[g] viri jucundus mulieri fuisset, si diuturnum esse licuisset: frueretur enim bonis cum eo, quem suis bonis hæredem esse cupiebat, et ex quo maximum fructum ipsa capiebat. Sed hunc fructum mature[d] fortuna ademit: nam brevi tempore M. Fulcinius adolescens mortuus est: hæredem P. Cæsennium fecit: uxori grande pondus argenti, matrique partem bonorum majorem legavit. Itaque in partem[e] mulieres[17] vocatæ sunt. v. 13. Cum esset hæc auctio hæreditaria[18][h] constituta; Æbutius iste, qui jamdiu Cæsenniæ viduitate ac solitudine aleretur, ac se ejus in familiaritatem[19] insinuasset hac ratione, ut cum aliquo suo compendio[f] negotia mulieris, si qua acciderent, controversiasque susciperet; versabatur quoque eo tempore[20]

[c] *Contigua.* [d] *Celeriter.* [e] *Ad partitionem faciendam.* [f] *Lucro.*

limis solutionibus.—14 C S χ omittunt *ut.*—15 ψ *habebit.*—16 C. *usum fructuum:* Erf. *usum et fructum.* Lamb. scribi jussit, *usumfr. præmature ei fort.*—17 Schutz. e conj. Ernesti edidit *in partitionem mulieres.* In χ *mulieris.*

Cap. v. 18 *Auctio hæreditaria* in χ desunt.—19 Taur. et edd. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. Beck. et Orell. *in ejus fam.*—20 Weiske e conj. cum Orell.

NOTÆ

[c] *In eo fundo dos collocaretur*] Curavit ut in eo fundo, seu agro, quem emerat Cæsenniæ uxori, dos ejus constitueretur.

[d] *Argentaria dissoluta*] Id est, postquam exsolvisset pecuniam, quam debebat pro argentarii emto munere.

[e] *Prædia*] Prædia sunt rusticæ vel urbanæ possessiones.

[f] *Usumfructum*] Ususfructus est jus alienis rebus utendi et fruendi, salva rerum substantia. Ita Justinianus Inst. lib. II.

[g] *Magnus honos*] Honorificum erat apud antiquos aliquid amici testamento recipere. Vide orat. pro Quintio.

[h] *Hæc auctio hæreditaria*] Auctio erat venditio publica, ubi res, ut dicunt, plus offerenti addicebatur, præcone pretium proclamante: consuetudo autem fuit apud illos veteres, ut, cum plurium erat hæreditas, auctione venderetur, et pecunia collecta cum singulis divideretur.

in his rationibus auctionis et partitionis;[i] atque etiam se ipse inferebat[l] et intrudebat: et in eam opinionem Cæsenniam adducebat, ut mulier imperita nihil putaret agi callide posse, ubi non adesset Æbutius. 14. Quam personam jam ex quotidiana cognoscitis vita,[2] recuperatores, mulierum assentatoris,[3] cognitoris viduarum,[k] defensoris nimium litigiosi, conciti ad rixam,[4][l] inepti ac stulti inter viros, inter mulieres periti juris, et callidi: hanc personam imponite Æbutio: is enim Cæsenniæ fuit Æbutius. Ne forte quæratis, num[5] propinquus? nihil alienius. Amicus, aut[6] a patre, aut a viro traditus? nihil minus. Quis igitur? ille, quem supra deformavi:[h] voluntarius amicus mulieris, non necessitudine aliqua, sed ficto officio simulataque sedulitate[7] conjunctus; magis opportuna opera nonnunquam, quam aliquando fideli. 15. Cum esset, ut dicere institueram, constituta auctio Romæ, suadebant amici cognatique Cæsenniæ, id quod ipsi quoque mulieri in mentem veniebat;[8] quoniam potestas esset emendi fundum illum Fulcinianum, qui fundo ejus antiquo continens esset, nullam esse rationem, amittere[9][m] ejusmodi occasionem;

[h] *Descripsi.*

eo quoque temp. ut est in Taur.—1 ψ *referebat.* Gulielm. maluit *ingerebat;* Grut. *inserebat.* Pro *intrudebat,* T, Pal. 2. Lambini Ms. Wald. Ven. 1480. Junt. exhibent *intro dabat.*—2 Orell. e Taur. edidit, *e quotidiana vita cognoscitis.* In ψ *ignoscitis.* Weiske e conj. edidit *cognovistis,* prob. Orell. Dein *recuperatoris* H ψ: *reciperatoris* C S.—3 T *assentatorum.* Gulielm. maluit *assectatoris.*—4 *Contriti ad Regiam* Taur. *ad Regiam* quoque C H S T χ ψ.—5 Pro *num* in T *unde* legitur. Dein *propinquum* C. Porro *Nihil alienus* C S T χ ψ.—6 In Taur. abest *aut* ante *a patre.* Mox, pro *minus* T exhibet *mitius.*—7 Pro *sedulitate* in Ms. Lamb. *fidelitate.* Tum *convictus* C.—8 Taur. *ven. in mentem.*—9 Lamb. legi mavult, *nullam esse rationem, cur amitteret, &c.* aut potius, *nulla ratione amittere,* ut, posito post *veniebat* commate, hæc connectantur cum *suadebant,* aut, eodem nexu admisso, *ne ulla ratione amitteret,*

NOTÆ

[i] *Auctionis et partitionis*] Æbutius in vendendis et partiendis bonis Fulcinii adolescentis se immiscebat.

[k] *Cognitoris viduarum*] Cognitor dicitur, qui præsentis negotium et causam novit, et tuetur ut suam.

[l] *Conciti ad rixam*] Concitus ad rixam, id est, turbidus et clamosus, quales vulgo sunt, qui nesciunt literas, quos rabulas vocat Cicero, lib. I. de Oratore.

[m] *Nullam esse rationem amittere*] Id est, quamobrem amitti debeat.

cum præsertim pecunia ex partitione deberetur: nusquam eam posse melius collocari. Itaque mulier[10] facere constituit: mandat ut fundum sibi emat. Cui tandem? cui putatis?[11] an non in mentem venit omnibus hominis illius, ad hoc munus et ad omnia[12] mulieris negotia parati, sine quo nihil satis caute, nihil satis callide agi posset?[13] Recte attenditis. 16. Æbutio negotium datur. VI. Adest ad tabulam.[n] Licetur Æbutius. Deterrentur emtores multi, partim gratia Cæsenniæ, partim etiam[14] pretio. [*p.* 288.] Fundus addicitur Æbutio: pecuniam argentario promittit[o] Æbutius: quo testimonio nunc vir optimus utitur, sibi emtum esse: quasi vero aut nos ei negemus addictum,[15] aut tum quisquam[16] fuerit, qui dubitarit, quin emeretur Cæsenniæ; cum id plerique scirent, omnes fere audissent,[17] hi conjectura assequi possent, cum pecunia Cæsenniæ ex illa hæreditate deberetur, eam porro in prædiis collocari[18] maxime expediret; essent autem prædia, quæ mulieri maxime convenirent; ea venirent; liceretur is, quem Cæsenniæ dare operam nemo miraretur,[19] sibi emere nemo posset suspicari. 17. Hac emtione facta,[20] pecunia solvitur a Cæsennia:[p] cujus rei

&c. At recte vulgatum tuentur Faber et Grut.' *Beck.*—10 Taur. *posse eam melius coll. Itaque hoc mulier.*—11 *Putetis* C H S χ ψ, Rom. Brix. *putabitis.* T et Wald.—12 *Venit omnibus illius hoc munus: et ad omn.* Ven. 1483. *venit hominis illius ad hoc munus, et ad omn.* Crat. *venit omnibus, illius hoc munus esse ad omn.* ex Erf. ediderunt Græv. et Orell. atque ita etiam Franc. 1. et nonnullæ edd. vett. nisi quod in iis vel *esse* deest, vel pro *eo* legitur *et.* Lall. e suis dedit *venit omnibus, hominis illius esse hoc munus, ad omn.* Beck. *venit omnibus, hominis illius hoc munus esse, ad omn.* In C H S T χ ψ deest *hominis.* In χ pro *illius* est *illis.* In C H S T *ad* omittitur. Vulg. ut Ern.—13 Taur. *posset agi:* C H S T χ ψ *agi posse.*

CAP. VI. 14 T, Junt. Lamb. omittunt *etiam.*—15 χ *additum.*—16 ψ *aut tamen quisq.* et mox *dubitavit.*—17 T *omnes vero aud.* Pro *hi* Junt. exhibet *ii;* C H S *his;* et ψ *iis.* P. Faber maluit *alii.* Mox Orell. conj. *possint* legend.—18 χ *eam in præd. collocare.*—19 Idem *miratur.*—20 T *Hac exceptione*

NOTÆ

[n] *Adest ad tabulam*] Tabulæ publicæ proponebantur, quibus indicabatur fundum Fulcinianum venalem esse.

[o] *Pecuniam argentario promittit*] Argentarii publicis et privatis auctionibus præerant, et servabant pecunias privatorum hominum, quas cum fœnore reddebant.

[p] *Pecunia solvitur a Cæsennia*] Id est, pecunia ex nummis Cæsenniæ solvitur.

putat iste rationem reddi non posse, quod ipse tabulas averterit: se autem habere argentarii tabulas,[1] in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptaque relata;[q] quasi id aliter fieri[2] oportuerit. Cum omnia ita facta essent, quemadmodum nos defendimus, Cæsennia fundum possedit locavitque: neque ita multo post A. Cæcinæ[3] nupsit. Ut in pauca conferam, testamento facto mulier moritur. Facit hæredem ex deunce et semuncia[4][r] Cæcinam; ex duabus sextulis M. Fulcinium, libertum superioris viri; Æbutio sextulam aspergit.[s] Hanc sextulam illa mercedem isti esse voluit[5] assiduitatis[i] et molestiæ, si quam susceperat. Iste autem hac sextula se ansam retinere[t] omnium controversiarum putat. VII. 18. Jam principio ausus est[6] dicere, non posse hæredem esse Cæsenniæ Cæcinam; quod is[7] deteriore jure esset, quam ceteri cives, propter incommodum Volaterranorum[u] cala-

[i] *Diligentiæ.*

facta.—1 Ern. conj. scriptum fuisse, *quod tab. averterit, ipse habeat arg. tab.* In H pro *ipse* est *a se.* Tum ψ *adverterit.*—2 Lamb. *fieri* omisit.—3 C *Cæcina.* —4 C H S T χ ψ *deuncia et semuncia.*—5 χ *mercede isti esse volunt.* Dein ψ *modestiæ.*

CAP. VII. 6 χ ψ *ausus es.*—7 C H S χ ψ *quod id.* Pro *jure* ψ habet *vitæ.*

NOTÆ

[q] *Expensa pecunia lata sit, acceptaque relata*] Æbutius protulit tabulas in quibus scriptum erat se debuisse argentario, et eidem sese pecuniam solvisse.

[r] *Ex deunce et semuncia*] Id est, ex undecim partibus et dimidia. Nota, primo, quod veteres rem totam in partes æquales divisuri, rem totam assem, partes uncias, hoc est unitates, vocabant. 2. quod tota hæreditas apud jurisconsultos plerumque assis appellatione continetur, et in duodecim uncias dividitur; itaque ex hac deuncem, id est undecim uncias, et semunciam, hoc est unciæ dimidium, testamento reliquit Cæcinæ: duas sextulas, quæ tertiam partem unciæ efficiunt, liberto M. Fulcinii prioris viri: Æbutio vero sextulam. Ut autem sextula minima pars est hæreditatis, quod sexta pars sit unciæ, ita semiuncia dimidium unciæ significat; semis enim in compositione dimidium exprimit ejus cui adjungitur. De his vide Budæum.

[s] *Sextulam aspergit*] Translatio a plantis, quæ nisi aspersione aquæ recreentur, statim flavescunt. Ridet Æbutii paupertatem.

[t] *Ansam retinere*] Metaphora a vasis sumta: ansa autem ea pars est, qua vasa prehenduntur ac tenentur.

[u] *Incommodum Volaterranorum*] Volaterranis Sylla voluit jus civitatis adimere. Vide Cic. in orat. pro Domo sua apud Pontif.

mitatemque civilem.[x] Itaque homo timidus[y] imperitusque, qui neque animi, neque consilii satis haberet, non putavit esse tanti hæreditatem, ut de civitate[z] in dubium veniret: concessit, credo, Æbutio, quantum vellet, de Cæsenniæ bonis ut haberet: immo, ut viro forti ac sapienti dignum fuit, ita calumniam[8] stultitiamque obtrivit ac contudit.[a] 19. In possessione[9] bonorum cum esset, et cum ipse sextulam suam nimium exaggeraret, nomine hæredis arbitrum[b] familiæ erciscundæ[c] postulavit. Atque illis paucis[10] diebus, posteaquam videt, nihil se ab A. Cæcina posse litium terrore abradere;[d] homini Romæ in foro denuntiat, fundum illum, de quo ante dixi, cujus istum emtorem demonstravi fuisse mandatu[11] Cæsenniæ, suum esse, seque sibi emisse. Quid ais?[12] tuus ille fundus est, quem sine ulla controversia quadriennium,[e] hoc est, ex quo tempore fun-

—8 ψ *in calumniam:* χ *ita calumniatum.*—9 'Mirum est tot codices, scil. Pal. 1. et 2. cod. Franc. (ubi tamen ultima litera vocab. *possessiones* puncto est notata) C S T χ habere *In possessiones*, quod etiam edd. Rom. Brix. Med. exhibent. Hinc Gulielm. legend. conjecit, *In possessiones bon. cum isset.* Posset etiam scribi, *In possessionem bon. cum esset.* Sed nihil mutandum credo.' *Beck.* Mox *et cum iste sextulam* e conj. edidit Schutz. quem Orell. sequitur. Pantagathus conj. *et cum istum sext.* ut est in Reg. *Ipse* Weiske tacite omisit. Pro *nimium* Weiske conj. *nimirum* legend.—10 χ *At illis paucis.* Schutz. e conj. dedit *Atque iste paucis.*—11 Edd. vett. *mandato:* χ et Ven. 1480. *mandatum.*—12 C H S T χ ψ et edd. ante Ald. *Quid agis.* Dein *Istius ille fundus* omnes Mss. et edd. præter Lamb. Ern. Weiske et Schutz. qui e

NOTÆ

[x] *Calamitatemque civilem*] Intelligit bellum civile Marium inter et Syllam.

[y] *Homo timidus*] Ironia.

[z] *De civitate*] Id est, de jure civitatis, sine quo nemo poterat adire hæreditatem.

[a] *Obtrivit ac contudit*] Ab omni parte tutudit ac suffocavit. Metaphora a rebus asperis, quæ si conterantur, facilius in usum veniunt.

[b] *Arbitrum*] Æbutius petivit in judicio, ut boni viri arbitratu hæreditas inter se et cohæredes divideretur.

[c] *Erciscundæ*] Vel *herciscundæ.* Judicium familiæ erciscundæ est quod inter cohæredes ideo redditur, ut et hæreditas dividatur, et quod eo nomine alterum alteri dare, facere oportebit, præstetur. Qua igitur ex parte divisio postulatur, ea ex parte in rem actio est: alia vero ex parte personalis actio est adversus eum, qui nobis ad dandum, faciendum perinde obligatus est, ac si conventum pactumque inter nos fuisset, ut nobis obligatus esset.

[d] *Abradere*] Abradere est ab aliquo per vim aliquid auferre.

[e] *Quadriennium*] Quatuor annos vixit Cæsennia post mortem prioris mariti, et emtum agrum.

dus veniit,[13] quoad vixit, possedit Cæsennia? Usus enim, inquit, ejus, et fructus fundi,[14] testamento viri, fuerat Cæsenniæ. 20. Cum hoc novæ litis genus tam malitiose [15] intenderet,[k] placuit Cæcinæ, de amicorum sententia, constituere,[16] quo die in rem præsentem veniretur,[f] et de fundo Cæcina moribus deduceretur.[g] Colloquuntur.[h] Dies ex utriusque commodo sumitur. Cæcina cum amicis ad diem venit in castellum Axiam; ex quo [17] loco fundus is, de quo agitur, non longe abest. Ibi certior fit[18] a pluribus, homines permultos, liberos atque servos, coëgisse[l] et armasse Æbutium. Cum id partim mirarentur, partim non crederent; ecce ipse Æbutius in castellum venit: denuntiat Cæcinæ, se armatos habere; abiturum eum non esse, si accessisset. Cæcinæ placuit, et amicis, quoad videretur salvo capite [m] fieri posse, experiri.[19] 21. Tum de castello descendunt: in fundum proficiscuntur. Videtur temere commissum: [20] verum, ut opinor, hoc fuit causæ: tam temere istum re [1] commissurum, quam verbis minitabatur,[2] nemo putavit. VIII. Atque iste [3] ad omnes introitus, qua adiri poterat non modo in eum fundum, de quo controversia erat,[4] sed

[k] *Quæreret.*
[l] *Congregavisse.* [m] *Citra vitæ periculum.*

conj. Hotomanni receperunt *Tuus ille fundus,* ut est in Reg.—13 C H S T χ, Ven. 1483. Junt. Lamb. *venit.* Tum *quoad juste possedit* Rom. Brix. Med. Wald.—14 *Fundi* in C omittitur. Pro *viri* ψ habet *fieri.*—15 C H S ψ *maleficiose.* Tum C H S T χ ψ *intenderit.*—16 Lamb. *diem constituere.* Mox *veniret* ψ; et *ut de fundo* Lamb. Dein T *deducerentur.*—17 Lamb. *a quo.* Mox C S χ *de quo loquitur.* Particula *non* in C H S χ deest.—18 C S *fuit.*—19 C H S T *expediri.* Pro *Tum* C H S ψ habent *Tamen.* In χ *experiri tamen,* sine distinctionis nota.—20 C *Vid. removere comm.*—1 Wald. omittit *re,* non improb. Ern.—2 *Denuntiabatur* Ms. Lamb. *nuntiabatur* Mss. plerique et edd. ante Græv. qui auctoritate Pal. 2. et Erf. edidit *minitabatur;* et sic Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Verba *nemo putavit* in T desunt.

CAP. VIII. 3 C *At iste.* In χ deest præpositio *ad.*—4 *Controv. fuerat* Mss. plerique et edd. vett. cum Grut. Oliv. Lall. et Weiske: *erat controv.*

NOTÆ

[f] *In rem præsentem veniretur*] Apud veteres in usu fuit, ut multa causarum genera in loco ipso disceptarentur, atque, exposita ibi controversia, sententia ferretur. Vide orat. pro Murena.

[g] *Moribus deduceretur*] Id est, secundum morem et jus civile controversia decideretur.

[h] *Colloquuntur*] Cæcina et Æbutius.

etiam in illum proximum,[i] de quo nihil ambigebatur, armatos homines opponit. [*p.* 289.] Itaque primo[5] cum in antiquum fundum ingredi vellet, quod ea proxime accedi poterat, frequentes armati obstiterunt. 22. Quo loco depulsus[k] Cæcina, tamen, qua potuit, ad eum fundum profectus,[6] ex quo, ex conventu,[l] vim fieri oportebat. Ejus autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.[n] Ad eas[7] cum accederetur, iste cum omnibus copiis præsto fuit, servumque suum, nomine Antiochum, ad se vocavit, et clara voce[8] imperavit, ut eum, qui illum olearum ordinem intrasset, occideret. Homo, mea sententia,[9] prudentissimus Cæcina, tamen in hac re plus mihi animi, quam consilii videtur habuisse: nam cum et armatorum multitudinem videret, et eam vocem Æbutii, quam commemoravi, audisset; tamen accessit propius, et jam ingrediens intra finem[10] ejus loci, quem oleæ terminabant, impetum armati Antiochi, ceterorumque tela atque incursus refugit.[11] Eodem tempore se in fugam conferunt una[12] amici advocatique ejus, metu perterriti, quemadmodum illorum testem dicere audistis. 23. His rebus ita gestis, P. Dolabella[13] prætor interdixit,[o] ut est consuetudo, 'de vi, hominibus armatis,'[m] sine ulla exceptione,[n] tantum, ut,

[n] *Terminant certo ordine.* [o] *Imperavit.*

Erf. Beck. et Orell. *controv. erat* Græv. Schutz.—5 χ *primum.*—6 Manut. Lamb. Oliv. Lall. et Weiske e conj. Hotomanni dederunt *profectus est.* Dein Pal. 2. *in quo.* Oliv. Lall. Beck. e conj. Lambini receperunt *e quo.* In T *ex* ante *conventu* omittitur. Mox χ *oportebit.*—7 C *Ad ea.*—8 χ *et data voce:* Lamb. *et ei clara voce.* Paulo post, χ omittit *eum.*—9 χ *scientia.*—10 Idem *fines.*—11 Lamb. conj. *effugit.*—12 χ omittit *una,* ut volebat Ern.—13 Al.

NOTÆ

[i] *In illum proximum*] Antiquum Cæsenniæ fundum intelligit.

[k] *Depulsus*] Ejectus ab Æbutio, et ejus armatis hominibus, Cæcina est.

[l] *Ex conventu*] Id est, convenerant simul de die, quo in rem præsentem venire debebant, et vim illam usitatam, quæ per simulationem fiebat, facere debebant. Vide § 2. not.

[m] *De vi, hominibus armatis*] P. Dolabella, secundum consuetudinem, cum de vi illata agitur, jure prætorio decrevit ut restitueretur in locum, unde vi dejectus erat.

[n] *Sine ulla exceptione, &c.*] Simpliciter, sine ulla conditione interdixit, nulla verbi interpretatione facta, sed tantummodo unde dejecisset.

unde dejecisset, restitueret. Restituisse [14] se, dixit.[o] Sponsio facta est.[p] Hac de [15] sponsione vobis judicandum est.

IX. Maxime fuit optandum Cæcinæ, recuperatores, ut controversiæ nihil haberet; secundo loco, ut ne cum tam improbo homine;[q] tertio, ut cum tam stulto haberet. Etenim non minus nos [16] stultitia illius sublevat, quam lædit improbitas. Improbus fuit, quod homines coëgit, armavit, coactis armatisque vim fecit. Læsit in eo Cæcinam: sublevavit ibidem: [17] nam in eas ipsas res, quas improbissime fecit, testimonia sumsit, et eis in causa testimoniis utitur. 24. Itaque mihi certum est, recuperatores, antequam ad meam defensionem meosque testes venio, illius uti confessione et testimoniis. Quid confitetur,[r] atque ita libenter [18] confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur, recuperatores? Convocavi homines: coëgi: armavi: terrore mortis ac periculo capitis, ne accederes, obstiti: ferro, inquit, ferro, (et hoc dicit in judicio[s]) te rejeci atque perterrui.[19] Quid? testes quid aiunt? P. Vetilius,[20][t] propinquus Æbutii, se Æbutio cum armatis servis venisse advocatum. Quid præterea? fuisse complures[1] armatos. Quid aliud? minatum esse Æbutium Cæcinæ. Quid ego

Dolobella.—14 χ *Restituere.*—15 Verba *sponsio facta est: hac de* in Erf. Franc. C H S T χ ψ, Pall. et tribus edd. vett. desunt. Pro *sponsione* C habet *responsione,* sed in χ ψ etiam hoc vocab. deest. Ms. Franc. *sponsione nobis jud.*

CAP. IX. 16 In χ deest *nos.*—17 Erf. *sublevat idem.*—18 χ *atque lib.,* omisso *ita.*—19 T *ferro inq., ferro, etiam hic debet in judicio ter civi atque perterrui.* Lamb. maluit *proterrui.*—20 ψ *Vectillus.* Ursinus conj. *Vettilius.*—1

NOTÆ

[o] *Restituisse se dixit*] Id est, Æbutius dixit se non expulisse Cæcinam.

[p] *Sponsio facta est*] Sponsio actionis fuit genus, quæ interposita certæ pecuniæ stipulatione fiebat, quam amittebat qui sponsione vincebatur. Æbutius igitur sponsionem fecit, ni satisfecisset interdicto Dolabellæ prætoris: sponsionem contra fecit Cæcina, si satisfecisset.

[q] *Improbo homine*] Æbutium improbum appellat.

[r] *Quid confitetur*] Rem invidiose proponit ex actione adversarii.

[s] *In judicio*] Exaggeratio per indignationem a loco ubi vis punitur.

[t] *Vetilius*] Vetilius primus testis fuit; qui cum propinquus esset Æbutio, potuisset rejici.

de hoc teste dicam, nisi hoc, recuperatores, ut idcirco non minus[2] ei credatis, quod homo minus idoneus habetur;[3] sed ideo credatis,[u] quod ex illa parte id dicit, quod illi causæ maxime est alienum? 25. A. Terentius,[x] alter testis, non modo Æbutium, sed etiam se ipsum arguit.[4] In Æbutium hoc dicit, armatos homines fuisse: de se[y] autem hoc prædicat; Antiocho, Æbutii servo, imperasse, ut in Cæcinam advenientem,[5] cum ferro invaderet. Quid loquar amplius hoc de homine? in quem ego dicere, cum rogarer a Cæcina, nunquam volui, ne arguere illum rei capitalis[z] viderer;[6] de eo dubito nunc, quomodo aut loquar, aut taceam, cum ipse hoc de se juratus[a] prædicet. 26. Deinde L. Cœlius[b] non solum Æbutium cum armatis dixit[7] fuisse compluribus, verum etiam cum advocatis perpaucis eo venisse Cæcinam. x. De hoc ego teste detraham; cui æque atque meo testi ut credatis, postulo? P. Memmius[c] secutus est, qui suum non parvum beneficium commemoravit in amicos Cæcinæ, quibus sese viam per fratris sui fundum dedisse dixit, qua[8] effugere possent, cum essent metu omnes perterriti. [*p.* 290.] Huic ego testi gratias agam, quod et in re misericordem se præbuit, et in[9] testimonio religiosum.[d] 27. A. Atilius, et

Beck. e Priscian. p. 769. recepit *compluris*.—2 Beck. Schutz. et Orell. ex Erf. ediderunt *ut ne idcirco minus*.—3 χ *habeatis*.—4 *Etiam sæpissime arguit* C H S T χ ψ, Ven. 1483. *etiam sæpissimi facinoris arg.* Erf. unde Græv. suspic. *etiam se ipsum facinoris arg.* Monet Garaton, e vestigiis Ms. Erf. posse conjici, *se pessimi facinoris arg.*—5 χ *venientem*.—6 Idem Ms. *videretur*. —7 'Perperam edd. nonnullæ *dixi*.' Beck. Vid. Nott. Varr.

NOTÆ

[u] *Ideo credatis*] Id est, facere nobis fidem debet Vetilius, quo suo testimonio eum lædit, a quo productus est.

[x] *Terentius*] Secundus testis.

[y] *De se*] Arguit testis impudentiam, qui seipsum capitis accusat, quia imperavit Antiocho, ut Cæcinam ferro invaderet.

[z] *Rei capitalis*] Capitale erat imperare alicui, ut ferro quempiam invaderet: nam lege XII. tabularum etiam impulsor puniebatur, et is, qui cum telo, hominis occidendi causa, deprehensus fuisset.

[a] *Juratus*] Juratum testem vocat, nam jurare testes cogebantur.

[b] *Cœlius*] Testis tertius Cœlius fuit, de quo ait loqui male se non posse.

[c] *Memmius*] Quartus testis.

[d] *In testimonio religiosum*] Propter jusjurandum religio inerat testimonio.

ejus filius[e] L. Atilius, et armatos ibi fuisse, et se suos armatos[10] adduxisse dixerunt: etiam hoc amplius; cum Æbutius Cæcinæ malum[p] minaretur,[11] ibi tum Cæcinam postulasse, ut moribus deductio fieret.[f] Hoc idem P. Rutilius[g] dixit, et eo libentius dixit, ut aliquo in judicio ejus testimonio creditum putaretur. Duo præterea testes nihil de vi, sed de re ipsa atque emtione[12 h] fundi dixerunt: P.[13] Cæsennius, auctor fundi,[i] non tam auctoritate gravi, quam corpore; et argentarius[14 k] Sex. Clodius, cui nomen est Phormio, [nec minus niger,[15]] nec minus confidens, quam ille Terentianus est Phormio;[l] nihil de vi dixerunt, nihil præterea, quod ad vestrum judicium pertineret. 28. Decimo vero loco testis expectatus,[m] et ad extremum

[p] *Mortem.*

Cap. x. 8 χ *quia.*—9 Edd. nonnullæ omittunt præpositionem.—10 Lall. et Schutz. e conjectura Grævii, dederunt *servos armatos.* Dein *deduxisse* C H S χ, Ven. 1483.—11 Franc. Erf. et ed. 1480, *malum minaretur, hoc est, mortem minaretur,* e glossemate, ut aiunt Græv. et Beck.—12 *Sed de ipsa emptione* Wald. Crat. Lamb. Grut. *sed de re ipsa atque emptione* Franc. Erf. Rom. Brix. Junt. Naug. Græv. Oliv. Lall. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. In Pal. 1. *ipsa ... atque emptione,* neque aliter Pal. 2. sed sine spatio vacuo. In H *de ipsa,* cum spatio. C χ ψ et Ven. 1483. *de ipsa atque emptione:* T *sese ipsa atque emptione.* —13 S prænomen omittit. Pro *auctor* Pantagathus legi voluit *auctionator.* Mox C *gravis.*—14 χ *argentariis.*—15 '*Nec minus niger*] Hæc absunt ab ed. Wald. Et mihi ante suspecta fuere: nam apud Terentium quidem sola confidentia commemoratur.' *Ern.* In H et χ desunt *nec minus niger ... Phor-*

NOTÆ

[e] *A. Atilius, et ejus filius*] Quintus et sextus testis.

[f] *Deductio fieret*] Petivit Cæcina ut de possessione deduceretur eo modo, quo a majoribus institutum est; nempe jure manum consererent sine vi. Honesta hæc fuit postulatio.

[g] *Rutilius*] Septimus testis fuit Rutilius, cujus suspecta videtur fides fuisse in aliis judiciis.

[h] *De re ipsa atque emtione* [*De ipsa emtione*] Loquitur de auctione, de qua non erat quærendum; pertinebat tamen ad possessionem et dominium.

[i] *Auctor fundi*] Ad quem fundus controversus testamento pertinebat.

[k] *Et argentarius*] Vide narrationem § 10. not.

[l] *Terentianus Phormio*] Faceta comparatio cum parasito, qui apud Terentium in fabula inducitur. De confidentia Phormionis lege secundam et tertiam scenam actus II. quem cum nigrum appellat, ejus improbitatem ridet, et carpit: nam solebant antiqui carbone nigro mala, et bona notare creta. Quare Juvenalis, 'Nigrum in candida vertunt.'

[m] *Expectatus*] Facula senator ante in judicio Oppianici corruptus fuerat; quem ait ironice expectatum

reservatus, dixit, senator populi Romani, splendor ordinis, decus atque[16] ornamentum judiciorum, exemplar antiquæ religionis, Fidiculanius[17] Falcula: qui cum ita vehemens acerque venisset, ut non modo Cæcinam perjurio suo[18] læderet, sed etiam mihi videretur irasci; ita eum placidum mollemque reddidi, ut non auderet, sicut meministis, iterum dicere, quot millia fundus suus[n] abesset ab urbe: nam cum dixisset, minus abesse LIII,[19][o] populus cum risu acclamavit, ipsa esse: meminerant enim omnes, quantum in Albiano[20] judicio accepisset. 29. In eum quid dicam, nisi id quod negare non possit? venisse in consilium publicæ quæstionis,[q] cum ejus consilii judex non esset; et in eo consilio, cum causam non audisset, et potestas esset ampliandi,[p] dixisse sibi liquere; dum incognita re[1] judicare voluisset, maluisse condemnare, quam absolvere; cum, si uno minus damnarent, condemnari reus non posset, non ad cognoscendam causam, sed ad explendam damnationem præsto fuisse.[2] Utrum gravius aliquid in quempiam dici potest,[3] quam ad hominem condemnandum, quem nunquam

[q] *In judicium rei capitalis.*

mio.—16 Pro *atque* ante *ornamentum* C habet *eque*, et H *equestris.*—17 *Fideculanius* C H S T: *Fideculanus* χ: *Fidiculanus* edd. vett.—18 χ *pro vitio suo.* —19 In C T χ ψ, duobus Pall. et ed. Wald. *minus habere LIII.* In χ *LVI.* ψ *LM.* ut P. Faber conjecerat. Lamb. conjecit *minus abesse XLCIO pop.* Utrumque *habere* et *abesse* pro gloss. habuit Ern. Delevit Schutz. edens *minus XL pop.* Vid. Nott. Varr.—20 C H S χ ψ *Abbiano:* T *Albano.* Tum Lamb. *cepisset.*—1 Erf. *cum dein cognita re:* unde Schutz. edidit *cum dein incognita re:* Lamb. et Orell. *cum incognita re.* Dein C χ ψ *noluisset.*—2 χ

NOTÆ

adiisse testem, ut odiosum eum apud judices reddat, quia aliter ac ceteri testes dixerat; nam cum servos nullos armatos esse dixisset, postea armatos fuisse dixit.

[n] *Fundus suus*] Notat corruptelam Faculæ, qui hunc fundum a Cluentio acceperat, ut Albium Oppianicum condemnaret, quem Cluentius de veneficio accusabat.

[o] *Minus abesse LIII*] Hic jocatur Cicero in ambigui verbi significatione: sic enim loquitur de spatio, ut etiam pretium denotet, quod accepit Facula pro condemnando Oppianico: nam acceperat sestertium 40 millia; ita minus quinquaginta dixit.

[p] *Esset ampliandi*] Ampliabatur causa, cum dies aliqui plures ad judicandum concedebantur, quia non satis de re liquebat.

vidisset, neque audisset,[4] adductum pretio esse? An certius quicquam objici potest, quam quod is, cui objicitur, ne nutu quidem[q] infirmare conatur? 30. Verumtamen is testis, (ut facile intelligeretis, eum non affuisse animo, cum ab illis causa ageretur, testesque dicerent, sed tantisper[5] de aliquo reo cogitasse) cum omnes ante eum dixissent testes, armatos cum Æbutio fuisse complures; solus dixit non fuisse. Visus est mihi primo veterator[r] intelligere præclare, quid causa[6] optaret; et tantummodo errare, quod omnes testes infirmaret, qui ante eum dixissent: cum subito ecce idem,[7] qui solet, suos solos servos armatos fuisse dixit. XI. Quid huic tu homini[8] facias? nonne concedas interdum, ut, excusatione summæ stultitiæ, summæ improbitatis odium deprecetur?[s] 31. Utrum, recuperatores, his testibus non credidistis, cum, quid liqueret,[9] non habuistis? At controversia non erat, quin verum dicerent. An in coacta multitudine, in armis, in telis, in præsenti metu mortis, perspicuoque[10] periculo cædis, dubium vobis fuit, utrum[11] esse vis aliqua videretur, necne? Quibus igitur in rebus vis intelligi potest, si in his non intelligetur? An vero illa defensio vobis præclara visa est? Non dejeci, sed obstiti: non enim te sum passus in fundum ingredi; sed armatos homines opposui; ut intelligeres, si in fundo pedem posuisses, statim tibi esse pereundum. Quid ais?

fuisset.—3 χ *posset.*—4 H *vid. atque aud.*—5 C H S T χ ψ *se tant.*—6 C H S T χ ψ, Erf. et edd. vett. *quid causæ.* Schutz. e conj. Ernesti delevit *et* ante *tantummodo.* In ψ deest *errare.*—7 Pro *ecce idem* H exhibet *ecce eum,* et C S χ *qui ecce eum.*

CAP. XI. 8 Lamb. in marg. *homine.*—9 Schutz. e conj. *quod liq.*—10 *Perspicuo* Mss. plerique et edd. ante Græv. cum Oliv. Lall. et Weiske. *perspicuoque* e Ms. Erf. recepit Græv. quem Ern. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—11 Pro *utrum,* C H S T χ et edd. pleræque ante Lamb. cum Orell. ha-

NOTÆ

[q] *Ne nutu quidem*] Nutus signum est quod oculis, capite, vel manibus fieri solet. *Nutum* posuisse videtur pro voce *renutum.* Plinius enim Epist. l. I. 'nutum' dici, cum quis annuit; et 'renutum,' cum recusat.

[r] *Veterator*] Veterator dicitur, qui diuturna multipliciqne, et sæpe commutata servitute, versutus, et vafer evasit.

[s] *Odium deprecetur*] Id est, precibus aliorum invidiam propter improbitatem conflatam molliat.

is, qui armis perterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse dejectus? 32. Posterius de verbo videbimus: nunc rem ipsam ponamus; quam illi non negant; et ejus rei jus[12] actionemque quæramus.

[*p.* 291.] Est hæc res posita, quæ ab adversario non negatur: Cæcinam,[13] cum ad constitutam diem tempusque venisset, ut vis[14] ac deductio moribus fieret,[t] pulsum prohibitumque esse vi, coactis hominibus et[15] armatis. Cum hoc constet, ego homo imperitus juris, ignarus negotiorum ac litium, hanc puto me habere actionem, ut per interdictum meum jus teneam, atque injuriam tuam persequar. Fac in hoc errare me, nec ullo modo posse per[16] hoc interdictum id assequi, quod velim: te uti in hac re magistro volo. 33. Quæro, sitne aliqua hujus rei actio, an nulla. Convocari homines propter possessionis controversiam non oportet: armari multitudinem, juris retinendi causa, non convenit; nec juri quicquam tam inimicum, quam vis; nec æquitati quicquam tam infestum est, quam convocati homines et armati.[17] XII. Quod cum ita sit, resque ejusmodi sit, ut in primis a magistratibus[18] animadvertenda esse videatur, iterum quæro, sitne ejus rei aliqua actio, an nulla. Nullam esse dices? Audire cupio:[19] qui in pace et otio, cum manum fecerit,[r] copias pararit, multitudinem hominum coëgerit, armarit, instruxerit, homines inermes,[u] qui ad constitutum[20][x] experiundi juris gratia venissent, armis, viris, terrore, periculoque mortis repulerit, fugarit,

[r] *Congregarit exercitum.*

bent *an.* In ψ *inesse.* Lamb. maluit legi, *dub. vobis fuit, esse vis, &c.*—12 Pro *jus* Passeratius legi voluit *vim,* ut est in uno Ms. Lamb. In Ven. 1480. legitur *vis.*—13 C *Cæcina.*—14 Unus Pariss. *ut vis;* et sic e conjectura Hotomanni ediderunt Lamb. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. Ceteri *ut jus,* etiam Weiske.—15 In χ deest copula.—16 C *propter hoc interd.*—17 Ven. 1480. Cam. *convocari hom. et armari.*

CAP. XII. 18 C χ *in pr. aut magistr.*—19 Verba *Audire cupio* in χ desunt.—

NOTÆ

[t] *Deductio moribus fieret*] Vide § 27. not.

[u] *Homines inermes*] Cæcinam et ejus amicos designat.

[x] *Ad constitutum*] Diem designatum intelligit, ut jus suum experirentur.

averterit,[1] hoc dicat; 34. 'Feci equidem, quæ dicis, omnia; èt ea sunt et turbulenta, et temeraria, et periculosa. Quid ergo est? impune feci: nam, quod[2] agas[y] mecum ex jure civili[z] ac prætorio,[a] non habes.' Itane vero, recuperatores? hoc vos audietis? et apud vos dici patiemini sæpius? cum majores nostri tanta diligentia prudentiaque fuerint,[3] ut omnia omnium non modo tantarum rerum, sed etiam tenuissimarum jura statuerint, persecutique sint; ut[4] hoc genus unum,[b] vel maximum, prætermitterent; ut, si qui me exire domo mea coëgissent armis, haberem actionem; si qui introire prohibuissent,[5] non haberem? Nondum de Cæcinæ causa disputo, nondum de jure possessionis nostræ loquor; tantum de tua defensione, C. Piso,[6 c] queror. 35. Quando[7] ita dicis, et ita constituis, Si Cæcina, cum in fundo esset, inde dejectus esset, tum per hoc interdictum[8] eum restitui oportuisse: nunc vero dejectum nullo modo esse inde, ubi non fuerit; hoc interdicto[9] nihil nos assecutos esse; quæro, si te hodie domum tuam redeuntem coacti homines et armati, non modo limine tectoque ædium tuarum, sed primo aditu vestibuloque prohibuerint,[10] quid acturus sis. Monet amicus meus te, L. Calpurnius,[d] ut

20 C H S T ψ *inermesque ad const.*—1 χ *adverterit.*—2 *Quid* e conj. edidit Ern. quem Beck. et Schutz. sequuntur. In aliis edd. *quod.*—3 In χ deest *fuerint.*—4 Lamb. Lall. et Weiske deleverunt *ut*, quod Orell. uncis inclusit. —5 χ *si quis me exire ... coëgisset ... haberent ... prohibuisset.*—6 C et S *Pise.*—7 Pro *Quando* C T habent *Quomodo*, et H S *cum.*—8 C χ *propter hoc*

NOTÆ

[y] *Nam, quod agas*] Cicero fingit hæc sibi ab adversario dici.

[z] *Ex jure civili*] Jus civile est quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, decretis principum, auctoritate prudentum venit.

[a] *Ac prætorio*] Jus prætorium illud est quod prætores introduxerunt, adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi juris civilis gratia propter utilitatem publicam.

[b] *Hoc genus unum*] Ostendit quod si majores jura de rebus tenuissimis statuerunt, certe in eos statuisse, qui armis et vi aliquem prohiberent quominus ad constitutum diem experiundi juris gratia venirent.

[c] *C. Piso*] Piso in hac causa Æbutium defendit; et paulo post Tulliam, Ciceronis filiam, duxit. Unde ad Att. Epist. I. 'Tulliolam C. Pisoni despondimus:' de eodem loquitur in lib. de Claris Oratoribus.

[d] *Monet amicus meus te, L. Calpurnius*] Calpurnius fuit Æbutio advocatus, qui clamitabat Cæcinam in-

idem dicas, quod ipse antea dixit, injuriarum.[e] Quid id ad causam possessionis?[f] quid ad restituendum eum, quem oportet restitui? quid denique ad jus civile, aut ad actoris notionem[g] et ad animadversionem?[h] Ages injuriarum?[11] Plus tibi ego largiar: non solum egeris, verum etiam condemnaris[i] licet: numquid magis possidebis? actio enim in-

interd.—9 χ *ubi hoc interdicto non fuerint.*—10 C S χ *prohibuerunt.*—11 'Hic locus vulgo (in Græv. et al.) ita scriptus et distinctus legitur, *Quid? ad causam possessionis: quid? ad rest.... restitui: quid denique? ad ... animadversionem ages? inj?* In nonnullis edd. (ut Oliv. et seqq.) *ages injuriarum?* In edd. vett. nonn. fuit etiam *actoris actionem*, sed *notionem* pro *actionem* in libris quibusdam legi docet Hotom. idemque Cujac. Emendd. v. 17. et alii laudant. Gulielm. maluit, *aut ad actoris notationem, &c.* De loci obscuritate omnes queruntur eumque tentant. Hotom. enim legi jussit ultima sic, *quid denique ad jus civile? cum ad actoris ultionem et animadversionem agatur injuriarum:* Lambinus autem, omissis reliquis verbis, scripsit, *quid denique? ad jus civile ages injuriarum?* verba autem deleta censet ex marginis glossemate venisse in texta. P. Faber ita emendavit, *quid denique ad jus civile aut ad prætoris notionem et ad animadversionem? ages injuriarum.* Garatonus censet, voc. *actoris* ferri non posse, quo deleto, sensus constet. Idem tolli post *ages* interrogationem et post *injuriarum* poni, aut cum Fabro in sententia affirmativa vult accipi. Ernestius unius verbuli adjectione et interpunctione mutata correxit locum *Quid id ad caus. &c.* In codd. C T *ad* ante *animadv.* deest. In sex codd. Oxon., ut in Erf. et binis edd. Venet. vett. pro *ages* est *ajes.* Post *ajes* plene cod. Erf. interpungit. Ferri ea lectio non potest; nam antea jam dixerat Calpurnius 'injuriarum.' Pro *injuriarum* C *injuriam.*' Beck. Conjecturam P. Fabri recepit Schutzius, nisi quod delevit *ad* ante *animadv.* Orell. dedit, *ad jus civile? At ad actoris notionem et ad animadversionem ages injuriarum. Plus tibi, &c.*

NOTÆ

juriarum agere debuisse: is autem vel pater fuit, vel germanus C. Pisonis. Porro insignis fuit Romæ Pisonum familia, ac gentilitas. Calpurnii autem dicti sunt a Calpo, regis Numæ filio, a quo traxisse ferunt originem.

[e] *Injuriarum*] Contendebat Piso in hac causa agendum esse actione injuriarum, non interdicto, quia illud tantum datur possessori; possidere autem negabant adversarii.

[f] *Quid id ad causam possessionis*] Contendit Cicero a natura actionis injuriarum non posse commode restitui per eum, qui sit prohibitus intrare in suum prædium; quia actio injuriarum non jus possessionis assequitur, nec restituit possessionem, nec res per eam recuperatur, de qua hic agitur.

[g] *Ad actoris notionem*] Actio injuriarum non pertinet ad possessorem, qui restitui petit per interdictum: quia actio injuriarum tuetur potius libertatem publicam, quam privatam, de qua hic agitur.

[h] *Animadversionem*] Si quis intulit injuriam, et ea de causa in eum animadversum fuerit, nihil inde ad accusatorem redit; nec restituitur, si possessor fuerit.

[i] *Non solum egeris, verum etiam condemnaris*] Id est, licet aliquis egerit actione injuriarum, et effecerit aut qui sibi vim intulerit, condemnetur, non idcirco in suam possessionem re-

juriarum non jus possessionis assequitur, sed dolorem imminutæ libertatis judicio pœnaque mitigat.[k] XIII. 36. Prætor interea, Piso, tanta de re tacebit?[12] quemadmodum te restituat in ædes tuas, non habebit? Qui dies totos aut vim fieri[l] vetat, aut restitui factam[13] jubet; qui de fossis,[m] de cloacis,[n] de minimis aquarum itinerumque controversiis interdicit,[14] is repente obmutescet? in atrocissima re quod faciat,[15] non habebit? et, C. Pisone domo tectisque suis prohibito, prohibito,[16] inquam, per homines coactos et armatos, prætor quemadmodum more[o] et exemplo[p] opitulari possit, non habebit? Quid enim dicet? aut quid tu, tam insigni accepta injuria, postulabis? [*p.* 292.] Unde vi prohibitus sis,[17] nemo unquam interdixit. Novum est, non dico inusitatum, verum omnino inauditum. Unde dejectus?[18][q] Quid proficies,[r] cum illi hoc respondebunt tibi, quod tu nunc mihi; armatos tibi obstitisse,[19]

CAP. XIII. 12 C H S χ *tacebis.* Mox χ *restituas.* Dein *in ædes suas* C H S χ.—13 χ *fictam.*—14 ψ *interdictis.* In C H S T χ deest *is.*—15 Ern. e conj. cum Schutz. et Beck. *quod faciat.* Omnes aliæ edd. *quid faciat.*—16 Alterum *prohibito* S T χ ψ omittunt.—17 Post *prohibitus sis* Græv. ex Erf. addidit interrogandi notam. Pro *nemo* C habet *ne me,* et T *si nemo.* In Ven. 1480. *sis si nemo:* unde Garaton. suspicabatur, fuisse *sis? sic nemo,* vel etiam *prohibitus? sic nemo.* Schutz. edidit *proh.? Sic nemo.*—18 χ *dejectis.*—19 Vulg. *arm. se tibi obst.* unde Faber maluit, *armatis se tibi obst.* E Franc. *armatos tibi obst.* dederunt Ern. Beck. Schutz. et Orell. prob. Græv.—

NOTÆ

stituitur, quia actio injuriarum ex delicto nascitur, ex quo pœna tantum sequitur.

[k] *Mitigat*] Non adimit. Actio injuriarum non reddit jus possessionis, sed tantum partem doloris ex injuria percepti; non autem adimit totum, quia offensa semper perseverat.

[l] *Aut vim fieri*] Ad id interdicta dantur, ne vis inferatur, sive in dejiciendo, sive in prohibendo, aut alio quovis modo.

[m] *Qui de fossis*] Enumerat res minimas, in quibus prætor solet tot dare interdicta, quot longe æquius in re tam atroci dedisse debuit. Fossa autem, ut scribit Ulpianus, 'est receptaculum aquæ manufactum, ut ad castra, seu urbes, aut oppida, aut alia ejusmodi munienda.'

[n] *De cloacis*] Cloaca est locus, per quem colluvies quædam fluit.

[o] *More*] Id est, jure civili, non scripto.

[p] *Exemplo*] Prætor ad exemplum nova edicta, novis causis emergentibus, proponebat.

[q] *Unde dejectus*] Verba sunt Pisonis quærentis a Cicerone, unde Cæcina dejectus fuisset.

[r] *Quid proficies*] Respondet Cicero Pisoni.

ne in ædes accederes; dejici[20] porro nullo modo potuisse, qui non accesserit? 37. Dejicior ego, inquis, si quis meorum dejicitur omnino.[s] Jam[1] bene agis; a verbis[t] enim recedis, et æquitate[2] uteris: nam verba ipsa si sequi volumus, quomodo[3] tu dejiceris, cum servus tuus dejicitur? Verum ita[4] est, uti dicis. Te dejectum debeo intelligere, etiamsi tactus non fueris. Nonne? Age nunc, si ne tuorum quidem quisquam loco motus erit, atque omnes in ædibus asservati[5] ac retenti; tu solus prohibitus, et a tuis ædibus vi atque armis perterritus;[6] utrum hanc actionem habebis, qua nos usi[7] sumus, an aliam quampiam, an omnino nullam? nullam esse actionem dicere in re tam insigni, tamque atroci, neque prudentiæ, neque auctoritatis tuæ est: alia si qua[8] forte est, quæ nos fugerit, dic, quæ sit. Cupio discere. 38. Hæc si est, qua nos usi sumus; te judice, vincamus necesse est. Non enim vereor, ne hoc dicas, in eadem causa, eodem interdicto, te oportere restitui, Cæcinam non oportere. Etenim cui perspicuum non sit,[9] ad incertum revocari bona,[10] fortunas, possessiones omnium, si ulla ex parte sententia hujus interdicti deminuta[u] aut infirmata sit? si auctoritate[11] virorum talium vis armatorum hominum judicio approbata[12] videatur; in quo judicio non de armis dubitatum,[13] sed de verbis quæsitum esse dicatur? Isne[x] apud vos obtinebit

20 Pro *dejici* C H S χ habent *dici*. Mox *accesseris* edidit Schutz. e conj. Ern.— 1 *Dejicitur omnino. Jam* Lamb. Schutz. et Orell. *dejicitur. Omnino. Jam* vulg. *dejicitur. Omnino jam* edd. vett. et Beck.—2 C *æquitata*. Pro *uteris* in H χ ψ *vertis*.—3 ψ *quo*.—4 *Ita* in C H S omittitur, sed in χ pro *ita est* legitur *etiam*.—5 H *servati:* C ψ *ac servati*.—6 Lamb. legi jubet *proterritus*.— 7 ψ *qua nos ipsi usi*.—8 C S T *si quæ*. Mox χ *quæ sint*.—9 Ern. dubitat an Cicero scripsit *persp. non fit*. In Taur. ... *um est non incertum*, unde Peyron. conj. *Etenim cui non perspicuum est ad inc*.—10 ψ *bonas*.—11 C S T χ ψ *si in auct*.—12 Mss. plerique et edd. ante Lamb. cum Grut. Oliv. *jus armatorum hom. jud. approbatum*. In H *approbata*: T *approbatur*. Græv. legi volnit, co-

NOTÆ

[s] *Omnino*] Cicero approbat adversariorum sententiam.

[t] *A verbis*] A jure summo ad æquum et bonum transire jam dicit adversarium.

[u] *Deminuta*] Deminuitur sententia, um restringitur; infirmatur vero, cum oppugnatur ab adversariis.

[x] *Isne*] Æbutius.

causam suam, qui se ita defenderit? Ejeci[y] ego te armatis hominibus, non dejeci:[z] ut tantum facinus non in æquitate defensionis,[14] sed in una litera[a] latuisse videatur? 39. Hujusce rei vos statuetis nullam esse actionem, nullum[15] experiundi[s] jus constitutum, qui obstiterit[16] armatis hominibus? qui multitudine coacta, non introitu, sed omnino aditu quempiam prohibuerit? XIV. Quid ergo? hoc, quam habet vim? ut illa res aliquid aliqua ex parte differre videatur,[17] utrum, pedem cum intulero, atque in possessionem vestigium fecero,[t] tum expellar atque dejiciar;[18] an, cum eadem vi, atque iisdem[19] armis, mihi ante occurratur, ne non modo intrare, verum etiam[20] aspicere, aut aspirare possim? qui hoc ab illo[1] differt? ut ille cogatur restituere,

[s] *Agendi.* [t] *Ambulavero.*

pula inserta, *in judicio.*—13 T *dubitandum;* et mox ψ *dicitur.*—14 Julius Rufinian. de Fig. Sent. c. 6. *æquitate juris.*—15 C H S T ψ, Taur. et edd. pleræque vett. cum Grut. Oliv. *nulli.*—16 Nonnullæ edd. vett. cum Lamb. Grut. Oliv. Lall. Weiske *qui obst.* Schutz. putat excidisse *cum eo* ante *qui obst.* Dein Ferratius legi maluit, *quod obst.*

CAP. XIV. 17 Ven. 1483. *Quid ergo hoc: quam habet vim ut istas re aliquid cum aliqua ex parte differre vid.* Crat. Cam. *Quid ergo, hoc quam habet vim? ut ista re aliquid cum aliqua ex parte differre vid.* Hotom. locum ita suppleri jussit, *Quid ergo? hoc quam habet vim? unde vi tu illum dejecisti, eo tu illum restituas; nam ut illa res, &c.* Lambinus deesse potius hæc verba censuit, *ejeci ego te armatis hominibus, non dejeci.* Schutz. e conj. P. Fabri edidit, *Quid ergo? hoc, quam habet vim? ut in jure aliquid differre videatur, utrum, &c.* Dein Lamb. maluit, *ut illæ res . . . videantur.* Idem alterutrum vel *aliquid* vel *aliqua ex parte* vult tolli. *Aliqua ex parte* ut interpretamentum tolli voluit Græv. ob lectionem Erf. cod. *ut ista re aliquid* aut *aliqua ex parte. Ista re* etiam C H S χ ψ, Ven. 1483. Naug. In Ven. 1480. est *illa re.* Pro *aliquid* in C H S χ ψ et edd. vett. legitur *aliquid cum:* in T *aliud cum.* Pantagathus ap. Ursinum conj. *in ipsa re cum aliquid aliqua ex parte.* Ms. Franc. *ut ista res aliquid cum aliqua parte.*—18 Taur. *in possessione,* et mox *exp. ac dejiciar.*—19 *An in eadem vi atque iisdem* C H S T χ ψ, et edd. pleræque ante Lamb. cum Beck. sed in T *atque in eisdem.* Ven. 1480. Junt. *an in eadem vi et in eisdem:* Lamb. *an cum eadem vi atque iisdem:* Græv. ex Erf. cum Oliv. Lall. *an eadem vi atque iisdem.* Grævius vero aut repeti ex antecedd. aut addi volnerat *cum.* Passeratius pro *in* aut *cum* aut *ul* legi voluit. Orell. e Taur. edidit, *an eadem vi et iisdem.* Vulg. ut Ern. Pro *ante* Huyd. exhibet *an.*—20 C H S T χ et Taur. omittunt *etiam.*—1 Orell. e conj. Lambini edidit *quid hoc ab illo.* Garaton. jubet ita legi et interpungi, *quid hoc ab illo differt, ut, &c.* Hotom. post

NOTÆ

[y] *Ejeci*] Ejicere est expellere quempiam, antequam in locum aliquem ingrediatur.

[z] *Dejeci*] Dejicere vero est ingressum jam e loco disturbare.

[a] *In una litera*] Nempe D; in verbo enim *dejeci* una plus est quam in verbo *ejeci.*

qui ingressum expulerit; ille,[2] qui ingredientem repulerit, non cogatur? 40. Videte, per Deos immortales! quod jus nobis,[3] quam conditionem vobismetipsis, quam denique civitati legem constituere velitis.[4] Hujusce generis una est actio per hoc interdictum,[5 b] quo nos usi sumus, constituta: ea si nihil valet, aut si ad hanc rem non pertinet; quid negligentius, aut quid stultius majoribus nostris dici potest, qui aut tantæ rei prætermiserint actionem, aut eam constituerint, quæ nequaquam satis verbis causam et rationem juris amplecteretur? Periculosum est dissolvi hoc interdictum: est captiosum omnibus,[a] rem ullam constitui ejusmodi, quæ, cum armis gesta sit, rescindi jure non possit.[6] Verumtamen est turpissimum illud, tantæ stultitiæ prudentissimos homines condemnari, ut vos judicetis,[7] hujus rei atque actionis in mentem majoribus nostris non venisse.

41. Queramur, inquit, licet: tamen hoc interdicto Æbutius non tenetur. Quid ita? Quod vis[8] Cæcinæ facta non est. Dici in hac causa potest, ubi arma fuerint,[9] ubi coacta hominum multitudo, ubi instructi et certis locis cum ferro homines collocati, ubi minæ, pericula terroresque mortis, ibi[10] vim non fuisse? [*p.* 293.] Nemo, inquit, occisus est, neque sauciatus.[11] Quid ais? cum de possessionis controversia, et de privatorum hominum contentione juris loquamur, tu vim negabis esse[12] factam, si cædes et occisio facta non erit? Ego[13] exercitus maximos sæpe

[a] *Plenum dolis.*

possim tolli interrogationis notam jussit.—2 Schutz. e suspicione Ernesti delevit *ille*.—3 H *nobismetipsis*.—4 C *videtis*. Tum C T *Hujus generis*.—5 Taur. *Hoc est periculosum dissolvi hoc int*. In ed. Junt. omittitur τὸ *est* ante *captiosum*. Orell. uncis inclusit.—6 χ *posset*.—7 ψ *ut vos videretis*. Dein *hujus rei interdictum atque actionem* Taur. Rom. Brix. Ven. 1483. Junt. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. *hujus rei jus atque actionem* Erf. et Schutz. *hujus rei atque actionem* C H S T χ ψ: *hujus rei atque actionis* Wald. Ven. 1480. Beck. Schutz. et Orell.—8 Ms. Lamb. *Quid vis:* unde Lamb. dedit *Quia vis*.—9 χ *causa non pot.* et C S χ ψ *ibi arma fuerint*.—10 χ *ubi*.—11 Ern. e conj. *sauciatus;* et sic Beck. Schutz. et Weiske. Omnes aliæ edd. *saucius*.—12 *Esse* non est in χ.—13 Pro *Ego* C H S T χ ψ exhibent *Et*. Dein pro *maximos* T habet *factus*,

NOTÆ

[b] *Per hoc interdictum*] Dolabella prætor interdictum dederat, ut quæreretur, unde vi dejectus fuerat.

pulsos et fugatos[14] esse dico, terrore ipso, impetuque hostium, sine cujusquam non modo morte, verum etiam vulnere. XV. 42. Etenim, recuperatores, non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum vitamque pervenit, sed etiam multo major[15] ea, quæ, periculo mortis injecto, formidine animum perterritum loco sæpe et certo de statu demovet.[16] Itaque saucii sæpe homines, cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt, neque eum relinquunt[17] locum, quem statuerint defendere; at alii pelluntur integri:[x] ut non dubium sit, quin major adhibita vis ei sit, cujus animus sit perterritus, quam illi, cujus corpus vulneratum sit. 43. Quodsi vi[18] pulsos dicimus exercitus esse eos, qui metu ac tenui sæpe suspicione periculi fugerunt;[19] et, si non solum impulsu scutorum, neque conflictu corporum, neque ictu cominus,[y] neque conjectione telorum, sed sæpe clamore ipso militum, aut instructione, aspectuque signorum magnas copias pulsas esse, et vidimus et audivimus: quæ vis in bello appellatur, ea in otio non appellabitur? et, quod vehemens in re militari putatur, id leve[20] in jure civili judicabitur? et, quod exercitus armatos movet, id advocationem[c] togatorum[d] non videbitur movisse? et vulnus corporis magis istam vim, quam terror animi declarabit? et sauciatio quæretur, cum fugam factam esse constabit? 44. Tuus enim testis hoc dixit, metu perterritis nostris advocatis, locum se,[1] qua effugerent, demonstrasse. Qui non modo ut fugerent, sed etiam ipsius fugæ tutam viam quæsierunt, his vis adhibita non videbitur? Quid

[x] *Intacti.* [y] *Prope.*

et C H S χ *maximus.*—14 Erf. *et effugatos.*

CAP. XV. 15 χ *majore.*—16 Mss. nonnulli et edd. vett. *dimovet.*—17 C S T χ et Erf. *relinquent.* Mox T *statuerunt.*—18 T *Quid si vi.*—19 H *fugerint.*—20 Pro *leve* C H S χ habent *bene.*—1 *Se* ex Erf. addidit Ern. quem Beck.

NOTÆ

[c] *Advocationem*] Advocatio proprie cœtus est eorum, qui ad consilium opitulationemque amicorum veniunt.

[d] *Togatorum*] Togati pro iis sumuntur, qui in pace sunt, et sic distinguuntur a sagatis: sagum enim vestimentum est bellatorum. Togati etiam, teste Budæo, sumuntur pro advocatis.

igitur fugiebant?[2] propter metum. Quid metuebant? vim videlicet.[3] Potestis igitur principia negare, cum extrema conceditis? Fugisse perterritos confitemini: causam[4] fugæ dicitis eandem, quam omnes intelligimus, arma, multitudinem hominum, incursionem atque impetum armatorum:[5] hæc ubi conceduntur esse facta, ibi[6] vis facta negabitur? XVI. 45. At vero hoc quidem jam vetus est, et majorum exemplo multis in rebus usitatum: cum ad vim faciendam veniretur, si quos armatos quamvis procul conspexissent, ut statim testificati discederent,[e] optime sponsionem facere possent,[f] 'ni adversus edictum[7][g] prætoris vis facta esset.' Itane vero? scire, esse armatos, satis est,[8] ut vim factam probes; in[9] manus eorum incidere, non est satis? Aspectus armatorum ad vim probandam valebit: incursus et impetus non valebit? qui abierit, facilius sibi vim factam probabit, quam qui effugerit? 46. At ego hoc dico: si, ut primo in castello Cæcinæ[h] dixit Æbutius, se homines coëgisse[10] et armasse, neque illum, si eo accessisset, abiturum, statim Cæcina discessisset; dubitare vos non debuisse, quin Cæcinæ facta vis esset. Si vero, simulac procul[11] conspexit armatos, recessisset, eo minus dubitaretis: omnis enim vis est, quæ periculo[12] aut decedere nos alicunde[13] cogit, aut prohibet accedere. Quodsi aliter sta-

Weiske, Schutz. et Orell. sequuntur. In omnibus aliis edd. deest.—2 Lamb. conj. legend. *Cur igitur fug.* Distinguitur in C ita, *Quid igitur? fugiebant.* In S *Quid igitur? fugiebant?* Porro T caret *Propter.* Post *metum* S ponit interrogationis notam. In Mss. multis Quintil. VII. 4. desunt verba *propter metum.* Denique T habet *Quid metuebantur.*—3 Post *videlicet* C H S T χ ψ addunt *potestatis.* In Ven. 1483. et Junt. legitur, *Vim videl. potestatis. Igitur principia neg. potestis.* Mox *concedatis* Quintil.—4 Pro *causam* χ exhibet *tamen.* —5 Mss. plerique et edd. ante Lamb. *armorum.*—6 C S χ *ubi.*

CAP. XVI. 7 C H S T χ ψ *Ne adv. ed.* Tum in T *esset* omittitur.—8 Quintil. V. 10. 92. *sat est.*—9 Pro *in* C H S χ habent *ut.*—10 C *cogisse.* Pro *illum* in C H S legitur *eum*, et pro *eo* in C H S χ ψ *illo.*—11 χ *prope.*—12 C H S T χ ψ *ridiculo.*—13 Iidem Mss. *aliunde.* Paulo post, T omittit *aut.* Lamb. legit

NOTÆ

[e] *Testificati discederent*] Id est, abirent, testimonio accepto.

[f] *Sponsionem facere possent*] Id est, in judicio contendere, et defendere sponsione facta.

[g] *Ni adversus edictum*] Formulam sponsionis profert, qua facile probaret vim factam esse. Formulæ autem sponsionum hæ vulgo erant, 'ni,' 'vel,' 'si.'

[h] *In castello Cæcinæ*] Axia castellum Cæcinæ fuit.

tuetis; videte, ne hoc vos statuatis, qui vivus discesserit, ei vim non esse factam; ne hoc omnibus, in possessionum controversiis, præscribatis, ut confligendum sibi, et armis decertandum putent; ne, quemadmodum in bello pœna ignavis ab imperatoribus constituitur, sic in judiciis deterior causa sit eorum, qui fugerint, quam qui ad extremum usque contenderint. 47. Cum de jure et legitimis hominum controversiis loquimur, et in his rebus vim nominamus, pertenuis vis intelligi debet.[14] [*p.* 294.] Vidi armatos, quamvis paucos: magna vis est.[15] Decessi unius hominis telo perterritus: dejectus detrususque sum. Hoc si ita statuetis; non modo non erit, cur[i] depugnare quisquam posthac,[16] possessionis causa, velit; sed ne illud quidem, cur repugnare. Sin autem vim sine cæde, sine vulneratione, sine sanguine, nullam intelligetis; statuetis,[17] homines possessionis cupidiores, quam vitæ[k] esse oportere. XVII. 48. Age vero, de vi te ipsum habebo judicem, Æbuti; responde, si tibi videtur. In fundum Cæcina utrum noluit tandem,[18] an non potuit accedere? cum te obstitisse et repulisse[19] dicis, certe hunc voluisse concedis. Potes[20] igitur dicere, non ei vim fuisse[1] impedimento, cui, cum cuperet, eoque consilio venisset, per homines coactos non sit licitum[2] accedere? Si enim id, quod maxime voluit, nullo modo potuit; vis profecto quædam obstiterit necesse est: aut tu dic, quamobrem, cum vellet accedere, non accesserit. 49. Jam vim factam negare non

aut aliquo proh. acc.—14 χ *potest.*—15 Schutz. e conj. dedit, *facta vis est.*—16 χ *quisquam potest hæc.* Mox idem *quidem, quid repugn.*—17 Taur. *intelligitis, statuitis.*

CAP. XVII. 18 Taur. *tandem noluit.*—19 C H S T χ ψ, Pal. 1. et edd. ante Græv. cum Oliv. et Lall. *repudiasse.* Lamb. et Ursin. maluerunt *repugnasse.*—20 C H S χ *Potest*—1 C S χ *fecisse.*—2 Taur. et Orell. *lic. non sit.*—

NOTÆ

[i] *Non modo non erit, cur, &c.*] In eadem lege sic loquitur Ulpianus: 'Eum, qui cum armis venit, possumus armis repellere; sed hoc confestim, non ex intervallo: dummodo sciamus, non solum resistere permissum, ne dejiciatur; sed etsi dejectus quis fuerit, eundem dejicere, non ex intervallo, sed ex continenti posse.'

[k] *Possessionis cupidiores, quam vitæ*] Ut non prius possessionem, quam vitam relinquant; id est, quam cædes aut vulnera facta sint. Ita Hotomannus.

potes: dejectus quemadmodum sit, qui non accesserit, id quæritur; demoveri enim et depelli de loco necesse est eum, qui dejiciatur. Id autem accidere ei qui potest, qui omnino in eo loco, unde se dejectum esse dicit,[3] nunquam fuit? Quodsi fuisset, et ex eo loco, metu permotus, fugisset, cum armatos vidisset; diceresne[4] esse dejectum? Opinor. An tu, qui tam diligenter et tam callide verbis controversias,[5] non æquitate, dijudicas; et jura non utilitate communi, sed literis exprimis;[z] poterisne dicere, dejectum esse eum qui tactus non erit? Quid? detrusum dices?[6] nam eo verbo antea prætores in[7] hoc interdicto uti solebant. Quid ais? potestne detrudi quisquam, qui non attingitur? nonne, si verbum sequi volumus, hoc intelligamus necesse[8] est, eum detrudi, cui manus afferantur? necesse est,[9] inquam, si ad verbum rem volumus attingere,[10] neminem statu detrusum, qui non adhibita vi, manu demotus et actus præceps intelligatur. 50. Dejectus vero[11] qui potest esse quisquam, nisi in[12] inferiorem locum de superiore motus? potest pulsus, fugatus, ejectus denique: illud vero nullo modo potest, dejectus esse quisquam, non modo qui tactus non sit, sed ne æquo[13] quidem et plano loco. Quid ergo? hoc interdictum putamus eorum esse causa compositum, qui se præcipitatos ex locis superioribus dicerent? eos enim vere possumus dicere esse[14] dejectos.

XVIII. An non,[15] cum voluntas, et consilium, et sententia interdicti intelligatur, impudentiam summam, aut stultitiam singularem putabimus,[16] in verborum errore versari;

[z] *Interpretaris.*

3 H *dicat.* Mox *Quid? si fuisset* Taur. Lamb. Schutz. et Orell. Tum *metu* in C omittitur.—4 χ *doceresne.* In H deest *esse.*—5 Taur. *controversiam.* Mox pro *utilitate* χ exhibet *æquitate.*—6 Taur. *dicesne.*—7 H S T χ ψ *in* omittunt.—8 Pro *necesse* in C H S T legitur *ne.* Paulo post, χ *cujus manus.*—9 *Ne est* χ: *nec est* ψ.—10 Schutz. e conj. dedit *alligare:* Orell. e Taur. *adjungere:* omnes aliæ edd. *attingere.* Hotom. volebat *astringere.* In Ms. Franc. superscribitur *attineri.* Tum Lamb. (1566.) e conj. cum Beck. Schutz. et Orell. *statui,* ut est in Taur. *statim* Ms. Lamb. In T *statum detensum.* Muretus maluerat *statuere.*—11 Taur. *verbo*—12 In C S T χ deest præpositio *in.*—13 Taur. *ne in æquo.*—14 In χ non legitur *esse.*

CAP. XVIII. 15 C H S T χ ψ *non* omittunt.—16 χ *putabamus.* Pro *errore*

rem, et causam, et utilitatem communem non relinquere solum, sed etiam prodere? 51. An hoc dubium est, quin neque verborum tanta copia sit, non modo in nostra lingua,[l] quæ dicitur esse inops; sed ne in alia quidem ulla, res ut omnes suis certis ac propriis vocabulis nominentur?[17] neque vero quicquam opus sit verbis, cum ea res, cujus causa verba quæsita sint,[18] intelligatur? Quæ lex,[m] quod senatusconsultum,[n] quod magistratus edictum,[o] quod fœdus,[p] aut pactio,[q] quod (ut ad privatas res redeam) testamentum;[r] quæ judicia,[s] aut stipulationes,[t] aut pacti et[19] conventi formula[u] non infirmari aut convelli[20] potest, si ad verba rem[1]

Schutz. suspicabatur *tenore* legend.—17 H S χ *nominarentur*.—18 H et ψ *sunt*. —19 Pro copula *et*, quam Lamb. delevit, C et χ exhibent *aut*. Orell. uncis inclusit.—20 C H T χ, Erf. Ven. 1480. Junt. Græv. Beck. Weiske, Schutz.

NOTÆ

[l] *In nostra lingua*] Græca lingua locupletior est Romana.

[m] *Quæ lex*] Cic. de Leg. lib. III. sic legem definit: 'Lex est ratio summa, insita a natura, quæ jubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria.'

[n] *Senatusconsultum*] Cum difficile populus congregaretur, propter multitudinem, cura reipub. ad senatum deducta est, qui se interponere cœpit, atque rerum satagere. Id quoque jus vocatum est senatusconsultum. Ita Institutiones de jure scripto.

[o] *Magistratus edictum*] Edictum proprie magistratuum est; unde edicta consulum, literæ consulum dicuntur. Ita Valla v. 68.

[p] *Quod fœdus*] Fœdus proprie pactionem illam significat, quæ per feciales fiebat, inter hostes, dum a bello disceditur. Dictum est autem fœdus vel a porca fœde, id est crudeliter interfecta, quia in fœdere pasciscendo immolabatur: unde Virgilius, 'Et cæsa jungebant fœdera porca:' vel a fide, quia in fœdere interponitur fides, unde ab Ennio 'fidus' dicitur. Licet autem fœdus hoc extra judicium tractetur, tamen publicum fuisse testatur Livius lib. XXI.

[q] *Aut pactio*] Pactionem definit Ulpianus, 'Duorum pluriumve in idem placitum et consensum.'

[r] *Testamentum*] Testamentum est voluntatis nostræ justa sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit, cum institutione hæredis. Ulpianus, l. prima de Test. l. XXVIII.

[s] *Quæ judicia*] Judicia dicit, quia in certa verba concipiebantur a prætore.

[t] *Aut stipulationes*] Stipulationes verborum obligationes sunt, quæ interrogando et respondendo fiunt: ut spondes? spondeo.

[u] *Aut pacti et conventi formula*] Pactum certa verborum conceptione fiebat. Formula autem stylus vulgo dicitur, olim mordicus observata, paulum mitescere postea cœpit, deinde fere sublata est. Est autem duplex pactum: nudum, quod solo consensu constat; vestitum, quod præter consensum alio jure munitur. Accipit hic Cicero pactum pro contractu bonæ fidei, in quo æquitas magis

deflectere[a] velimus; consilium autem eorum, qui scripserunt, et rationem, et auctoritatem relinquamus? 52. Sermo, mehercule,[2] et familiaris et quotidianus non cohærebit,[b] si verba inter nos aucupabimur.[3] [x] Denique imperium domesticum nullum erit, si servulis hoc nostris concesserimus, ut ad verba nobis obediant;[y] [*p.* 295.] non ad id, quod ex verbis intelligi possit,[4] obtemperent. Exemplis nunc uti videlicet mihi necesse est harum rerum omnium? Non occurrit unicuique vestrum[5] aliud alii in omni genere exemplum, quod testimonio sit, non ex verbis aptum[6] pendere jus, sed verba servire hominum consiliis et auctoritatibus? 53. Ornate et copiose[7] L. Crassus,[z] homo longe eloquentissimus, paulo ante quam nos in forum venimus, judicio centumvirali[a] hanc sententiam defendit; et facile,

[a] *Detorquere.* [b] *Absurdus erit.*

et Orell. *inf. ac conv.*—1 H *verbum rem*: χ *rem verba.*—2 C H S T χ ψ *hercule.*—3 χ *aucupabamus.*—4 C *possent*: χ *possint.*—5 χ *nostrum.*—6 *Actum* H S χ et nonnullæ edd. vett. *totum* Franc. Junt. Lamb. In T deest *jus.*—7 H *Orn.*

NOTÆ

spectatur: ita omne pactum complectitur privatum scriptum, sive obligationem: aut enim quis obligatur judicio, aut extra judicium contractu; stricti juris, aut bonæ fidei.

[x] *Verba inter nos aucupabimur*] Id est, si verba ad utilitatem nostræ causæ capiamus: ab aucupibus translatio.

[y] *Ad verba nobis obediant*] Ad verba obediebat ille servus, qui jussus a domino lentem coquere, unum tantum lentis granum apposuit; et qui jussus ad lavandos pedes pelvim afferre, eam sine aqua paravit. Vide alia ejusmodi exempla in vita Æsopi Phrygii.

[z] *Ornate et copiose L. Crassus*] Crassi laudes explicat Cicero initio orationis pro L. Cornelio Balbo; hic autem defendit causam, cujus argumentum breviter subjicitur, et vicit. Paterfamilias, qui opinabatur uxorem gravidam relinquere, sic testamentum fecit: 'Si postumus meus annos tutelæ suæ attigerit, hæredem quem voluerit facere, poterit; sin prius quam veniat in tutelam, decesserit, M' Curium hæredem secundum facio.' Pater moritur, filius natus non est. Curius adit hæreditatem. Coponius agnatus contra petit. Apud centumviros causam Coponii Scævola agit; ex verbis testamenti jura defendit. Contradicit ex sententia testamenti Crassus, et Curii causam agit.

[a] *Judicio centumvirali*] Hæc causa acta fuit apud centumviros. Cum senatores rempub. curarent, et essent Romæ triginta quinque tribus, quæ decuriæ dictæ sunt, terni ex singulis tribubus sunt electi ad causas privatas judicandas; qui tametsi quinque amplius quam centum essent, tamen ex loquendi commoditate, quo faci-

cum contra eum prudentissimus homo, Q. Mucius, diceret, probavit omnibus, M' Curium, qui hæres institutus esset ita,[8] mortuo postumo filio;[b] cum filius non modo non mortuus,[9] sed ne natus quidem esset, hæredem esse oportere. Quid? verbis satis hoc cautum erat?[10] minime. Quæ res igitur valuit? voluntas; quæ si tacitis nobis intelligi posset, verbis omnino non uteremur: quia non potest, verba reperta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem. XIX. 54. Lex usum auctoritatem[11 c] fundi jubet esse biennium. At utimur[12] eodem jure in ædibus, quæ in lege non appellantur. Si via sit immunita,[c] jubet, qua velit, agere jumentum. Potest hoc ex verbis intelligi, licere, si via sit in Brutiis[d] immunita,[13] agere, si velit, jumentum per M. Scauri Tusculanum.[e] Actio est[f] in auctorem[d 14]

[c] *Corrupta.* [d] *In dominum.*

cop. sine *et.*—8 Pro *ita* ed. Wald. habet *jam.* Utrumque gloss. videtur Ernesto.—9 In χ *filiis . . . mortuis.* Ern. conj. legend. *filius non modo mortuus.* —10 χ *cautum est.*

CAP. XIX. 11 *Usum et auctoritatem* Mss. et edd. ante Græv. cum Oliv. *usum auctoritatem* e conj. Hotomanni dederunt Græv. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *Biennem* quoque legi voluit Hotom. Cf. Topic. c. 4.—12 C H S χ *Et utimur.*—13 *Brictiis imminuta* H et χ: *Brictiis immunita* ψ.—14 Manut.

NOTÆ

lius nominarentur, centumviri dicti sunt. Cum jura erant daturi, hasta posita, in unum coibant, unde tam frequens centumviralis hastæ mentio. Judicabant autem illi de hæreditatibus, usucapionibus, testamentis, gentilitatibus, tutelis, aquationibus, &c. Vide Cic. in lib. I. de Oratore.

[b] *Postumo filio*] Postumus dictus est is, qui post parentis mortem natus est. Virgilius lib. VI. adjective ponit hanc vocem, 'tua postuma proles.'

[c] *Lex usum auctoritatem* [*Lex usum et auctoritatem*] Lex, inquit, jubet fundum biennio usucapi, et tamen utimur eodem jure in ædibus usucapiendis, quamvis fundus, non ædes in lege appellentur. 'Usus et auctoritas' verba prisci juris sunt, quibus usucapio significabatur. 'Usucapio' enim jus acquirendi dominii est, ex certi temporis possessione. Per 'usum' igitur possessio, per 'auctoritatem' jus dominii accipitur, cum auctor in jure appellatur is, a quo jus nobis comparatur. Tempus usucapionis postea mutatum est, et aliud in mobilibus, aliud in solis rebus præfinitum, adjecta etiam præsentium et absentium personarum conditione.

[d] *In Brutiis*] Brutii populi sunt in finibus Italiæ, vicini Lucanis, a quibus originem habuerunt: sic nominati a morum feritate, quasi Bruti.

[e] *Tusculanum*] Tusculum Latii oppidum fuit, clarum villa Ciceronis et

præsentem his verbis, 'Quandoquidem[15] te in jure conspicio.'[g] Hac actione Appius ille Cæcus[h] uti non posset, si tam vere[16] homines verba consectarentur,[e] ut rem, cujus causa verba sunt, non considerarent. Testamento si recitatus[17] hæres esset pupillus Cornelius,[i] isque[18] jam annos XX haberet; vobis interpretibus amitteret[19] hæreditatem. 55. Veniunt in mentem mihi permulta; vobis plura, certo[20] scio. Verum, ne nimium multa complectamur, atque ab eo, quod propositum est, longius aberret oratio; hoc ipsum interdictum, de quo agitur, consideremus. Intelligetis[1] enim in eo ipso, si in verbis jus constituamus, omnem utilitatem nos hujus interdicti, dum versuti et callidi volumus[2] esse, amissuros: 'Unde tu, aut familia,[k] aut procurator tuus.' Si me villicus[l] tuus solus dejecisset; non familia

[e] *Mordicus adhærerent verbis.*

Junt. Grut. *actorem.*—15 C H S T χ *quandoque.* Orell. *quidem* uncis inclusit. —16 Lamb. in marg. notavit alios legere *tam severe;* et sic legend. conj. Græv. unde eam lectionem receperunt Lall. et Schutz. Mox *quam rem* Mss. plerique et vulg. *ut rem* C H S T, Erf. Græv. Beck. Schutz. et Orell. P. Faber maluit scribi *tum vere . . . cum rem:* Garaton. *si tantopere homines, &c.*—17 C H S T ψ *recitantur.* Tum in χ *hæres esse.*—18 C S χ *usque.* P. Faber conj. *annos XV* legend.—19 In C *amittere.*—20 C S T χ *certe.* Mox Wald. *complectar.* Ern. conj. *complectatur,* probb. Beck. et Weiske. 'Si *complectamur* verum est, debet esse *neque ab eo.*' Ern. prob. Weiske.—1 C H S T χ, Erf. Franc. et edd. vett. cum Græv. *intelligitis.*—2 Erf. *velimus.*—

NOTÆ

Catonum genere: in quo M. Scaurus, gener Metelli pontificis, domum habuit.

[f] *Actio est*] Actio est jus persequendi in judicio quod sibi debetur. Vide Inst. l. IV.

[g] *Quandoquidem te in jure conspicio*] Verba solennia sunt illius actionis, quæ et vindiciarum dicitur, cum jus pendente judicio disceptabatur.

[h] *Appius ille Cæcus*] Ob Herculis detractam religionem, et ejus translationem sacrorum a Potitiis ea obtinentibus, ad humile servorum ministerium, omnes ipsi Potitii intra annum extincti sunt, et Appius, translationis auctor, luminibus orbatus est. Vide Livium lib. IX.

[i] *Pupillus Cornelius*] In nomine hoc statuit exemplum. Id est igitur, si cum Cornelius hæres est institutus, nondum attigisset annum decimum quartum, scriptusque esset pupillus, id est impubes; cum vero aperiuntur tabulæ testamenti, ad vicesimum pervenisset, tum non esset pupillus, sed pubes. Quare, si verba tantum spectarentur, hæreditatem amitteret, quod iniquum esset.

[k] *Unde tu, aut familia*] Verba sunt interdicti, ex quo judicium Cæcinæ constitutum est, quod de vi armatis hominibus appellavit.

[l] *Villicus*] Villicus servus, teste Co-

dejecisset,[m] ut opinor, sed aliquis de familia. Recte igitur diceres te restituisse?[3 n] quippe. Quid enim facilius est, quam probari iis, qui Latine sciant, in uno servulo familiæ nomen non valere? Si vero ne habeas quidem servum, præter eum, qui me dejecerit; clames videlicet: 'Si habeo familiam, a[4] familia mea fateor te esse dejectum.' Neque dubium est, quin, si ad rem judicandam verbo ducimur, non re, familiam intelligamus, quæ constet ex servis pluribus; quin unus homo familia non sit. Verbum[5] certe hoc non modo postulat, sed etiam cogit. 56. At vero ratio juris, interdictique vis,[6] et prætorum voluntas, et hominum prudentium[7] consilium et auctoritas, respuat[f] hanc defensionem, et pro nihilo putet. XX. Quid ergo?[8] isti homines Latine non loquuntur? immo vero tantum loquuntur, quantum est satis ad intelligendam voluntatem; cum sibi hoc proposuerint,[9] ut, sive me tu dejeceris, sive tuorum quispiam, sive servorum, sive amicorum, ut servos non numero[10] distinguant, sed appellent uno familiæ nomine. 57. De liberis[o] autem quisquis est, procuratoris nomine appelletur: non quo[11] omnes sint aut appellentur procuratores, qui negotii nostri aliquid gerant; sed in hac re,[12] cognita sententia interdicti, verba subtiliter[13] exquiri omnia

f Rejiciat.

3 χ *restitisse*, et mox *probare*.—4 Pro præpositione *a* C S χ habent *aut*.—5 Pro *Verbum* in C H S legitur *Verborum;* in T *Verbo numerum;* in χ ψ *Verbo num.* T omittit *hoc*.—6 Vict. *jus*.—7 χ *prudentum*.

Cap. XX. 8 T, Ven. 1483. Junt. et Orell. *Quid igitur:* Schutz. *Quid? Ergo isti*, improb. Orell. Verba *immo vero tantum loquuntur* in C H S χ desunt: sed T habet *Hebraice vero tantum loq.*—9 T *proposuerunt*. Dein Lamb. e Ms. dedit *ut me restituas, sive tu dejec.* Ven. 1483. et Orell. *ut me restituas, sive tumet dej.* Schutz. *ut restituas, sive me tu dej.* Pro *me tu* in C H S χ legitur *meta;* 'num *metu?*' ait Beck.—10 Pro *numero* T habet *modo*.—11 Lamb. *non quod*. Tum C H S ψ *ut appell.*—12 Mss. pauci et Lamb. Oliv. Lall. *sed quia in hac re*.—13 C H S T χ ψ, et edd. ante Grut. non habent adverbium *subtiliter*.

NOTÆ

lumella, qui villam gubernat, et præest pago, et totius rei rusticæ curam gerit.

m *Familia dejecisset*] Cum familia plures contineat, servus autem solus sit, familiam non facit.

n *Restituisse*] Id est, te edicto satisfecisse.

o *De liberis*] Ex Instit. lib. I. 'Omnes homines aut liberi sunt, aut servi: servi familiæ, liberi vero procuratoris nomine appellantur.'

noluerunt. [*p.* 296.] Non enim alia causa est æquitatis in uno servo, et in pluribus: non alia ratio juris in hoc genere duntaxat, utrum me tuus procurator dejecerit, (is, qui legitime procurator[p] dicitur omnium rerum ejus, qui in Italia[q] non sit, absitve[14] reipublicæ causa, quasi quidam pæne dominus, hoc est, alieni juris vicarius)[r] an[15] tuus colonus,[s] aut vicinus, aut cliens, aut libertus, aut quivis, qui illam vim dejectionemque, tuo rogatu, aut tuo nomine,[16] fecerit. 58. Quare, si ad eum restituendum, qui vi dejectus est, eandem vim[17] habet æquitatis ratio; ea intellecta, certe nihil ad rem pertinet, quæ verborum vis sit[18] ac nominum. Tam restitues,[t] si tuus me libertus dejecerit, nulli tuo præpositus negotio, quam si procurator dejecerit: non quo[19] omnes sint procuratores, qui aliquid nostri negotii gerunt;[20] sed quod in hac re quæri[1] nihil attinet. Tam restitues, si unus servulus, quam si familia dejecerit universa: non quo idem sit servulus unus,[2] quod familia; verum quia non, quibus verbis[u] quidque dicatur, quæritur, sed quæ res agatur.[x] Etiam, ut[3] jam longius a verbo recedamus, ab æquitate ne[4] tantulum quidem, si tuus servus

Dein in ed. Oliv. *experiri.* Denique *voluerunt* C S χ.—14 χ *absit ne.*—15 Pro *an,* quod in T deest, C H S χ ψ et edd. vett. exhibent *aut.*—16 χ *tuo rog. aut nom.*—17 χ *tandem vim.*—18 Idem Ms. *vi fit.*—19 χ *proc. dejicitur;* et Lamb. *non quod.*—20 Ern. scribi jubet *gerant.*—1 Schutz. e conj. *id quæri.* Tum C H S T χ ψ, Erf. Ven. 1480. et 1483. cum Beck. *fecerit.* Mox S et Lamb. *non quod.*—2 C H S T χ et edd. ante Grut. cum Schutz. et Beck. omittunt *unus.* —3 C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. *Etiamsi ut:* Erf. et Wald. *Etsi ut.* Dein *jam*

NOTÆ

p *Legitime procurator*] In Bruto vocat Cic. procuratorem voluntarium, qui non lege, sed voluntate rem procurat.

q *In Italia*] Profecturi ad negotia, vel reipub. causa, in provincias, constituebant, quibus potestatem omnem, et rerum omnium administrationem committebant.

r *Vicarius*] Is, qui vices alterius gerit, vicarius dicitur.

s *An tuus colonus, &c.*] Teste Ulpiano, colonus, cliens, vicinus, libertus, vel quivis, qui aliquid pro nobis servorum loco facit, familiæ appellatione et nomine continetur.

t *Tam restitues*] Tam aliquis tenetur edicto, cum ejus colonus aliquem dejecit, quam si dominus dejecerit.

u *Non, quibus verbis*] Adversarii de verbis, non de re ipsa, judicabant.

x *Sed quæ res agatur*] De re Cicero agebat: nam prætores et juridici non de verbis, sed de rebus et de factis judicant.

nullus fuerit, sed omnes[5] alieni, ac mercenarii; tamen et ipsi[6] tuæ familiæ genere et nomine[7] continebuntur. XXI. 59. Perge porro hoc idem interdictum sequi; 'hominibus coactis.'[y] Neminem coëgeris:[z] ipsi convenerint sua sponte. Certe cogit[8] is, qui congregat homines et convocat: coacti sunt ii, qui ab aliquo sunt unum in locum congregati. Si non modo convocati non[9] sunt, sed ne convenerunt quidem; sed ii[10] modo fuerunt, qui etiam antea, non, vis ut fieret,[11] verum colendi, aut pascendi causa, esse in agro consueverant;[12] defendes, homines coactos non fuisse: et verbo quidem superabis, me ipso[13] judice; re autem, ne consistes quidem ullo judice. Vim enim multitudinis restitui[14] voluerunt, non solum convocatæ multitudinis; sed, quia plerumque, ubi multitudine opus est, homines cogi solent, ideo de coactis compositum interdictum est: quod, etiamsi verbo differre videbitur, re tamen erit unum, et omnibus in causis idem valebit, in quibus perspicitur una atque eadem causa æquitatis. 60. 'Armatisve.'[15] Quid dicemus? armatos, si Latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos, qui scutis telisque[a] parati ornatique sunt. Quid igitur? si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris; jussusque sis, quem hominibus armatis dejeceris, restituere; restituisse te dices?[16] Verba si valent; si causæ non ratione, sed vocibus ponderantur;[17] me auctore dicito. Vinces profecto, non fuisse armatos

abest a C H S T.—4 C H S T χ ψ *non*.—5 H S T χ *et omnes*.—6 C H S T χ ψ *ipsi servi*.—7 Nonnullæ edd. vett. *et gen. et nom.* Tum *continebuntur* C H S χ.

CAP. XXI. 8 *Cogerit* C H T: *coëgerit* S χ ψ.—9 χ *non* omittit.—10 *Ii* in C H S χ deest.—11 χ *non iis ut fieret*.—12 χ *consuerunt*. Tum C H S *defenderis*: χ *defendens*.—13 *Ipso* non legitur in χ.—14 Pantagathus conj. *respici*, ut est in Bergeri Ms.—15 Lamb. e conj. Hotomanni recepit *Armatisque*. In

NOTÆ

[y] *Hominibus coactis*] Verba sunt ex forma edicti, proposita ab oratore ut examinentur.

[z] *Neminem coëgeris*] Explicat, qui cogere dicuntur.

[a] *Scutis telisque*] Scuta arma ad tegendum; tela ad nocendum idonea sunt.

eos, qui saxa jacerent, quæ de[18] terra ipsi tollerent; non esse arma cæspites, neque glebas; non fuisse armatos eos, qui prætereuntes[19] ramum defringerent arboris; arma esse suis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum; quæ qui non habuerint, eos inermes fuisse vinces.[20] 61. Verum siquidem erit armorum judicium; tum ista dicito: juris judicium cum erit et[1] æquitatis; cave in ista tam frigida, tam jejuna calumnia delitescas.[g] Non enim reperies quenquam judicem, aut recuperatorem, qui, tanquam si arma militis inspiciunda sint, ita probet armatum: sed perinde[2] valebit, quasi paratissimi fuerint, si reperientur ita parati fuisse, ut vim vitæ aut corpori potuerint afferre. XXII. 62. Atque, ut magis intelligas, quam verba nihil valeant; si tu solus, aut quivis unus cum scuto, cum gladio, impetum in me fecisset,[3] atque ego ita dejectus essem; auderesne dicere, interdictum esse de armatis hominibus; hic[4] autem hominem armatum unum fuisse? [*p.* 297.] Non, opinor, tam impudens[5] esses. Atqui vide, ne multo nunc sis impudentior: nam tum quidem omnes mortales implorare posses, quod homines in tuo negotio Latine loqui[6] oblivisce-rentur; quod inermes armati judicarentur; quod, cum interdictum esset de pluribus, commissa res esset ab uno; unus homo plures esse homines judicaretur.[7] 63. Verum in his causis non verba veniunt in judicium, sed ea res, cujus causa verba hæc in interdictum[8] conjecta[h] sunt.

[g] *Lateas.* [h] *Posita.*

T *Armatisne.*—16 C H S T χ ψ *dicis te.*—17 χ *informantur.*—18 *Qui de* C H T ψ: *quidem* S.—19 In C H S χ *prætereuntem.* Dein *defligerant* χ: *refregerunt* Ven. 1480. Mox in eadem ed. legitur *alia esse ad tegendum . . . quæ qui non habuerunt.* In χ quoque *habuerunt.*—20 Pro *vinces* T habet *dices.*—1 χ caret copula.—2 Lamb. *proinde.* Pro *paratissimi* T, Erf. Franc. Wald. Junt. Naug. Crat. Cam. Lamb. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. habent *armatissimi:* Grut. Græv. Oliv. Lall. *ornatissimi,* errore typographico, ut ait Orell. In ψ *peramantissimi.* Dein Grut. *ita parata,* errore typographico, ut Orell. ait. Pro *fuisse* in T legitur *esse.*

CAP. XXII. 3 Grut. Græv. Oliv. Lall. *fecisses.*—4 χ *his.*—5 C S T χ *jam imp.* In C H S T χ *Nam cum.*—6 C H S T χ ψ, Erf. Taur. Ven. 1483. Junt. Beck. et Orell. omittunt *loqui.* Pro *inermes* χ, Pal. 2. Erf. Ven. 1480. et 1483. Junt. cum Beck. et Orell. exhibent *inermi.* In C H S T *inermis.* Lamb. dedit, *quod armatus armati.*—7 Pro vulg. *judicarentur* Ern. Beck. Weiske et Schutz. ex Wald. dederunt *judicaretur.*—8 Taur. *ad interd.* In T præposi-

Vim, quæ ad caput et ad vitam[9] pertinet, restitui sine ulla exceptione voluerunt. Ea fit plerumque per homines[10] coactos armatosque; quæ[11] si alio consilio, eodem periculo facta sit; eodem jure esse voluerunt. Non enim major est injuria, si tua familia, quam si tuus villicus; non si tui servi, quam si[12] alieni, ac mercenarii; non, si tuus procurator, quam si vicinus, aut libertus tuus; non, si coactis hominibus, quam si voluntariis,[b] aut etiam assiduis[c] ac domesticis; non, si armatis, quam si inermibus,[13] qui vim haberent armatorum[14] ad nocendum; non, si pluribus, quam si uno[15] armato. Quibus enim rebus plerumque vis fit, ejusmodi hæ res appellantur interdicto.[16] Si per alias res eadem facta vis est; ea, tametsi verbis interdicti non concluditur,[i] tamen sententia juris[17] atque auctoritate retinetur.[18]

XXIII. 64. Venio nunc ad illud tuum: 'Non dejeci, si non sivi[k][19] accedere.' Puto te ipsum, Piso, perspicere, quanto ista sit angustior iniquiorque[20] defensio, quam si illa uterere:[1] 'Non fuerunt armati: cum fustibus et saxis[2] fuerunt.' Si, mehercule, mihi, non copioso homini ad dicendum, optio detur, utrum malim defendere, non esse dejectum eum, cui vi et armis ingredienti sit occursum,[3] an, armatos non fuisse eos, qui sine scutis ac sine ferro[4] fuerint; omnino, ad probandum utramque rem videam infirmam nugatoriamque esse, ad dicendum autem, in altera

[i] *Continetur.* [k] *Permisi.*

tio deest.—9 Taur. *ad caput ac vitam.*—10 T *propter hom.*—11 C H S T χ ψ, Erf. Taur. Ven. 1483. Junt. Crat. Schutz. et Orell. non habent *quæ.* Beck. uncis includit.—12 *Si* h. l. et ante *vicinus* C H S χ omittunt.—13 In χ *inermis*, non improb. Beck.—14 Taur. *vim armatorum hab.*—15 In Taur. omittitur *uno*, prob. Peyron.—16 Orell. e Taur. edidit, *ejusmodi eæ res appell. interdicto.*—17 Taur. *sent. tamen juris.*—18 Lamb. *continetur.*

CAP. XXIII. 19 *Non dejeci, non enim sivi* Taur. prob. Peyron. *Non dej., si non sivi enim sui acced.* ψ: *Non dej., si eum non sivi* Junt.—20 Lamb. maluit *inaniorque.*—1 χ *uterer.*—2 Orell. e Taur. dedit *cum fust. et cum saxis.*—3 T

NOTÆ

[b] *Voluntariis*] Voluntarii sunt qui, ultro et non rogati, ad vim faciendam venerunt.

[c] *Assiduis*] Assidui hic dicuntur, qui continui sunt in domo, vel in loco, ubi vis illa facta est.

videar mihi aliquid reperire posse, non fuisse armatos eos, qui neque ferri quicquam, neque scutum ullum habuerint:[5] hic vero hæream, si mihi defendendum sit, eum, qui pulsus fugatusque sit, non esse dejectum. 65. Atque illud in tota defensione tua mihi maxime mirum videbatur, te dicere, jurisconsultorum auctoritati obtemperari[6] non oportere. Quod ego tametsi non nunc primum, neque in hac causa solum, audio, tamen admodum mirabar, abs te quam ob rem diceretur: nam ceteri tum ad istam hortationem[7] decurrunt, cum se in causa putant habere æquum et bonum, quod defendant.[8] Si contra verbis et literis, et (ut dici solet) summo jure contenditur;[d] solent ejusmodi iniquitati boni et æqui[9] nomen dignitatemque opponere. Tum illud,[10] quod dicitur, 'sive, nive,' irrident: tum aucupia verborum,[e] et literarum tendiculas[11] [f] in invidiam vocant: tum vociferantur, ex æquo et bono, non ex callido versutoque jure, rem judicari oportere; scriptum sequi,[12] calumniatoris esse; boni judicis, voluntatem scriptoris auctoritatemque defendere. 66. In ista vero causa,[g] cum tu sis

aggredienti, et C *sit occisum*.—4 Tanr. *sine scutis sineque ferro*.—5 C *nec scutum*, et χ *habuerunt*.—6 C χ *obtemperare*.—7 Passerat. suspic. *rationem*. In χ *orationem*, ut Lamb. conjecerat.—8 C *defendat*.—9 *Et boni et æqui* Mss. quidam et edd. ante Lamb. cum Oliv. et Lall.—10 C H S T χ *Tu illud*. In T et χ deest *hoc*. Dein *si veni be* C H S χ ψ, Erf. et edd. Rom. Brix. Ven. 1483. *si veni bene* Franc. *si venire* ed. Wald. *sic venire* Junt. Vict. *sive nibe* e duobus Pall. edidit Grut. *sive, nive* e conjectura Gulielmii dederunt Græv. Ern. Oliv. Lall. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. In ed. P. Manutii et Lamb. 1566. *dicitur* * *irrident*. Post *dicitur*, Hotom. prob. Lamb. inseri voluit *uti lingua nuncupassit*, ex fragmento XII. Tabb. Ant. Augustinus scribi malnit *sic invenire*; P. Faber *sic in jure*: Pantagathus, *quod dic., summo jure irrident*. Vid. Nott. Varr. Pro *tum* in T legitur *tamen*. Pro *aucupia* C habet *aucumen* cum asterisco; H S χ *aucu*; T *an cupio*.—11 T *tendiculis*.—12 χ *rem judi-*

NOTÆ

[d] *Summo jure contenditur*] Proverbium affert, quod est apud Terentium; summum jus, summa injuria: quæ sententia ab ipso Cicerone explicatur in lib. I. de Off.

[e] *Aucupia verborum*] Aucupia sunt verba jurisconsultorum propria, quibus more avium homines capiuntur.

[f] *Tendiculas*] Verbum quoque translatum ab avibus: 'tendiculas' enim vocamus laqueos, quos vel avibus vel feris tendimus.

[g] *In ista vero causa*] Inculcat adversariorum defensionem et conclusionem, ut eos in odium vocet.

is, qui te verbo literaque defendas;[13] cum tuæ sint hæ partes, 'Unde dejectus es? an inde, quo prohibitus[14] es accedere, ejectus es, non dejectus?' cum tua sit hæc oratio,[15] 'Fateor, me homines coëgisse: fateor, armasse: fateor, tibi mortem esse minitatum:[16] fateor, hoc interdicto prætoris vindicari, si voluntas et æquitas valeat:[17] sed ego invenio in interdicto verbum unum, ubi delitescam: non dejeci te[18] ex eo loco, quem in locum prohibui ne venires:'—XXIV. in ista defensione accusas eos, qui consuluntur,[19] quod æquitatis censeant rationem, non verbi,[20] haberi oportere. 67. Et hoc loco Scævolam, dixisti, causam apud centumviros[h] non tenuisse;[m] [*p.* 298.] quem ego antea commemoravi,[1] quod idem faceret, quod tu nunc (tametsi ille in aliqua causa faciebat, tu in nulla facis); tamen probasse nemini,[2] quod defendit, quia verbis oppugnare æquitatem videbatur. Cum id miror, te hoc in hac re, alieno tempore, et contra, quam ista causa postulasset, defendisse; tum illud vulgo in judiciis, et nonnunquam ab ingeniosis hominibus defendi, mihi mirum videri solet, nec jurisconsultis concedi, nec jus civile[3] in causis semper valere oportere. 68. Nam qui hoc disputant, si id dicunt, non recte[4] aliquid statuere eos, qui consulantur;[5]

[m] *Vicisse.*

care op.: scriptam sequi. Mox C H S T χ *bonique jud.* Paulo post, *auctoritatisque* C H S χ.—13 χ *defendis.* In T desunt *hæ.*—14 C S T χ, Erf. edd. Rom. Brix. Med. *cohibitus*, prob. Ern. Mox, Junt. Lamb. Schutz. et Orell. distinxerunt, *accedere? Ejectus es, non dejectus.*—15 χ *ratio.*—16 *Minitatam* C H S T, Erf. Ven. 1483. *minatam* χ et Ven. 1480. *minatum* Bergeri Ms. Dein *interdictum* C H S T χ ψ, Jannoctian. Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. Porro *vindicavi* χ ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. In Jannoctian. *violavi.* Pantagathus *violari* legebat.—17 χ *valet.* In eodem Ms. deest præpositio ante *interdicto.*—18 Orell. conj. *non dejeci, ejeci te.*

CAP. XXIV. 19 χ *consulum.*—20 T *verba.* Tum *habere* C S T χ. Præterea in χ *Ex hoc loco.*—1 Vulgata lectio *ego antea comm.* est e conjectura Hotomanni. In Mss. et edd. ante Lamb. *ego antea non comm.* Ms. Franc. *ego antea non eo mememoravi.* Dein *cum idem fac.* e conj. Hotomanni dederunt Lamb. 1566. Schutz. et Orell.—2 Mss. quidam, teste Hotom., *non probasse.* In Franc. *probasse memini:* Jannoctian. et Naug. *non probasse memini.* Tum *quod defendis* Mss. plerique et edd. vett. cum Lall.—3 χ *jurisconsulti.*—4 Ven. 1480. *ratione.*—5 ψ *consultantur.* In edd. Ven. 1480. 1483. Junt.

NOTÆ

[h] *Apud centumviros*] Vide § 53. not.

non hoc debent dicere, juri civili, sed hominibus stultis obtemperari[6] non oportere. Sin illos recte respondere concedunt, et aliter judicari dicunt oportere; male judicari[7] oportere dicunt: neque enim fieri potest, ut aliud judicari de jure, aliud responderi[8] oporteat; nec ut quisquam juris numeretur peritus, qui id statuat esse jus, quod non oporteat judicari. 69. At est aliquando contra judicatum. Primum utrum recte, an perperam?[n] si recte, id fuit jus, quod judicatum est: sin aliter,[9] non dubium est, utrum judices an jurisconsulti vituperandi sint. Deinde, si de jure vario quippiam judicatum est; non[10] potius contra jurisconsultos statuunt, si aliter pronuntiatum est, ac Mucio placuit,[i] quam ex eorum auctoritate, si, ut[11] Manilius statuebat,[k] sic est judicatum. Etenim ipse Crassus non ita causam apud centumviros egit, ut contra jurisconsultos diceret; sed ut hoc[12] doceret, illud, quod Scævola defendebat, non esse juris: et in eam rem non solum rationes afferret, sed etiam Q. Mucio, socero suo, multisque peritissimis hominibus, auctoribus uteretur. XXV. 70. Nam qui jus civile contemnendum[13] putat, is vincula revellit non modo judiciorum, sed etiam utilitatis vitæque communis: qui autem interpretes juris vituperat; si imperitos[14] juris esse dicit; de hominibus, non de jure civili detrahit. Sin peritis non putat esse obtemperandum; non homines

[n] *Perverse.*

Crat. Hervag. *nec hoc:* χ *ne hoc.* Porro *juris civilis* H S χ ψ.—6 χ *obtemperare.*—7 C H S T χ ψ *aliter judicare... male judicare.*—8 ψ *respondere.*—9 C H S χ *si aliter.*—10 C H S T χ ψ *non* omittunt.—11 C *sit ut:* H S T χ *sit ut.*—12 *Hoc* non est in χ.

CAP. XXV. 13 χ *contendendum.* Mox *refellit* C H S T.—14 *Si imperitis* C

NOTÆ

[i] *Ac Mucio placuit*] Duos Mucios patrem et filium hic significat, qui ambo pontifices fuerunt, et iidem juris peritissimi; ut ipse scribit in lib. I. de Leg. quorum alter Mucius Scævola pater, quo consule, Gracchus cæsus est; alter Q. Mucius, a quo Cicero jus civile didicit, socer L. Crassi oratoris: nam L. Crassus Liciniam, Scævolæ et Læliæ filiam, uxorem duxit.

[k] *Manilius statuebat*] Manilius summus jurisconsultus fuit; de quo lib. I. de Oratore. Hic multa de jure civili scripsit.

lædit, sed leges ac jura labefactat. Quod vobis venire in mentem profecto necesse est, nihil esse[15] in civitate tam diligenter, quam jus civile, retinendum: etenim, hoc sublato, nihil est, quare exploratum[16] cuiquam possit esse, quid suum, aut quid alienum sit: nihil est, quod æquabile inter omnes, atque unum omnibus esse possit. 71. Itaque in ceteris controversiis atque judiciis, cum quæritur, aliquid factum necne sit, verum an falsum proferatur; et fictus testis subornari solet, et interponi[17] falsæ tabulæ;[l] nonnunquam, honesto ac probabili nomine, bono viro judici error objici,[18] improbo facultas dari, ut, cum sciens perperam judicarit, testimonium aut tabulas[19] secutus esse videatur. In jure nihil est ejusmodi, recuperatores; non tabulæ falsæ, non testis improbus: denique nimia ista, quæ dominatur in civitate, potentia, in hoc solo genere quiescit: quid agat,[20] quomodo aggrediatur judicem, qua denique digitum proferat,[m] non habet. 72. Illud enim potest dici[1] judici ab aliquo non tam verecundo homine, quam gratioso:[n] 'Judica hoc factum esse, aut nunquam[2] esse factum vel cogitatum; crede huic testi; has comproba tabulas:' hoc non potest:[3] 'Cui filius agnatus sit,[o] ejus testamentum non

χ ψ: *is imperitis* H S: *si peritis* T.—15 Lamb. *nihil enim est:* P. Faber maluit, prob Græv. *nihil est*, ut habent C et T. In edd. Ascens. Bad. Vict. *est* post *necesse* omittitur.—16 χ *explorato.* Pro *cuiquam* C habet *unquam*, et H *aut quam.*—17 *Imponi* Mss. et edd. ante Lamb. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. *interponi*, e conjectura Hotomanni, receperunt Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Vid. Nott. Varr.—18 *Objici* in S deest, spatio relicto.—19 *Testamentum aut tab.* Mss. et edd. vett. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. *testimonium aut tab.* e conj. Hotomanni dederunt Lamb. Ern. Beck. Weiske, et Schutz. *testem tamen aut tab.* Orell. e conj. Manutii.—20 χ *agit.* Tum *aggreditur* C: *aggrediar* χ.—1 C H S T χ ψ, Pal. 2. Erf. Ven. 1480. et 1483. *Illud enim pro te est dici.*—2 χ *unquam.* Mox, pro *cogitatum* in C H S T χ ψ *creatum*—3 C H χ ψ, Ven. 1480. et 1483. *potest esse.* Pro *agnatus* C H S ψ exhibent *at natus.* In χ post *ruptum* plene interpungitur, ut *judica* ad sequens

NOTÆ

[l] *Falsæ tabulæ*] Id est, solent subjici in judicio falsæ tabulæ, falsas pro veris proponendo.

[m] *Digitum proferat*] Metaphora ab iis qui clausi tenentur: significat autem in juris quæstione nihil contra judicem attentari posse.

[n] *Gratioso*] Gratiosus vulgo dicitur, qui amicis abundat.

[o] *Filius agnatus sit*] Id est, cui filius postumus natus sit; nam, ut testatur Ulpianus, agnatione postumi

esse ruptum, judica: quod mulier sine tutore[p] auctore promiserit, deberi.' Non est aditus ad hujusmodi[4] res, neque potentiæ cujusquam,[5] neque gratiæ: denique, quo majus[6] hoc sanctiusque videatur, ne pretio quidem corrumpi judex in ejusmodi causa potest. 73. Iste vester testis, qui ausus est dicere, 'fecisse videri eum,' [*p.* 299.] de quo, ne cujus rei argueretur quidem, scire potuisset,[7] ipse nunquam auderet judicare, deberi viro dotem, quam mulier nullo auctore dixisset. O rem præclaram, vobisque ob hoc retinendam,[8] recuperatores! XXVI. Quod enim est[9] jus civile? quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia possit: quod si non modo oppressum, sed etiam desertum, aut negligentius[10] asservatum erit; nihil est, quod quisquam sese habere certum, aut a patre accepturum, aut relicturum[11] liberis arbitretur. 74. Quid enim refert, ædes, aut fundum relictum a patre, aut aliqua ratione[12] habere bene partum, si incertum sit, quæ [cum omnia tua] jure mancipii sint,[13] [q]

membrum referatur.—4 C H S et edd. vett. cum Orell. *hujuscemodi.* Tum in C legitur *rei.*—5 χ *cuiquam.*—6 C H χ ψ *minus.* Pro *sanctiusque* C S habent *sciusque*, et χ *si usque.* Mox *de pretio* C H S χ ψ, et pro *quidem* iidem Mss. exhibent *quod.*—7 C H S T χ ψ *potuistis.*—8 Iidem Mss. *retinendum.*

CAP. XXVI. 9 Jannoctian. et Junt. *Hoc enim est.* P. Faber locum cum præcedd. necti et ita legi voluit, *quod unum est jus civile, quod.*—10 H et χ *ac negl.*—11 C *acceptum aut relictum.*—12 Lamb. *aut aliqua alia rat.* In χ deest *bene.*—13 Mss. et edd. ante Lamb. cum Græv. Oliv. Lall. et Orell. *quæ cum omnia tua jure mancipii sint:* P. Manut. ed. *quæ lumina tua jure mancipii sint:* Lamb. 1584. *omnia quæcumque tua jure manc. sint:* Lamb. 1566. et Weiske *quæcumque tua jure manc. sint:* Hotomannus legit, *quæ tua communi jure manc. sint.* Schutz. e conj. Lallemandi dedit *quæ tua jure manc. sint,* non improb. Beckio. Schutz. conj. legend. *quæ tua jure hæreditatis aut manc. sint.* Verba *cum omnia tua* Grævio, Ernesto, et Beckio suspecta sunt. Orellius totum lo-

NOTÆ

rumpitur testamentum: et Cic. de Orat. lib. I. 'Constat agnascendo rumpi testamentum.' Agnatus autem dicitur, qui per virilis sexus personas cognatione junctus est, quasi a patre cognatus.

[p] *Mulier sine tutore*] Mulieres quondam sub perpetua tutela erant, donec in viri potestatem per matrimonium convenissent: quare si quid ab eis sine tutoris potestate concessum esset, id ratum non erat. Vide Cic. Orat. pro Muræna.

[q] *Jure mancipii sint*] Jure mancipii feruntur esse quæcumque a dominio nostro ad alterius transire possunt, et abalienari.

ea possisne retinere? si parum sit communitum[14] jus?[r] si civili ac publica lege contra alicujus gratiam teneri non potest?[15] Quid, inquam, prodest, fundum habere, si, quæ[16] decentissime descripta a majoribus jura finium,[s] possessionum,[t] aquarum,[u] itinerumque[x] sunt,[17] hæc perturbari aliqua ratione commutarique possunt? Mihi credite: major hæreditas venit unicuique vestrum[18] in iisdem bonis, a jure, et a legibus, quam ab iis a quibus illa ipsa bona relicta sunt: nam, ut perveniat ad me fundus, testamento alicujus fieri potest; ut retineam, quod meum factum sit, sine jure civili non potest. Fundus a patre relinqui potest: at usucapio[19] fundi,[y] hoc est, finis solicitudinis ac periculi litium,[20][z] non a patre relinquitur, sed a legibus. Aquæductus,[a] haustus,[b] iter,[c] actus,[d] a patre; sed rata

cum esse corruptum putat. Vid. Nott. Varr.—14 C H S ψ *si pari tum communitum*: χ *si pari tum commonitum*.—15 Schutz. e conj. Lambini *possit*.—16 H S χ ψ *quia*: T *qua*.—17 χ *sint*.—18 χ, Jannoctian. Ven. 1480. Junt. Lamb. *nostrum*.—19 *Aut usucapione* C H S χ: *aut usucaptione* ψ.—20 *Ut periculum litium* Franc. *ac periculorum litium* Ms. Lamb. et edd. pr. *ac periculum litium* C H S χ ψ, Ven. 1483. Med. 'Grævio accedo *litium* pro gloss. habenti: legoque *ac periculorum non*.' Orell. qui locum ut corruptum notavit. Non-

NOTÆ

[r] *Communitum jus*] Communitum jus dicitur, quod non satis lege munitum est; et quod, qui plus gratia et auctoritate valet, auferre pecunia potest.

[s] *Jura finium*] Jus illud tantum valet ex antiquis Solonis legibus in prædiis rusticis, ubi inter partes de confinio, et de regundis ut dicebant, id est de statuendis agrorum finibus agitur: reguntur autem per limites.

[t] *Possessionum*] Acquirendas vel recuperandas possessiones vindicias appellabant: amissa tamen vi possessio per interdictum recuperabatur.

[u] *Aquarum*] Jura aquarum in aquæductibus erant, et in aqua pluvia arcenda. Aqua vero pluvia ea est, quæ de cœlo veniens imbre crescit.

[x] *Itinerum*] De itineribus per prædium alienum agebant jurisconsulti.

[y] *Usucapio fundi*] Usucapio est jus dominii, quod certo spatio temporis acquiritur; quod jure civili constitutum est.

[z] *Finis solicitudinis ac periculi litium*] Completo hoc tempore, quod jure civili conceditur, ita res possessa tibi acquiritur, modo tu eam bona fide possederis, ut amplius non possis de ejus jure periclitari, quamvis aliena fuerit.

[a] *Aquæductus*] Aquæductus est jus aquæ ducendæ per fundum alienum fistula, vel tali aliquo instrumento.

[b] *Haustus*] Haustus aquæ est jus aquæ de puteo vel fonte vicino hauriendæ.

[c] *Iter*] Per iter jus eundi est ambulandi hominis, non autem vehiculum, vel equum agendi.

[d] *Actus*] Actus est jus per alienum

auctoritas[o] harum[1] rerum omnium a jure civili sumitur. 75. Quapropter non minus diligenter ea, quæ a majoribus accepistis, publica patrimonia juris, quam privatæ rei vestræ retinere debetis : non solum, quod hæc jure civili septa sunt, sed etiam quod patrimonium unius incommodo dimittitur,[2] jus amitti non potest sine magno incommodo civitatis.

XXVII. In hac ipsa causa, recuperatores, si hoc nos non[3] obtinebimus, vi, armatis hominibus dejectum esse eum, quem vi, armatis hominibus pulsum fugatumque esse constet; Cæcina[4] rem non amittet, quam ipsam animo forti, si tempus ita ferret, amitteret;[5] in possessionem in præsentia non restituetur:[6] nihil amplius: 76. populi Romani causa, civitatis jus, bona, fortunæ possessionesque in dubium incertumque revocabuntur:[7] vestra auctoritate hoc constituetur, hoc præscribetur: 'Quicum tu posthac de possessione contendes, eum, si ingressum modo dejeceris,[8] in prædium restituas oportebit: sin autem ingredienti, cum armata multitudine obvius fueris, et ita venientem repuleris, fugaris, averteris; non restitues.'[9] Tum statueritis[10] vim in cæde solum, non etiam in animo: nisi cruor appareat, vim non esse factam: injuriarum delictum esse, qui prohibitus sit; nisi ex eo loco, ubi vestigium impresserit, dejici neminem posse. 77. Juris igitur retineri sententiam, et æquitatem plurimum valere oportere, an verbo ac litera jus omne torqueri; vos statuite, recuperatores, utrumutilius

[o] *Fixum jus dominii.*

nullas edd. legere *a periculo litium* observat Lamb.—1 *Harum* non est in C H S χ. Mox præpositionem ante *jure* omittunt C H S T χ ψ, Ven. 1483. Junt. —2 *Dimittatur* C H S χ ψ: *amittitur* Lamb.

CAP. XXVII. 3 In ψ deest *non*. Tum *obtineamus* C H S χ. Pro *vi* C H S T χ ψ habent *ut*.—4 χ *Cæcinam*. Mox *admittet* ψ.—5 C S χ ψ *ita terræ amitt.*—6 Lamb. *in præsenti*, et χ *non restitueretur*.—7 ψ et edd. pr. *revocantur*. Mox *constitueretur* C H S χ. Tum C *perscribetur*.—8 C H S T χ ψ, Erf. ed. Rom. Jenson. 1480. Græv. Beck. *delegeris*. Dein *restituat* χ ψ.—9 C H T χ et edd. pr. *restituis*.—10 '*Tum statueritis, &c.*] Hujus totius paragraphi

NOTÆ

agendi, ut non solum iter, sed etiam jumentum agere possis. Hæc jura sunt rusticorum prædiorum, quæ 'servitutes' in jure appellantur.

esse videatur. Hoc loco percommode accidit, quod non

---

admodum varia est in libris scriptura, et ita corrupta, ut sensus erui nequeat. Lectio, quæ nunc vulgatur, maximam partem debetur Victorio. Primum pro *Tum stat. vim in cæde*, C χ ψ, Erf. Pall. Franc. exhibent *Tu res si equos vestes si vim non in cæde;* H *Tu res equos vestes si vim non in cæde;* S *Tures æquos vestes si vim non incede;* T *Tu res si quos vestes si vim non cede.* Deinde pro *non* C H S T χ ψ, Erf. Pall. habent *sed. Etiam* omittit χ cum edd. nonn. et post *animo* H S T χ ψ, Erf. Pall. addunt *libidinis.* In Varr. Lectt. ed. Græv. adjectis, ex Mss. et edd. pr. affertur, *non restituis, tum res, si equos, vestes, si vim non in cæde solum.* Ed. 1472. et Med. *non restituis tu res, si equos, vestes, si vim non in cæde solum.* Ed. Ascens. *non restitues * tu res, si equos, vestes, * si vim non in cæde solum.* Edd. pr. etiam *libidinis* post *animo* addunt. Et mirum est, voc. *libidinis* ter in hac periodo repeti in Ms. Franc. *sed etiam in animo libidinis, nisi cr. app., vim non esse fact.: inj. del. esse, qui proh. est libidinis, nisi ex eo loco ... valere oportere, libidinis verbo ac litera jus.* Eodem modo quinque codd. Oxonn. et Erf. repetunt ter *libidinis.* Qua ex re apparet, primum hunc locum jam antiquitus glossematis interpolatum esse; deinde vix præstari posse Ciceronis manum. Victorio et Octavio Pantagatho debetur recepta lectio. Nangerius *statueretis* dedit: postea *statueritis* editum: Camerar. et Rob. Steph. *statuetis.* Illud certius videtur, locum non ita, ut nunc sensu quidem bono legitur, a Cicerone profectum esse, (nam verbis *vestra auctoritate hæc præscribetur* non satis illa respondere videntur *tum statueritis, &c.* et recedit hoc nimium a librorum scriptorum vestigiis; et lectio verborum horum *vim in cæde solum, non etiam in animo* plane adversatur libris omnibus,) quam quid vere scriptum fuerit. Mihi nihil Ciceronianum esse videtur, quam *vim in cæde solum esse; nisi cruor app. &c.* Scilicet verba in codd. *tu res, equos, vestes,* e glossemate, addito verbo *restitues,* enata puto, sed lectionem *non in cæde solum sed animo* ex correctione ejus, qui docere voluerit, animo quoque vim committi; sed ea correctio plane a mente Cic. abhorret. Denique *libidinis* ab alio est glossatore. Plura Lamb. mutavit, dum scripsit, *averteris, restituere non debebis. Si vos hoc statueritis, statuetis vim esse in cæde solum.*' Beck. '*Injuriarum*] C H S χ ψ *in juris.* Eodem modo codd. Erf. Franc. edd. antiquiss. 1472. utraque Veneta, et Med. In edd. Ascens. Cratandri, C. Steph. et al. *injuriarum delictum esse,* quod nullo modo strui potest cum seq. *qui prohibitus.* Debuerat certe esse, *si qui prohib. &c.* Victor. ed. *in jure parum delictum esse.* Hinc Lallem. edidit, *in jure parum delectum esse.* P. Faber maluerat, *in jure* (i. e. in interdicto) *parum dejectum esse, &c.* Quia multæ edd. habent *injuriam delictam esse,* Lambinus legit *sed injuriam tantum, qui proh. sit:* etenim nonnullæ edd. etiam *sed* ante *injuriarum* addunt. Probabilis maxime est Lallemandi correctio. Post *sit* C H S T χ cum aliis libris addunt *libidinis.* Pro *impresserit* C T *ita presserit,* H χ ψ *ira presserit.* Pro *dejici* χ *duci.*' Beck. qui *igitur* post *Juris* delevit, annotans: '*Juris retineri sententiam*] Hanc partim Grævii, Oliv. Lall. partim Lamb. Grut. Ern. lectionem dedi: nam *igitur,* quod Lamb. et seqq. post *Juris* intruserunt, in nullo cod. legitur, nec necessarium est, et de lectione Græv. et seqq. *retinere* ita judicat Ern. 'Quod Grævius *retinere* edidit pro *retineri,* id nihili est: nam statim est etiam 'torqueri,' quod pariter ad 'oportere' refertur.' Nam etsi *retineri* in nullo cod. legitur; (codd. C H S T χ, ed. antiquiss. Ascens. Cratandr. Med. *Juris retinet* (num *retinete?*) *sent.* ... num in ψ, Erf. Franc. Pall. sit *retinere,* non ab edd. est indicatum;) tamen sententia ipsa postulat, ut passivum legatur. Pro *an* C H S χ ψ *libidinis;* de qua varietate antea admonitum est.' Ita Beckius. Pro *statuite* in T *statuere.* Pro *utrum utilius esse vid.* antiquiss. edd. habent *ne viliores esse videantur;* ed. Crat. *ut viliores esse videantur;* C H S χ ψ, Franc. ed. Med. *et viliores esse vide-*

adest[11] is, qui paulo ante affuit, et adesse nobis frequenter in hac causa solet, vir ornatissimus, C. Aquillius;[e] (nam ipso præsente, de virtute ejus et prudentia timidius dicerem; [*p.* 300.] quod[12] et ipse pudore quodam afficeretur ex sua laude, et me similis ratio pudoris a præsentis[13] laude tardaret) cujus auctoritati, dictum est, ab illa causa, concedi[p] nimium non oportere.[14] Vereor, de tali viro ne plus dicam, quam vos aut sentiatis, aut apud vos commemorari velitis. 78. Quapropter hoc dicam, nunquam ejus auctoritatem nimium valere, cujus prudentiam[15] populus Romanus in cavendo,[q] non in decipiendo perspexerit; qui juris civilis rationem nunquam ab æquitate sejunxerit; qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam populo Romano promtam expositamque præbuerit; qui ita justus et bonus vir est, ut natura, non disciplina consultus esse videatur; ita peritus ac prudens, ut ex jure civili, non scientia solum quædam, verum etiam bonitas nata videatur; cujus tantum est ingenium, ita promta fides, ut, quicquid inde haurias, purum liquidumque[16] te haurire sentias. 79. Quare per-

[p] *Ab adversario tribui.* [q] *Respondendo.*

antur. In ed. P. Manutii omnis locus ita legitur et distinguitur: *Tum statueritis vim in cæde solum, non in animo libidinis: nisi cruor app., vim non esse factum, injuriarum delictum esse: qui proh. sit, nisi ex eo loco, ubi vest. impr., dejici neminem posse; juris retinere sent. et æq. plur. vulere op., un verbo ac litera jus omne torqueri. Vos statuite, recup., utrum utilius esse videatur.* Schutz. et Orell. dederunt, *tum jus et æquum vos statuetis esse vim in cæde solum esse, non etiam in animo et libidine; nisi cruor app., vim non esse factam; injuria eum dici dejectum esse, qui proh. sit; nisi ex eo loco, ubi vest. impr., dejici neminem posse. Juris igitur retineri sent., et æq. plur. valere op.; an verbo ac litera jus omne torqueri, vos statuite, recup., utrum utilius esse videatur.* Vulg. ut Ern. nisi quod cum seqq. det *retineri.* Vid. Nott. Varr.—11 ψ *abest.* Mox, in χ deest *nobis.*—12 C H S T χ ψ *quo.*—13 Iidem *præsenti.* Dein in C *auctoritate.*—14 C H T χ *oportet.* Ante *vereor* Mss. Pariss. cum Vict. Cam. Manut. Græv. Lall. Beck. Weiske, Schutz. et Orellius addunt *Non.* Vid. Nott. Varr.—15 χ *prudentia.*—16 Idem *liquidum.*—

NOTÆ

[e] *C. Aquillius*] Aquillius jurisconsultus prætor celeberrimus fuit. Hic consultus ab utriusque partis adversariis putabat a verbis recedi non posse, quamvis fateretur æquitatem facere pro Cæcina: et tamen censebat sponsione vinci Æbutium ex verbis interdicti, quod unde dejecisset Cæcinam, non restituisset.

magnam initis a nobis gratiam,[r] cum eum auctorem[f] nostræ[17] defensionis esse dicitis. Illud autem miror, cur vos aliquid contra me sentire dicatis, cum eum auctorem vos pro me appelletis, nostrum nominetis.[18] Verumtamen quid ait iste noster auctor? Omnibus, quicquid verbis actum pronuntiatumque sit, convenit. XXVIII. Ego ex isto genere[19] consultorum non nominem, ut opinor, istum ipsum, quo nos auctore rem istam agere, et defensionem causæ constituere vos dicitis: qui cum istam disputationem mecum ingressus esset, non posse probari,[20] quenquam esse dejectum, nisi ex eo loco, in quo fuisset; rem et sententiam interdicti mecum facere[s] fatebatur: verbo me excludi dicebat: a verbo autem posse recedi non arbitrabatur. 80. Cum exemplis uterer multis, etiam illa materia

[r] *Conciliatis apud nos amicitiam.*
[s] *Sentire.*

17 Edd. vett. paucæ cum Oliv. *vestræ.*—18 Junt. Cam. Steph. *vestrum nominetis.* Mox *vester auctor* edd. vett. pleræque cum Græv. Beck. Schutz. et Orell. Comma post *Omnibus* edd. paucæ omittunt; etiam P. Faber, qui *spectari,* aut *ita jus esto* jubet suppleri. Pro *quidquid* S *quodque;* χ, Pal. 2. *quidque.* Pro *actum* Passerat. legi jubet *dictum,* prob. Beck. In Lamb. ed. *Quibus quicquid verb. act. pron. sit, specturi convenit. Ego, &c.* 'Libenter legeremus, *Illud autem miror, cur aliquem contra me sentire dicatis, cum eum auctorem* (scil. Aquillium) *vos pro me appelletis, nostrum nominetis. Verumtamen quid ait iste vester auctor? Quibus quidque verbis actum pron. sit, spectari convenit. Ego ex isto gen. cons. pro me nominem, ut opinor, istum ipsum, quo vos uuctore, &c.* Hanc lectionem in pluribus firmat codex e nostris optimus.' *Lall.* Schutz. e conj. edidit, *Illud autem miror, cum eum auctorem vos pro me appelletis, cur vestrum non nominetis, quem vos aliquid contra me sentire dicatis. Veruntamen quid ait iste vester auctor? Omnibus, ut quidque verbis actum pron. sit, ita jus esse. Conveni ego ex isto genere cons. non neminem, ut opinor, istum ipsum, quo vos auctore rem istam agere, et def. causæ const. dicitis.* Orell. e conj. quoque dedit, *Illud autem miror, cur vos, aliquem contra me sentire cum dicatis, meum auctorem pro me appelletis, vestrum non nominetis. Verumtamen quid ait iste vester auctor? Omnibus quidquid verbis actum pron. sit. Conveni ego ex isto genere cons, non neminem; ut opinor, istum ipsum, quo vos auctore . . . const. vos dicitis.* Vulg. ut Ern. Vid. Varr. Lectt. in cap. seq. et Nott. Varr. ad h. l.

CAP. XXVIII. 19 Manut. Schutz. et Orell. *Conveni ego ex isto gen.* Mox *non neminem* C H S χ, Ven. 1483. Manut. Lamb. Schutz. et Orell. sed Lamb. edidit, *Ego ex isto numero consultorum possum nominare non neminem.* In Pal. 2. *ut opiner.* Dein *quo vos auctore,* retento *vos* ante *dicitis,* C H S χ ψ Pal. 1. Franc. Erf. et edd. vett. pleræque cum Græv. Lall. Beck. et Orell. *Vos* ante *dicitis* omiserunt P. Manut., C. Steph. et Schutz. Ante *constituere*

NOTÆ

[f] *Eum auctorem*] Auctor is dicitur, qui inventor fuit, et primum dedit consilium defensionis, ac ad illud impulit.

æquitatis, ab verbo et ab scripto, plurimis sæpe in rebus, jus et æqui bonique rationem[1] esse sejunctam; semperque id valuisse plurimum, quod in se auctoritatis habuisset æquitatisque plurimum; consolatus est me, et ostendit, in hac ipsa causa nihil esse, quod laborarem:[t] nam verba ipsa sponsionis facere[2] mecum, si vellem diligenter attendere. Quonam, inquam, modo? Quia certe, inquit, dejectus est Cæcina vi, hominibus armatis, aliquo ex loco: si non ex eo loco, quem in locum venire voluit; at ex eo certe, unde fugit. Quid tum? Prætor, inquit, interdixit, ut, unde dejectus esset, eo restitueretur, hoc est, quicumque is locus esset,[5] unde dejectus esset.[3] Æbutius autem, qui fatetur, aliquo ex loco dejectum esse Cæcinam, is, quo modo[4] se restituisse dixit, necesse est male fecerit sponsionem. 81. Quid est, Piso? placet tibi pugnare verbis? placet causam[5] juris et æquitatis, et, non nostræ possessionis, sed omnino possessionum omnium, constituere in verbo? Ego, quod mihi videretur, quod a majoribus factitatum, quod horum auctoritate, quibus judicandum est, dignum esset, ostendi; id verum, id æquum, id utile omnibus esse, spectari, quo consilio et qua sententia, non, quibus quidque verbis esset actum: tu me ad verbum vocas: non ante venio, quam recusaro. Nego[6] oportere, nego obtineri posse, nego ullam rem esse, quæ aut comprehendi satis, aut caveri, aut excipi possit, si aut præ-

[t] *Solicitus essem.*

Lamb. addit *in sententia.*—20 C H S T χ ψ *probare.* Tum C *dejectu.*—1 Junt. *multis in illa materia æquitatis a verbo et ab scripto pluribus sæpe in rebus:* Hotom. correxit, *multis, etiam illa me tuerer æquitate, ab verbo, &c.* Schutz. e conj. Pantagathi, recepit *multis ex omni memoria antiquitatis, ab verbo, &c.* Mox in nonn. edd. vett. *et* ante *æqui* deest. Hotomannus et Lambinus legi jusserunt, *in rebus æqui bonique rat. . . . id jus val. plur.* In C H S χ pro *bonique* est *boni.* Tum χ *valuisset.*—2 C H S T χ ψ *facerent.*—3 C H S ψ *ejectus esset.*—4 Pro *quo modo* in C *quoniam;* H S χ *cum.*—5 C *causa.* Mox χ caret *non.*—6 In C *recusar . . . nego,* cum duobus punctis: T *recusaro,* sine inter-

NOTÆ

[5] *Quicumque is locus esset*] Sive fundus Fulcinianus is fuerit, sive continens, sive quis alius.

terito aliquo verbo, aut ambigue posito,[7] sententia et re cognita, non id quod intelligitur, sed id quod dicitur, valebit.

XXIX. 82. Quoniam[8] satis recusavi; venio jam quo vocas. Quæro abs te, simne dejectus, non de Fulciniano fundo: neque enim prætor,[9] si ex eo fundo[h] essem dejectus, ita me restitui jussit; sed eo, unde dejectus essem: sum ex proximo[10] vicini fundo dejectus, qua adibam ad istum fundum: sum de via: sum certe alicunde,[11] sive de privato, sive de publico. Eo restitui sum jussus. Restituisse te dixisti.[12][i] Nego me ex decreto prætoris restitutum esse. [*p.* 301.] Quid ad hæc dicimus? aut tuo, quemadmodum dicitur, gladio,[k] aut nostro,[l] defensio tua conficiatur, necesse est. 83. Si ad interdicti sententiam confugis, et,[13] de quo fundo actum sit tum,[14] cum Æbutius restituere jubebatur, id quærendum esse[15] dicis, neque æquitatem rei verbi laqueo[m] capi putas oportere; in meis castris[n] præsidiisque versaris. Mea, mea est ista defen-

punctione. Mox *obtinere* C: *retineri* χ.—7 χ *posita*.

CAP. XXIX. 8 Pro *Quoniam* in H S χ legitur *cum*.—9 Pro *prætor* C H habent *populus R*.—10 Edd. nonnullæ *proximi*.—11 C H S T *aliunde*.—12 Beck. et Schutz. *dixti*, ut habet Quintil. IX. 3. 22. Mox *ex edicto præt*. Quintil. l. l. *ex interdicto præt*. Lamb.—13 *Confugisset* C H S T: *refugisset* χ.—14 C H χ omittunt *tum*. S habet *eum*. Post *cum* H et χ addunt *eum*. Pro *jubebatur* C

NOTÆ

[h] *Ex eo fundo*] Sensus est: Si prætor voluisset Cæcinam in fundum Fulcinianum restitui, non usus fuisset verbo 'unde;' nec interdixisset, 'unde vi dejectus, eo restitue:' sed, restitue eum in fundum Fulcinianum, unde dejecisti, et locum distinxisset.

[i] *Restituisse te dixisti*] Defensio adversariorum fuit, quod dicerent ex nullo loco Cæcinam dejectum esse, quia ex fundo Fulciniano non dejectus fuerat: atque adeo edicto non teneri, quia per edictum in eum solum locum restitui debebat, unde dejectus esset: si ex nullo loco, per interdictum in nullum locum restitui debere: in hæc verba sponsionem factam esse.

[k] *Tuo...gladio*] Id est, summo jure, tua defensione, quæ verbo et scripto nitebatur. Metaphora sumta est ab iis qui in pugna se suis telis confodiunt.

[l] *Aut nostro*] Nempe gladio, id est, æquitate et sententia.

[m] *Verbi laqueo*] Id est, verbo. Metaphora sumta ab avibus vel feris, ut superius dictum est.

[n] *In meis castris*] Hæret in metaphora; et adversariorum defensione ipsorum objectionem diluit; et quod illis paratum erat subsidium, in eos retorquet et eludit.

sio: ego hoc vociferor: ego omnes[16] homines Deosque testor; cum majores vim armatam nulla juris defensione texerint, non vestigium ejus, qui dejectus sit, sed factum illius, qui dejecerit, in judicium venire; dejectum esse, qui fugatus sit: vim esse factam, cui periculum[17] mortis sit injectum. 84. Istum locum fugis et reformidas, et me ex hoc, ut ita dicam, campo æquitatis ad istas verborum angustias et ad omnes literarum angulos revocas: in iis ipsis includere vis insidiis,[18] quas mihi conaris opponere. Non dejeci,[o] sed ejeci. Peracutum hoc tibi videtur; hic est mucro defensionis tuæ: in eum ipsum causa tua[19] incurrat, necesse est. Ego enim tibi refero;[p] si non sum ex eo loco dejectus, quo prohibitus sum accedere; at ex eo sum dejectus, quo accessi, unde fugi. Si prætor non distinxit locum, quo me restitui juberet, et restitui jussit; non sum ex decreto[20] restitutus. 85. Velim, recuperatores, hoc totum, si vobis versutius, quam mea consuetudo defendendi fert, videbitur, sic existimetis: primum alium, non me, excogitasse:[1] deinde hujus rationis non modo non inventorem,[2] sed ne probatorem quidem esse me: idque me non ad meam defensionem attulisse, sed illorum defensioni retulisse: me posse pro meo jure dicere, neque[3] in hac re, quam ego protuli, quæri oportere, quibus verbis prætor interdixerit,[4] sed de quo loco sit actum, cum interdixit: neque in vi[5] armatorum spectari oportere, in quo loco sit facta[6] vis, verum sitne facta: te vero nullo modo posse defendere, in qua re tu velis, verba[7] spectari oportere; in qua re nolis, non oportere. XXX. 86. Ve-

H S T χ exhibent *videbatur*.—15 Lamb. omittit *esse*.—16 Beck. e Ms. Lamb. recepit *omnis*.—17 χ *qui peric*.—18 Vulg. cum Weiske et Orell. *intercludere insidiis*. Ex edd. Wald. et Junt. *includere vis insidiis* dederunt Ern. Beck. et Schutz.—19 *Tua* non est in χ.—20 Manut. et Græv. *ex edicto*.—1 χ *cogitasse*. —2 C H S T χ ψ *non modo nunc invent*.—3 C H S T χ, Erf. Ven. 1480. 1483. *neve*.—4 Ern. Beck. Weiske, Schutz. Orell. *interdixerit*, ut Lamb. 1566. Omnes aliæ edd. *interdixit*. Præpositionem ante *quo loco* omittunt C H S χ. —5 Ven. 1480. Junt. *neque etiam in vi*. Tum χ *exspectari*.—6 C H S *acta*.— 7 *Verba* non est in C.

NOTÆ

[o] *Non dejeci*] Defensio adversarii. tuam defensionem oppono.

[p] *Ego tibi refero*] Id est, contra

rumtamen, ecquid[8] mihi respondetur ad illud, quod antea dixi, non solum re et sententia, sed verbis quoque hoc interdictum ita esse compositum, ut nihil commutandum videretur? Attendite diligenter, quæso, recuperatores. Est enim vestri ingenii, non meam, sed majorum prudentiam cognoscere: non enim sum id dicturus, quod ego invenerim, sed quod illos non fugerit. Cum de vi interdicitur, duo genera causarum esse intelligebant, ad quæ interdictum pertineret: unum, si qui ex eo loco, in quo esset; alterum, si ab eo loco, quo veniret,[9] vi dejectus esset: et horum utrumque, neque præterea quicquam, potest accidere, recuperatores. 87. Id adeo, si placet, considerate. Si qui meam familiam de meo fundo dejecerit,[10] ex eo me loco dejecerit. Si qui mihi præsto fuerit cum armatis hominibus extra meum fundum, et me introire prohibuerit; non ex eo, sed ab eo loco me dejecerit. Ad hæc[11] duo genera rerum, unum verbum, quod satis declararet[12] utrasque res, invenerunt; ut, sive ex fundo, sive a fundo dejectus essem, uno[13] atque eodem interdicto[14] restituerer, 'Unde tu.'[15] Hoc verbum, 'unde,' utrumque declarat; et ex quo loco, et a quo loco. Unde dejectus est Cinna?[16] [q] ex urbe.[r] Unde dejectus *?[s] ab urbe. Unde dejecti Galli?[t]

Cap. xxx. 8 C H S, Ven. 1483. Junt. *et quid.*—9 Erf. exhibet, *si qui ex eo loco, ubi fuisset, se dejectum diceret, alterum, si qui ab eo loco, quo venisset.* Verba *vi dejectus esset* absunt a sex Mss. Oxonn.—10 C S T χ ψ, Erf. cum Græv. et Beck. *delegerit.*—11 C S χ *Ad hoc.*—12 χ *declarat.*—13 C *una.*—14 χ *dicto.*—15 Hervag. et Cam. *unde vi.*—16 *Cecina* C H S T: *Cecinna* ψ et edd. pleræque ante Lamb. Vulg. *Cinna.* Tum *Unde dejecisti? ab urbe* C H χ ψ, Erf. Franc. et edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. *unde dejecti? ab urbe* alii: *unde dejectus Carbo? ab urbe* Hervag. Cam. Manut. *unde dejecti Pœni? ab urbe* Lamb. 1566. e conj. Pantagathus legit, *unde dejecti Samnites? ab urbe.* Beck. conjecit, *unde dejectus Lepidus? ab urbe.* Ern. e conj. cum edd. seqq.

NOTÆ

[q] *Dejectus Cinna*] Cum consul esset Cinna, et legem, quam Marius de novis civibus promulgaverat, per vim ferret, ab Octavio collega cum Sextio tribuno plebis pulsus est, et in ejus locum Merula creatus. At ille pulsus est postea cum Mario; cum ope Appii Claudii tribuni plebis, cui Janiculi custodia mandata erat, in urbem ingressus, Janiculum occupasset.

[r] *Ex urbe*] Roma, in qua erat.

[s] *Unde dejectus** [*unde dejectus Carbo*] Carbo prohibitus est a censore Cn. Octavio urbem ingredi.

[t] *Dejecti Galli*] Galli, urbe capta,

a Capitolio.[u] Unde, qui cum Graccho[x] fuerunt? ex Capitolio. 88. Videtis igitur, hoc uno verbo[y] significari res duas, et ex quo, et a quo loco.[17] [*p.* 302.] Cum autem eo restitui jubet, ita jubet: ut, si Galli[18] a majoribus nostris postularent, ut eo restituerentur, unde dejecti essent, et aliqua vi hoc[19] assequi possent; non, opinor, eos in cuniculum,[20 z] qua aggressi erant, sed in Capitolium restitui oporteret.[1] Hoc enim intelligitur; 'unde tu[2] dejecisti,' sive ex quo loco, sive a quo loco, 'eo[3] restituas.' Hoc jam simplex est, in eum locum restituas: sive ex hoc loco dejecisti, restitue in hunc locum; sive ab hoc loco, restitue in eum locum, non ex quo, sed a quo dejectus est. Ut si qui ex alto,[u] cum ad patriam accessisset, tempestate subito rejectus optaret,[4] ut, cum esset a patria dejectus, eo restitueretur; hoc, opinor, optaret, ut, a quo loco depulsus esset, in eum[5] se fortuna restitueret, non in salum,[z] sed

[u] *Profundo mari.* [z] *Mare.*

dedit, *unde dejectus* * ? *ab urbe.*—17 *A quo loco vi* T χψ et edd. vett.—18 Lamb. 1566. e conj. *ita jubet: Unde tu dejecisti, eo restituas; ut si Galli.*—19 C H S χ *aliqua in hoc.*—20 Gronov. ad Liv. v. 47. legi *colliculum* voluit. Vid. Nott. Varr. Tum *egressi* C H S χ.—1 Edd. nonnullæ *oportere.*—2 In C H S T χ deest *tu.*—3 Pro *eo,* quod T omittit, ψ habet *ei.*—4 χ *dejectus,* et nonnullæ edd. *optares.* Pro verbis *cum esset a patria dejectus* Manut. et Lamb. e conj. Hotomanni dederunt *unde esset dejectus.*—5 Post *eum* χ addit *locum.* Pro *se*

NOTÆ

cum arcem unam Capitolii reliqui ex Romanis tenerent, nocte obscura alii aliis innixi, sublevantesque se invicem, in summum evasere. Clangore anserum M. Manlius excitatus primum, qui jam in summo constiterat, deturbat, cujus casu prolapsi, cum proximi sternerentur, tota acies in præceps delata est. Vide Livium lib. v. Plut. in Camillo; A. Gell. v. 17.

[u] *A Capitolio*] Non ex Capitolio dejecti sunt Galli; sed a Capitolio, in quod nunquam penetraverant. Hoc exemplo invertit ordinem orator, ut *ab* et *ex,* ac *ex* et *ab,* non idem valere probet.

[x] *Cum Graccho*] Caius Gracchus, ut plebem in avitos agros arcesseret, fretus comitum manu, Capitolium invasit. Unde proximorum cæde pulsus, cum se in Aventinum montem recepisset; ab Opimio consule interfectus est: caput ejus per ludibrium circumlatum. Lege Appian. Bell. Civ. l. II.

[y] *Hoc uno verbo*] Ait per hoc unum verbum 'unde' duas res significari, et a Capitolio, et ex Capitolio dejici.

[z] *In cuniculum*] Cuniculum egisse Gallos in Capitolium, hic et Phil. III. refert Cicero.

in ipsam urbem, quam petebat: sic,[6] (quoniam vim verborum necessario similitudine rerum aucupamur[y]) qui postulat, ut, a quo[7] loco dejectus est, hoc est, unde dejectus est, eo restituatur; hoc postulat, ut in eum ipsum locum restituatur.[8] XXXI. 89. Cum verba nos eo ducunt, tum res ipsa[9] hoc sentire atque intelligere cogit. Etenim, Piso, (redeo nunc ad illa principi adefensionis meæ) si quis te ex ædibus tuis vi, hominibus armatis dejecerit,[10] quid ages? opinor, hoc interdicto, quo nos usi sumus, persequere. Quid? si qui jam de foro redeuntem, armatis hominibus domum tuam te introire prohibuerit, quid ages? utere eodem interdicto. Cum igitur prætor[11] interdixerit, unde dejectus es, ut eo restituaris; tu hoc idem, quod ego dico, et quod perspicuum est, interpretabere;[12] cum illud verbum, 'unde,' in utramque rem valeat, eoque tu restitui[13] sis jussus; tam te in ædes tuas[14] restitui oportere, si e vestibulo,[15] quam si ex interiore[16] ædium parte dejectus sis.

90. Ut vero jam, recuperatores, nulla dubitatio sit, sive rem, sive verba spectare vultis, quin secundum nos[z] judicetis,[17] exoritur hic jam, obrutis[a][18] rebus omnibus et per-

[y] *Quærimus.* [z] *Pro nobis.*

C H S T χ ψ exhibent *si.*—6 χ *si.*—7 *Post., et quo* T: *post., aut a quo* C H χ.—8 '*Hoc postulat, ut in eum ipsum locum rest.*] Hæc verba, quæ in edd. antt. omnibus desunt, ex Erf. cod. addidit Græv. quem Lall. et Ern. sunt secuti. Et tale quid desiderari Hotomannus et Lambinus viderant. Ille sic legi voluit, *qui postulat, ut, a quo loco dejectus est, eo restituatur, hoc postulat, ut, unde dejectus est, eo restituatur;* cujus lectionis vestigia in litura veterum librorum reperit. Ita et P. Manut. edidit. Sed Lambinus rescripsit, *qui postulat, ut, unde dejectus est, eo restituatur, hoc etiam postulat, ut, a quo loco dej. est, eo rest.* P. Faber unam partic. *ut* deleri voluit, ita: *qui postulat, a quo loco dej. est, hoc est, unde dej. est, eo restituatur.* Ceterum pro *dejectus* Erf. habet *ejectus.*' Beck. cui astipulantur Weiske, Schutz. et Orell.

CAP. XXXI. 9 C H S T χ ψ *jam res ipsa.*—10 H *dejiceret,* ut Faber conjecerat. In χ *dejeceris.* Dein Mss. pauci et edd. Ven. 1480. Grut. Græv. Oliv. Lall. *ageres . . . persequerere . . . ageres? uterere.* In χ *persequare.* Altero loco C H S T χ ψ legunt *ages.* In C H T χ ψ *utere:* in S *ut est.*—11 Pro *prætor* H habet *populus Rom.*—12 H *interpretabare.* In χ *tum illud verbum.*—13 T *ex quo et tu rest.*—14 Edd. nonnullæ omittunt *tuas,* errore typographico, ut ait Orell.—15 C S χ ψ *sive e vest.* T *sive ex vest.*—16 Lamb. *ex citeriore.*—

NOTÆ

[a] *Obrutis*] Translatio insignis a dirutis ædibus, sive naufragio.

ditis, illa defensio,[b] eum dejici[19] posse, qui tum possideat; qui non possideat, nullo modo posse. Itaque, si ego sim a tuis ædibus dejectus, restitui non oportere; si ipse sis, oportere. Numera, quam multa in ista defensione falsa sint, Piso. Ac primum illud attende, te jam ex illa ratione esse depulsum, quod negabas quenquam dejici posse, nisi qui in eo loco fuerit: nunc, qui possideat, eum, etiamsi non fuerit in eo loco, dejici posse concedis.[20] 91. Cur ergo aut in[a 1] illud quotidianum interdictum,[c] 'unde ille me[d] vi dejecit,' additur, 'cum ego possiderem;'[e] si[2] dejici nemo potest, qui non possidet: aut in hoc interdictum, 'de hominibus armatis,' non additur, si oportet quæri, possederit, necne? Negas dejici,[3] nisi qui possideat. Ostendo, si sine armatis coactisve hominibus dejectus quisquam sit, eum, qui fateatur se dejecisse, vincere sponsionem,[4] si ostendat, eum non possedisse. Negas dejici, nisi qui possideat. Ostendo ex hoc interdicto, 'de armatis hominibus,'

[a] *Ad.*

17 C H S *judices.*—18 *Ebrutis* C H: *e brutis* χ.—19 χ *dici.*—20 '*Nisi, qui in eo loco fuerit: nunc qui possideat, eum, etiamsi non fuerit in eo loco, dejici posse concedis*] Hæc est lectio edd. nonn. vett., Lamb. Grut. Oliv. Lall. Ern. cui tantum hæc verba addidi, *eum, qui non possideat, negas dejici posse.* Partim enim ea sententia postulat, partim codd. confirmant. Nam in S est, *concedis, eum qui non possideat negas deici posse;* T ψ *concedis eum, qui non possideat negas dejici posse:* χ *concedis posse eum qui non possideat negas dejici posse.* In Ms. P. Franc. Erf. ed. pr. et Med. sic legitur, *te jam dejici posse, nisi indubium* (ed. pr. *nisi dubium*) *esse etiam posse concedis. Eum qui non possideat, negas dejici posse.* Ern. ita ex edd. pr. laudat, *nisi dubium* (vel *indubium*) *esse, etiam posse concedis, eum, qui possideat, negas dejici posse.* Ex C H S T ψ affertur, *nisi in dubium esse etiam posse:* χ *nisi in dubium esse etiam.* Junta habet, *nisi in loco esset: nunc eum posse concedis, eum qui non possideat negas dej. posse.* Aldi ediderunt, *nisi in eo loco esset: nunc jam posse concedis; eum, qui non possideat, negas dejici posse:* quod sequentes, Vict. R. et C. Steph. etiam Græv. tenuerunt. Grævius tamen locum ita constituit, *quod negabas, quenquam dejici posse, nisi qui in eo loco fuerit, id indubium esse; nunc etiam posse concedis. Eum, qui non possideat, negas dejici posse.* Ern. negat se scire, quibus verbis Cic. usus sit.' *Beck.* quem Orell. sequitur. Vulg. ut Ern.—1 T omisit præpositionem *in.*—2 *Si* non est in χ.—3 H T *Nega dej.*—4 χ, Junt. Lamb. Grut. Oliv.

NOTÆ

[b] *Illa defensio*] Alia oritur defensio, an possidere debeat ille qui dejicitur aliquo loco; concluditque posse dejici, etiamsi non possideat.

[c] *Quotidianum interdictum*] Quod est de vi facta sine armatis hominibus.

[d] *Unde ille me, &c.*] Verba formulæ sunt.

[e] *Cum ego possiderem*] Verba quoque alterius formulæ sunt.

qui possit ostendere[5] non possedisse eum, qui dejectus sit, condemnari tamen sponsionis[b] necesse esse, si fateatur esse dejectum. XXXII. 92. Dupliciter homines dejiciuntur; aut sine coactis armatisve[6] hominibus, aut per ejusmodi rationem, aut per vim. Ad duas dissimiles res duo dejuncta[c] [7] interdicta sunt. In illa vi quotidiana non satis est, posse docere se dejectum, nisi ostendere possit,[8] cum possideret, tum dejectum. Ne id quidem satis est, nisi docet, ita se possedisse, ut[9] nec vi, nec clam, nec precario[f] possederit. [*p.* 303.] Itaque is,[g] qui se restituisse dixit,[10] magna voce sæpe confiteri solet, se vi dejecisse: verum illud addit, 'Non possidebat:' vel etiam, cum[11] hoc ipsum concessit, vincit[12] tamen sponsionem, si planum facit,[d] ab se illum aut vi, aut clam, aut precario possedisse. 93. Videtisne, quot defensionibus eum, qui sine armis ac multitudine[13] vim fecerit, uti posse majores voluerunt?[14] hunc vero, qui ab jure, officio, bonis moribus, ad ferrum, ad arma, ad cædem confugerit, nudum in causa destitutum[e] [15] videtis; ut, qui armatus de possessione contendisset, inermis plane de sponsione certaret. Ecquid[16] igitur in-

[b] *Vinci sponsione.*
[c] *Accommodata.*
[d] *Probat manifeste.*
[e] *Derelictum.*

Lall. *sponsionem.*—5 χ *accedere.*

CAP. XXXII. 6 Lamb. *armatisque.* Mox, *atque vim* Erf. Græv. Weiske, Schutz. et Orell. *ac vim* Lamb. et P. Manut. *aut vim* Ven. 1483. Junt. Grut. *et vim* e conj. Hotomanni, Lamb. 1566. Oliv. Lall. *aut per vim* Wald. Ven. 1480.—7 Nonnullæ edd. vett. *devincta,* pro quo Ursinus maluit *adjuncta.* Al. *dijuncta.* In T deest *interdicta.*—8 χ *posset cum.* Mox *ejectum* C H S T χ ψ.—9 C H S T χ carent *ut.*—10 Lamb. solus *dicit.*—11 χ *eum.*—12 Idem Ms. *vicit.* Dein *sponsione* omnes Mss. cum Ven. 1483. Junt. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall.—13 'Al. *qui sine armatis, ac mult.* al. *qui sine armata.*' Lamb. In C H S T χ, Pall. et edd. vett. deest *sine.*—14 Lamb. et Orell. *voluerint,* ut volebat Ern.—15 Nonnullæ edd. vett. cum Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. *destitutumque.* Pro *ut qui* C H S T χ ψ exhibent *qui autem.*

NOTÆ

[f] *Nec vi, nec clam, nec precario*] Possidere 'vi' dicitur, qui, contra quam prohibetur, possidet: 'clam' vero qui celavit adversarium, neque ei denuntiavit; si modo timuit ejus controversiam, aut timere debuit: 'precario' denique, qui possessionem adeptus est ex ea solum causa, quod preces adhibuit, et precibus impetravit. Ita Ulpianus.

[g] *Itaque is*] Æbutius sæpe confessus est se vi dejecisse Cæcinam.

terest, Piso, inter hæc interdicta?[17] ecquid interest, utrum hoc additum, 'cum A. Cæcina possederit,'[18] necne? Ecquid te ratio juris, ecquid interdictorum dissimilitudo, ecquid auctoritas majorum commovet? Si esset additum, de eo quæri oporteret: additum non est; tamen oportebit? 94. Atque ego in hoc Cæcinam non defendo. Possedit enim Cæcina, recuperatores: et id, tametsi extra causam est, percurram tamen brevi, ut non minus hominem ipsum,[h] quam jus commune defensum[19] velitis. Cæsenniam possedisse propter usumfructum,[20] non negas. Qui[1] colonus[i] habuit conductum de Cæsennia fundum, cum[2] idem ex eadem conductione fuerit in fundo, dubium est,[3] quin, si Cæsennia tum possidebat, cum erat colonus in fundo, post ejus mortem hæres eodem jure possederit? Deinde ipse Cæcina, cum circuiret prædia, venit in istum fundum; rationes a colono accepit. Sunt in eam rem testimonia. 95. Postea[g] cur, Æbuti, de isto potius fundo, quam de alio, si quem habes, Cæcinæ denuntiabas,[4][k] si Cæcina non possidebat? Ipse porro Cæcina cur se moribus deduci volebat; idque tibi, de amicorum, etiam de ipsius C. Aquillii[5] sententia responderat?

XXXIII. At enim Sulla legem tulit.[l] Ut nihil de illo tempore, nihil de calamitate reipublicæ querar, hoc tibi

[g] *Præterea.*

—16 Hic et paulo infra, Mss. quidam habent *ecquid.*—17 χ *dicta.*—18 P. Manut. *possideret.*—19 Ven. 1480. *quam rem communem defensam.*—20 Pro *propter usumfructum,* Lamb. e conj. cum Oliv. Lall. habent *per colonum.* In C *propter usumfructuum.*—1 Pal. 2. *Quoniam:* Lall. e Ms. *Quia.*—2 In C χ *eum.* Excidisse hic aliquid suspicatur Ern.—3 Ven. 1480. *dubium non est.* Camerar. maluit, *dubium ne est.*—4 χ *denuntias.*—5 *De am., de his qui de Aq.* C H S ψ, Ven. 1483. *de am., de his qui Aq.* T et Ven. 1480. *de am., de iis qui de Aq.* χ. Post *responderat* C H S χ ψ et edd. pr. addunt *et ad eum;* Aldus *et ad eam,* cum stellula lacunæ indice: unde ita supplet Hotom. *et ad eam rem diem constituerat, amicos convocarat.* Idem tamen deesse etiam plura statuit, quod proxima sententia nimium sit abrupta. In ed. Junt. legitur *responderit.*

NOTÆ

[h] *Hominem ipsum*] Cæcinam.

[i] *Qui colonus*] Colonus est, qui pensione ad certum tempus fundum colendum accipit.

[k] *Denuntiabas*] Denuntiare nihil aliud est, quam litem et judicium minitari, nisi petitioni fiat satis.

[l] *Legem tulit*] Vide narrationem, § 18. nott.

respondeo: ascripsisse eundem Sullam in eandem legem, 'Si quid jus[m] non esset rogari,[6 n] ejus ea lege nihilum rogatum.'[o] Quid est, quod[p] jus non sit, quod populus[7] jubere aut vetare non possit? Ut ne longius[8] abeam, declarat ista ascriptio, esse aliquid: nam, nisi esset, hoc in omnibus legibus non ascriberetur. 96. Sed quæro abs[9] te, putesne, si populus jusserit, me tuum, aut item, te meum servum esse;[q] id jussum ratum atque firmum[h] futurum? Perspicis hoc nihil esse, ut in ceteris, quæ rogavit. Primum[10] illud concedis, non, quicquid populus jusserit, ratum esse oportere. Deinde nihil rationis affers, quamobrem, si libertas adimi nullo modo possit,[11] civitas possit: nam et eodem modo de utraque re traditum nobis est; et, si semel civitas adimi potest, retineri libertas non potest. Qui enim potest jure Quiritium[r] liber esse is, qui in numero Quiritium[12] non est? 97. Atque ego hanc ado-

[h] *Stabile.*

CAP. XXXIII. 6 C H S T, Erf. Græv. et Orell. *rogarier.*—7 H S T χ ψ *quo pop.* Lamb. edidit, *quid est, quod rogari jus non sit, quid, quod pop.*— 8 C S *Ut me longius.* Dein C T *habeam.* Mox *descriptio* C H S χ.—9 In C H S T χ ψ deest *abs.*—10 C H S χ ψ, Erf. Franc. et edd. pr. *esse, et ea teris quæ inter primum:* unde Orell. dedit, *esse, et ea teris quæ inter. Primum.* In T *esse, et ea terrisque inter primum.* Junt. *esse, et fateris, sed qui primum.* Græv. Lall. et Schutz. dederunt, *esse, et fateris, quæ inter* * *. *Primum.* P. Faber conj. *esse? at in ceteris, quæ rogavit.* Ern. censet posse e vestigiis scripturæ codd. reponi, *esse, ut in ceteris, quæ interrogavi.* Beck. maluit *esse, et fateris. Primum.* Orell. conj. *esse, et fateris. Quid igitur? Primum.* Dein Lamb.

NOTÆ

[m] *Si quid jus*] Clausula illa legibus ferendis apponebatur.

[n] *Rogari*] Legislator cum ageret cum populo rogare, plebs vero statuere seu decernere dicebatur: leges autem quas ferre prætor volebat, trinis nundinis populo proponebat, quod promulgari dicebatur: tertio foro rogabatur, ut decerneret his verbis, 'Velitis, jubeatis, Quirites, ut hoc fiat.'

[o] *Ea lege nihilum rogatum*] Id est, ea lege nihil esse stabilitum et sancitum.

[p] *Quid est quod*] Id est, quod contra jus est, non potest populus aut jubere aut vetare.

[q] *Servum esse*] Non poterat populus civi libertatem adimere.

[r] *Jure Quiritium*] Romani Quirites dicti sunt vel a Curibus Sabinorum urbe, vel a Romulo, qui Quirinus appellatus est, quod hasta uti soleret, quæ voce Sabina Quiris appellabatur. Jus porro Quiritium dicebatur, quod civium Romanorum causa proprie ita institutum erat, ut ejus omnes peregrini expertes essent.

lescentulus[s] causam, cum agerem contra hominem disertissimum nostræ civitatis, Cottam, probavi. Cum Arretinæ mulieris[t] libertatem defenderem,[13] et Cotta decemviris[u] religionem[i] injecisset,[x] non posse sacramentum nostrum[y] justum judicari, quod Arretinis ademta civitas esset, et ego[14] vehementius contendissem, civitatem adimi non potuisse; decemviri prima actione non judicaverunt: postea, re quæsita[k] et deliberata, sacramentum nostrum justum judicaverunt. Atque hoc, et contra dicente Cotta, et Sulla vivo,[15] judicatum est. Jam vero in ceteris, ut omnes, qui in eadem causa sunt,[16][z] et lege agant, et suum jus persequantur, et omnes jure civili, sine cujusquam aut magistratus, aut judicis, aut periti hominis, aut imperiti dubitatione, utantur, quid ego commemorem? dubium nemini[17] vestrum est. 98. Certe quæri hoc solere me non præ-

[i] *Dubitationem.* [k] *Quæstione habita.*

mavult *Primum igitur illud.*—11 χ *potest.*—12 Al. *Quiritum.*—13 C S *defendere.* Tum *Cottam* C H S T. Porro *religionis* C H S T χ.—14 Ern. maluit, *at ego.*—15 *Vivo* non est in C H S T χ.—16 χ *causa sint.*—17 Pro *nemini* C H S habent *meum in;* et χ *meum: ni.* Tum *est* post *vestrum* omittunt H S T et edd. pr. In Erf. legitur, *vestrum esse. Certo. Quæri:* unde Græv. mavult, *vestrum esse potest. Certo. Quæri.* Garaton. conj. fuisse, *vestrum esse credo. Quæri.* Schutz. e conj. Ernesti dedit, *vestrum est. Ceterum, quæri.*—

NOTÆ

[s] *Atque ego adolescentulus*] Citat judicium simile, in quo ipse talem causam apud decemviros egit: quo tempore propter ætatem non tanta dicendi auctoritate quanta tum florebat fortasse. Credibile est autem hanc Arretinæ mulieris causam paulo ante Roscii Amerini defensionem vicisse.

[t] *Arretinæ mulieris*] Arretina civitas vulgo, nunc *Arezzo*, in Tuscia, quæ a Sulla proscripta est. Defendit tamen mulierem liberam esse, neque illa lege jus civitatis amisisse.

[u] *Decemviris*] Decemviri a Tarquinio Superbo instituti sunt, ut de causis civitatis et libertatis cognoscerent, et ut sacris libris legendis, fatisque populi interpretandis præessent.

[x] *Religionem injecisset*] Cotta decemviris religionem seu dubitationem injecit, ut caverent ne quid contra veritatem judicarent, cum essent jurati judices.

[y] *Sacramentum nostrum*] Per sacramentum causam intelligit, quæ sacramento agebatur. Sacramentum autem erat certa et legitima pecuniæ summa, quæ ab actore et reo deponebatur in sacro loco, ut qui victus et damnatus esset, is pecunia sua mulctaretur; qui vicisset, suam recuperaret.

[z] *In eadem causa sunt*] In eadem causa erant quotquot a Sulla proscripti sunt.

terit,[18] (ut ex me ea, quæ tibi in mentem non veniunt, audias) quemadmodum,[a] si civitas adimi non possit, in colonias Latinas[b] sæpe nostri cives profecti sint. [*p.* 304.] Aut sua voluntate, aut legis mulcta[c] profecti sunt; quam mulctam si sufferre voluissent,[19] tum manere in civitate potuissent. XXXIV. Quid? quem pater patratus[d] dedidit;[20] aut suus pater populusve[e] vendidit,[1 f] quo is jure amittit civitatem? Ut religione civitas solvatur, civis Romanus traditur;[2] qui cum est acceptus, est eorum, quibus est deditus; si non accipiunt, ut Mancinum[3] Numantini,[g] retinet

18 ψ *poterit.*—19 Nonnullæ edd. vett. *noluissent.* Pro *tum* C H S χ ψ et quædam edd. vett. exhibent *tamen.* Pro *civitate* in χ *voluntate.* Tum *voluisse* C H S χ ψ.

CAP. XXXIV. 20 C H S T χ ψ, Ven. 1483. Lamb. *dedit.* Pro *suus* C habet *in jus.*—1 Lamb. *vendit.* Mox C *amittis.*—2 *Detraditur* C H S ψ: *detruditur* T: *detrahitur* χ.—3 C H S ψ *Mancipi:* χ *Mancipii.* Tum *retinent* C H

NOTÆ

[a] *Quemadmodum*] Negaverat Cicero civitatem invitis adimi posse: at contra sic disputabant: Si civitas adimi non potest, quomodo cives, cum sive voluntate, sive legis mulcta, profecti sunt in colonias Latinas, jus civitatis perdiderunt?

[b] *In colonias Latinas*] Certum est eos, qui proficiscuntur in colonias, jus civitatis amittere. Huc sæpe mittebantur vel urbium infrequentia, vel pœna quà veteres coloni male de repub. meriti mulctabantur: itaque carebant illi civitate; nam duarum civitatum civis esse nemo poterat.

[c] *Aut sua voluntate, aut legis mulcta*] Solvit hanc allatam objectionem, quia invitis non adimitur civitas: nam aut sponte sua in colonias profecti sunt, aut certe hoc maluerunt, quam legis mulctam perferre. Itaque non ademta est illis civitas, sed sponte ab ipsa cesserunt.

[d] *Pater patratus*] Pater patratus fecialibus præerat, et illius partes erant hostibus bellum indicere, deditionem peragere, cum quis dedendus erat hostibus; aut pacem fœdusque componere. De quo Livius pluribus in locis.

[e] *Populus*] Moris fuit, ut conscripto exercitu, qui citatus non responderet, una cum omnibus suis bonis venderetur. Vide Val. Max. l. VI.

[f] *Vendidit*] Id est, emancipavit vetere jure civili, quo multa per æs et libram gerebantur; ut in abalienationibus, testamentis, adoptionibus, emancipationibus: aderat enim is, qui libripens dicebatur, adhibitis quinque testibus: tum emtor familiæ vel mancipii (ita enim appellabatur) æs manu tenens percutiebat libram his verbis: 'Hunc ego hominem, vel hanc rem, jure Quiritium meam esse dico, mihique emtum hoc ære, et hac ænea libra:' quo ritu peracta erat abalienatio.

[g] *Mancinum Numantini*] Numantini cum bello Hostilium Mancinum vicissent, contenti armorum manubiis, inermem cum spoliato exercitu dimiserunt: sed Rom. pop. ignominiæ indignitate flagrans sceleris dedecus Mancini deditione expiavit. Aurel. Victor, de Viris Illustr. c. 59. Val. Max. II. 2.

integram causam et jus civitatis. Si pater vendidit[4] eum, quem in suam potestatem susceperat,[l] ex potestate dimittit.[5] 99. Jam populus cum eum vendidit,[6] qui miles factus non est,[h] non adimit[m] ei libertatem, sed judicat, non esse eum liberum, qui, ut liber sit,[7] adire periculum noluit: cum autem incensum[i] vendit,[8] hoc judicat; cum is, qui in servitute justa[n] fuerit,[9] censu liberetur,[k] eum, qui, cum liber esset, censeri noluerit,[10] ipsum sibi libertatem abjudicasse.[l] Quod si maxime[m] iisce rebus[11] adimi libertas aut civitas potest; non intelligunt, qui hæc commemorant, si per has rationes adimi majores posse voluerunt, alio modo noluisse? 100. Nam, ut hæc ex jure civili protulerunt, sic afferant velim,[12] quibus lege aut Romana[13] civitas aut libertas erepta sit. Nam quod ad exilium attinet, perspicue intelligi potest,[14] quale sit. Exilium enim,[n] non supplicium est, sed perfugium[15] portusque supplicii: nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo solum

[l] *Receperat.* [m] *Aufert.* [n] *Vera.*

S χ ψ.—4 Lamb. solus *vendit.*—5 C *dimitti.*—6 C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. Lamb. et Orell. *vendit.*—7 *Sit* deleri jubet Weiske.—8 Edd. vett. *vendit.*—9 C H S χ ψ *cum ei* (h. e. ii), *qui in serv. justa fuerint.* Ven. 1483. Crat. Lamb. *cum ii, qui in serv. justa fuerunt.* Tum *liberentur* C H χ ψ, Ven. 1483. Crat. Lamb. *liberaremur* T.—10 χ et ψ *voluerit.*—11 Pro *iisce rebus* Junt. habet *hisce rebus;* et C H S T χ ψ, Ven. 1483. *visceribus.*—12 C H S χ ψ *profuerunt, sic aderant velim.*—13 Pro *Romana* in C H S χ ψ et edd. vett. plerisque legitur *ratione.* In Ven. 1480. et Ven. 1483. *rone* et *roe.* Ant. Augustinus maluit legi *rogatione,* prob. Ursino.—14 Verba *intelligi potest* in C S χ

NOTÆ

[h] *Qui miles factus non est*] Id est, qui noluit proficisci ad militiam.

[i] *Incensum*] Id est, eum qui censeri noluit. Solebant censores quinto quoque anno cives Rom. censere quique non penderent censum, eximebantur numero civium.

[k] *Censu liberetur*] Servus si voluntate domini censeri vellet, civis efficiebatur. Hinc censu servos libertatem adipisci ait Cic. in Topicis.

[l] *Abjudicasse*] Id est, semetipsum condemnasse, quod sit liber. Abjudicatur autem res quæpiam, cum ea per judicium aufertur, aut alienatur.

[m] *Quod si maxime*] Ab enumeratione partium colligit nemini invito posse libertatem auferri.

[n] *Exilium enim*] Exilium olim pœna legum non erat, sed eorum fuga, qui pœnam legum volebant evitare: unde olim reis licitum fuit post primam actionem, ante judicium peractum exilium petere, quod vulgo ab eis dicebatur, 'exilii causa solum vertere.'

vertunt; hoc est, sedem ac locum mutant. Itaque nulla in lege nostra reperietur,[16] ut apud ceteras civitates, maleficium ullum exilio[17] esse mulctatum:[o] sed cum homines[18] vincula, neces,[o] ignominiasque vitant, quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad aram,[19] in exilium: qui si in civitate legis vim subire vellent, non prius civitatem, quam vitam amitterent: quia nolunt; non adimitur[20] his civitas, sed ab his relinquitur atque deponitur. Nam, cum ex nostro jure duarum civitatum[p] nemo esse possit, tum amittitur hæc civitas denique, cum is, qui profugit, receptus est in exilium, hoc est, in aliam civitatem. XXXV. 101. Non me præterit,[1] recuperatores, tametsi de hoc jure multa prætereo, tamen me longius prolapsum esse,[2] quam ratio vestri judicii postularit. Verum id feci, non quod vos in hac causa hanc defensionem desiderare arbitrarer, sed ut omnes intelligerent, nec ademtam cuiquam civitatem esse, nec adimi[3] posse. Hoc cum eos scire volui, quibus Sulla voluit[q] injuriam facere, tum omnes ceteros novos[r] veteresque cives. Neque enim ratio afferri potest, cur, si cuiquam novo civi potuerit adimi civitas, non omnibus patriciis,[4s] omnibus antiquissimis civibus possit. 102. Nam

[o] *Punitum.*

desunt.—15 *Profugium* C S T χ, Ven. 1483. Junt. Naug.—16 χ *reperitur.* Sequens *ut* in C H S T χ ψ abest.—17 Pro *exilio* in χ *ex illo.* Dein *mutatum* C H S T χ.—18 *Omnes* H S T ψ: *omnia* χ.—19 H S χ ψ *arma.*—20 *Adimitis* C S: *invitis* H. Mox C *relinq. aut depon.*

CAP. XXXV. 1 χ *Nonne præt.*—2 H *prol. esse sentio.* Mox *nostri jud.* C S T χ ψ.—3 C H T *neque adimi.* Dein χ *Hæc cum eos.*—4 In nonnullis edd.

NOTÆ

[o] *Neces*] Hanc vocem *neces* in plurali solum apud Plinium, et hoc loco invenies. Nex autem, mors, vel cædes, est quæ ferro et vi infertur.

[p] *Duarum civitatum*] Cum civitas civium unitas sit, et unum corpus; et cives quasi sint illius membra; duarum civitatum cives, aut duorum corporum membra esse non possunt.

[q] *Sulla voluit*] Post bellum civile, multi a Sulla proscripti sunt, qui suis partibus fuerant infensi.

[r] *Ceteros novos*] Per novos intelligit, qui civitate a Sulla donati sunt; nam et aliis jus civitatis ademit.

[s] *Omnibus patriciis*] Patricii nobilissimi civitatum dicebantur, qui e senatoribus quos Romulus instituit, originem traxerant. Vult tamen Livius antiquissimæ cujusque familiæ senatoriæ liberos etiam appellari.

ad hanc quidem causam nihil hoc pertinuisse, primum ex eo intelligi potest, quod vos ea[5] de re[t] judicare non debetis; deinde quod Sulla ipse[6] ita tulit de civitate, ut non sustulerit horum[7] nexa[u] atque hæreditates: jubet enim eodem jure esse, quo fuerint Ariminenses;[x] quos quis ignorat[8] duodecim[9] coloniarum[y] fuisse, et a populo Romano[10] hæreditates capere potuisse? Quodsi adimi civitas A. Cæcinæ lege potuisset, magis illam rationem tamen omnes boni quæreremus,[11] quemadmodum spectatissimum[z] pudentissimumque hominem, summo consilio, summa virtute, summa auctoritate domestica præditum, levatum[p] injuria, civem retinere possemus, quam uti nunc, cum de jure civitatis nihil potuerit deperdere,[q] quisquam existat, [*p.* 305] nisi tui, Sexte, similis et stultitia et impudentia, qui huic civitatem ademtam esse dicat. 103. Qui quoniam, recuperatores, suum jus non deseruit, neque quicquam illius audaciæ petulantiæque concessit;[12] derelinquo jam com-

[p] *Liberatum.* [q] *Amittere.*

vett. verba *omnibus patriciis* omittuntur.—5 C H S T χ omittunt *ea.* In ψ abest *non* ante *debetis.*—6 C *ipsa.*—7 Ven. 1483. Junt. Lamb. *eorum.*—8 C *ignoras.*—9 *Duodeviginti* dedit Orell. e conjectura Savigny Zeitschrift v. 2. p. 237.—10 C H S χ ψ *a c. R.* unde Lall. Weiske, Schutz. et Orell. dederunt *a civibus Romanis.* In T, Ven. 1480. Junt. *a civitate Romana.* Faber et Ern. malebant *a cive Romano.* Vulg. ut Ern.—11 C H S T χ *quæremus.* Mox Lamb. e conj. cum Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *pudentissimumque.* Ceteri *prudentissimumque.*—12 Post *concessit* multi viri docti censent deesse aliquid. Itaque Hotom. voluit deesse, *nunc in civitatis controversiam vocatur.* Lambinus, qui vacuum reliquit spatium, ita expleri vult, *ideo in civitatis dis-*

NOTÆ

[t] *Ea de re*] An Cæcina civis sit, et an possideat. Sed utrum restitutus sit ex edicto.

[u] *Horum nexa*] Hic nexa sunt commercia cum civibus, quæ in contractibus per æs et libram fiebant; nam ea proprie nexa vocabantur. Erat enim quædam juris solennitas, qua qui rem alienabat, tenebatur reddere indemnem emtorem, ita ut res omnino accipientis fieret.

[x] *Ariminenses*] Ariminium urbs fuit vetustissima juxta fluvium Rubiconem.

[y] *Duodecim coloniarum*] Duodecim illæ coloniæ sic per excellentiam nominatæ sunt, quod præ ceteris essent immunes a pensione. Has Livius Drusus tribunus plebis deduxit per Italiam.

[z] *Spectatissimum*] Spectatissimus is dicitur, cujus virtus sæpissime probata fuit. Unde Virg. 'Sunt nobis fortia bello Pectora, sunt animi, et rebus spectata juventus.'

munem causam, populique Romani[13] jus in vestra fide ac religione depono. XXXVI. Is homo[a] ita se probatum vobis vestrique similibus semper voluit, ut id non minus in hac causa[14] laborarit, nec contenderit aliud, quam ne jus suum dissolute[r] relinquere videretur, nec minus vereretur,[15] ne contemnere Æbutium, quam ne[16] ab eo contemtus esse existimaretur.

104. Quapropter si quid extra judicium est, quod homini[17] tribuendum sit; habetis hominem singulari pudore,[s] virtute cognita, et spectata[18] fide, amplissimis viris Etruriæ[b] totius[19] in utraque[c] fortuna cognitum multis signis et virtutis et humanitatis. Si quid in contraria parte in homine offendendum[t] sit; habetis eum, ut nihil dicam amplius, qui se homines coëgisse[20] fateatur. Sin, hominibus[1] remotis, de causa quæritis; cum judicium de vi sit; is, qui[d] arguitur, vim se hominibus armatis fecisse fateatur; verbo se, non æquitate defendere conetur; id quoque ei verbum ipsum ereptum[2] esse videatis; auctoritatem sapi-

[r] *Negligenter.* [s] *Modestia.* [t] *Reperiendum.*

crimen venit. Idem verba *is homo ita ... existimaretur* ante *derelinquo, &c.* poni voluit. P. Faber maluit scribi *de reliquo.* Legitur etiam in nonnullis edd. *omnem,* pro *communem.*—13 In χ et ψ deest *Romani.* Dein *in vestram fidem ac religionem depono* Franc. In Ven. 1480. *deponitur.*

Cap. XXXVI. 14 χ *simillimum semper esse voluit;* et Lamb. *ut in eo non minus, quam in hac causa.* Post *laborarit* Hotom. aliquid deesse censebat.—15 Lamb. *veritus sit:* C H S χ *veretur.* Tum χ *ne contendere Æb.*—16 *Ne* C H S T χ omittunt. Pro *ab eo* omnes Mss. et edd. pr. cum Græv. Oliv. Lall. exhibent *de eo.* Porro in χ *contentus.*—17 *Virtuti homini* C S ψ et Ven. 1483. *virtuti hominum* T χ, Ven. 1480. Junt. *virtuti hominis* H, Franc. et Nang.—18 T *expectata.*—19 *Amplissimis viris Etr. nomine tot.* T, Wald. Ven. 1480. Junt. *amplissimis Etr. nomine tot.* C H S χ ψ, Ven. 1483. Rom. Brix. *amplissimum Etr. nomine tot.* Ald. Crat. Grut. Græv. Oliv. Lall. *amplissimum virum Etr. tot.* Lamb. *amplissimis viris Etr. tot.* ex ed. Wald., deleto *nomine,* edidit Ern. quem Beck. Weiske, Schutz. et Orell. sequuntur. Hotom. maluit, *amplissimum Etr. totius, hominem in utr. fort.* Vid. Nott. Varr.—20 C et S *cogisse.*—1 χ *Si in hom.* Mox *quæretis* Manut.—2 C H S T χ ψ *direptum.*

NOTÆ

[a] *Is homo*] Cæcina.

[b] *Etruriæ*] Volaterrani Etruriæ populi sunt, e quibus Cæcina fuit. Invaluerat enim consuetudo, ut cum quis accusaretur, e provinciis legati venirent, qui accusatum vel laudarent, vel vituperarent.

[c] *In utraque*] Tam prospera scilicet quam adversa.

[d] *Is qui*] Æbutius.

entissimorum[e] hominum facere nobiscum;[u] in judicium non venire, utrum Cæcina possederit,[3] necne; tamen doceri possedisse; multo etiam[4] minus quæri, A. Cæcinæ fundus sit, necne; me tamen idipsum docuisse,[5] fundum esse Cæcinæ: cum hæc ita sint, statuite quid vos tempora[z] reipublicæ de armatis hominibus, quid illius confessio de vi, quid nostra decisio[f] de æquitate, quid ratio interdicti de jure admoneant, ut judicetis.

[u] *Sentire nobiscum.* [z] *Pericula.*

Dein C *auctoritate.*—3 C χ *possedit.* Mox *docere* H S χ ψ: *doceres* T.—4 Pro *etiam* in C H S T χ legitur *jam;* in ψ *tam.* Tum C H S χ ψ *quærit:* T *quæritur.*—5 In T *fundus, necne; sed me ipsum doc.* Lamb. e conj. Buchanani edidit, *Aulus Cæcina fundus sit . . . fundum esse Cæcinam.*

NOTÆ

[e] *Sapientissimorum*] L. Crassi et Aquillii.

[f] *Nostra decisio*] Decisio proprie est amputatio. Sed hic metaphorice sumitur determinatio de jure, et quasi superflua falsarum opinionum amputatio.

M. TULLII CICERONIS

PRO LEGE MANILIA,

SEU

DE IMPERATORE POMPEIO DELIGENDO,

AD POPULUM

ORATIO XIII.

ARGUMENTUM.

M. Æmilio, L. Volcatio, coss. cum L. Lucullus, qui proconsulari imperio administrarat prope septem annos Mithridaticum bellum, a senatu revocatus Romam redisset, tulit ad populum C. Manilius tribunus plebis, ut ejus belli administratio Pompeio committeretur, qui tum bellum maritimum gerebat. Eam rogationem Cicero prætor creatus persuadendam populo suscepit, quod in Pompeio omnia essent, quæ ad perfectum imperatorem pertinerent; scientia rei militaris, fortitudo, temperantia, et felicitas, rejectis objectionibus Hortensii et Catuli, quorum alter non esse uni omnia committenda dicebat, alter vero in uno homine sæpe esse periclitandam fortunam negabat, eumque majoribus reipublicæ temporibus servari volebat.

[*Ed. Ald. p.* 4.] I. 1. QUANQUAM mihi semper frequens conspectus vester, multo jucundissimus; hic autem locus,[a]

NOTÆ

[a] *Hic autem locus*] Rostra intelligit, quæ L. Furio Camillo et C. Mœnio coss. ex rostris navium Antiatium condita fuerunt: de quibus Livius lib. VIII. 'Naves Antiatium partim in urbe, Romæ subductæ, partim incensæ: rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit, Rostraque id templum appellatum.' In rostris ferebantur leges, agebantur causæ, et conciones habebantur ad populum.

ad agendum amplissimus,[b] ad dicendum ornatissimus[a c] est visus, Quirites;[d] tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique[e] maxime patuit, non mea me voluntas, sed

[a] *Commodissimus ad tractanda negotia, pulcherrimus ad habendas orationes.*

In Pall. fere omnibus, item Werd. Erf. Hittorp. hæc Oratio inscribitur, *De imperio seu de laudibus Cn. Pompeii.* In ς *Pro Magno Pompeio:* χ *Pro L. Man. sive de laudibus Pompeii:* ψ *Pro Cn. Pomp. Magno:* excerpt. Pithœi, *M. Tull. Cicer. de Magni Pompeii laudibus incipit:* ejusdem Ms. chartac. *M. Tull. Ciceronis pro Cn. Pompeio, lege fetr.* Ms. Dresd. *Pro Pompeio:* Ms. Franc. *Pro lege Manilia, de Imperatore ad bellum Mithridaticum deligendo feliciter incipit:* ed. 1472. *Pro M. Pompeio:* Venetæ antiquæ, *Pro lege Manilia, sive de laudibus Cn. Pompeii, sive de imperatore deligendo:* Med. 1498. *Ciceronis pro lege Manilia sive de imperatore eligendo oratio.* Gulielm. Lect. Plaut. in Mil. c. 6. probat ex quatuor suis Mss. *De Imperio Cn. Pompeii.* Vulg. *M. Tullii Ciceronis pro Lege Manilia ad Populum Oratio.*

NOTÆ

[b] *Amplissimus*] In rostris nullis nisi viris amplissimis, et magistratum gerentibus agere cum populo licebat. Legitur quod Antonius occisi Ciceronis caput præcisum in rostris poni curaverit, ubi ille consul, ubi sæpe consularis auditus erat.

[c] *Ad dicendum ornatissimus*] In rostris tantum agebatur apud populum. Neque autem eadem est dicendi apud eum, et apud judices ratio: cum populus delectari et doceri vellet, ornatior et elegantior oratio esse debebat: cum judices doceri tantum, simplicior et severior. Observabis autem quod diversa sunt 'agere' et 'dicere.' Dicere enim est simpliciter orationem habere ad populum. Sic apud Suetonium Cæsar dicitur adhuc junior defunctam uxorem Corneliam laudasse de more, pro rostris. Agere autem ex Gellio XIII. 15. est rogare aliquid populum, quod 'suffragiis suis aut jubeat, aut vetet.' Ex Festo agere, est 'populum ad concilium aut comitia vocare.' Quare agere auctoritatem continet, et publicorum negotiorum tractationem, quæ non potest absque auctoritate haberi. Tamen aliquando utrumque conjungitur, et sæpe actio significat orationem, ut actiones in Verrem. Sæpe agere significat etiam dicere, præsertim si cum auctoritate dicatur, ut mox infra, 'et ad agendam facultatis tantum, quantum,' &c.

[d] *Quirites*] Quirites populi Romani appellatio est a Curibus Sabinis populis, qui cum ex fœdere Romulum inter ac Tatium eorum regem constituto, post asperrima prælia Romam commigrarent; ita rempublicam temperarunt, ut commune regnum esset Romulo ac Tatio, et urbs a Romulo Roma vocaretur; cives a Curibus, Quirites. Porro Cures ipsi nomen inde habuerunt, quod bello utplurimum hastati essent: hasta autem Sabinis, Festo teste, dicta est Curis sive Quiris. Hinc et Romulus Quirinus dicitur; vel quia pariter hasta seu curi armatus erat; vel quia Cures sibi adjunxerat; vel quia Quiritum, id est, rex Romanorum erat: quæ triplex sententia proponitur ab Ovidio Fast. II. 435.

[e] *Optimo cuique*] Fas erat unicuique magistratum gerenti in superiorem locum ascendere, indeque concionari ad populum; non autem privato homini, nisi accepta ab aliquo magistratu potestate. Cic. ad Att. IV. 2. de Clodio ad hæc privato,

meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ, prohibuerunt.[b f] Nam, cum antea per ætatem nondum hujus auctoritatem loci attingere[1] auderem;[c] statueremque, nihil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratum industria, afferri oportere; omne meum tempus amicorum temporibus[g] transmittendum[d 2] putavi. 2. Ita neque hic locus vacuus unquam fuit[3] ab iis qui vestram causam defenderent;[e] et meus labor, in privatorum periculis caste integreque[h] versatus,[f] ex vestro judicio fructum est amplissimum consecutus. Nam cum, propter dilationem[i] comitiorum, ter

[b] *Tamen non mea voluntas, sed meum institutum vivendi, inceptum ab adolescentia, impedivit me quominus aspirarem ad hanc gloriam dicendi apud vos.*

[c] *Nondum auderem accedere ad dignitatem hujus loci propter ætatem juniorem.*

[d] *Tribuendum necessitatibus amicorum meorum.*

[e] *Tuerentur vestra commoda publica.*

[f] *Versatus sine ullo accepto munere, sine ulla proditione in periculis propulsandis.*

Cap. I. 1 *Contingere* novem Oxonn. Mss. ac sex Pall. et edd. ante Græv. cum Oliv. *attingere* Erf. Werd. plerique Pariss. cum Græv. Lall. Wetzel. Weiske, Schutz. et Orell.—2 Cod. vet. ap. Lamb. *tramittendum:* unde Lambinus maluit *tribuendum.* In ϑ legitur *transmittendum fore put.*, omisso *temporibus.* Dein H *neque iste locus.*—3 ϑ ς χ, sex Pall. et edd. pr. cum Grut.

NOTÆ

'Cum subito ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit.'

[f] *Prohibuerunt*] Licet quæstor et ædilis fuisset Cicero, et annos natus viginti Sex. Quintium in privato judicio, et Amerinum in publico defendisset, nondum tamen in rostris egerat; quo tantum magistratibus licebat ascendere, ut nihil huc nisi perfectum ingenio et dignum amplitudine loci afferretur, quod hoc minore ætate dicit se præstare non potuisse.

[g] *Temporibus*] Cum non posset adhuc per ætatem hanc juniorem vacare reipub. amicis suis periclitantibus dedit operam: familiare enim est apud Ciceronem pro periculis usurpare 'tempora.' Sic pro Mil. 'Bona, fortunas meas, ac liberorum meorum in communionem tuorum temporum contuli.'

[h] *Caste integreque*] Integritatem suam et abstinentiam in causis defendendis profert; nam lege Cinnia jam inde lata ab anno U. C. 550. cautum erat, ne quis munus aut pecuniam ob causam orandam acciperet.

[i] *Propter dilationem*] Abrumpebantur, et in alium diem differebantur comitia vel obnuntiatione, vel intercessione paris vel majoris magistratus: obnuntiatione, cum quis magistus, dum comitia habebantur, nuntiabat, se cœli vel avium signa deprehendisse. Sic Cic. lib. III. ad Quint. Fratr. 'comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnuntiationibus magna voluntate bonorum omnium.' Credebant videlicet dato a Jove signo fas non esse agere cum populo; intercessione vero, cum differebantur

prætor[4 k] primus[l] centuriis cunctis[m] renuntiatus sum,[g] facile intellexi, Quirites, et quid de me judicaretis, et quid aliis præscriberetis.[h] Nunc cum[5] et auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus[n] mandandis[6] esse voluistis;[i] et ad agendum facultatis tantum, quantum homini

[g] *Declaratus sum.* [h] *Quid desideraretis in aliis.*
[i] *Quantum voluistis attribui præturæ et ædilitati.*

omittunt *fuit.* Pro *vestram* ε habet *meam.*—4 C *tunc prætor.*—5 Edd. nonnullæ *Nam cum.*—6 *Mandandum* H S T ε, χ 3, ψ, omnes Pall. et edd. vett.

NOTÆ

per magistratus, et maxime per tribunos. Sic in lib. IV. Epist. ad Att. scribit comitia quibus Pub. Clodius præturam, et Milo consulatum petebant, sæpius esse dilata. Ea autem vel obnuntiatio vel intercessio fiebat in candidatorum gratiam, cum aliquis parari sibi repulsam videbat.

[k] *Ter prætor*] Plures fuere creati prætores, unus tantum primis urbis temporibus; tum duo, ac tandem Sullæ dictatoris, octo, deinded ecem, crescente in dies imperii Romani magnitudine, ac civium numero. A populo jurisdictionem accipiebant sed incertam: designari enim conjectis in sortem jurisdictionibus, quam quisque sortiebatur, hanc exercebat. Ex illis prætoribus duo præerant privatis judiciis, urbanus alter qui civibus, peregrinus alter qui sociis et externis jus dicebat: ex octo aliis, duo de sicariis decernebant, unus de repetundis quærebat, alius de peculatu, alius de ambitu, alius de falso, alius de majestate, alius de vi: ac tandem sub imperatoribus duo Cereales additi sunt, qui de fidei commisso jus dicebant; et ultimus tutelaris, cujus munus fuit cogere tutores, et satisdare rem pupilli salvam fore, et delatam tutelam accipere.

Primus] Non aliquem populus dignitatis gradum inter prætores ponebat, sed qui omnium primus ab eo renuntiatus erat, præ ceteris populo placuisse videbatur. Certe Plutarchus in Ciceronis vita scribit multos maximæ dignitatis viros præturæ competitores habuisse, hisque omnibus antepositum fuisse. Unde in lib. de Claris Oratoribus de seipso ait, 'atque ut multa omittam, in hoc spatio, et in his post ædilitatem annis, et prætor primus, et incredibili populari voluntate sum factus.'

[m] *Centuriis cunctis*] Centuriatis comitiis creabantur consules, prætores, censores; proconsules interdum, reges sacrorum, tribuni militares consulari potestate, et decemviri legibus scribendis: ædiles vero, tribuni plebis, et minores aliqui, tantum tributis comitiis. Erant autem centuriata comitia, quibus populus per classium centurias divisus suffragium ferebat; ita ut suffragia colligerentur centuriatim. Tributa vero sunt in quibus populus per curias divisus suffragium dicebat.

[n] *Honoribus*] Familiare est Romanis auctoribus honores vocare magistratus, ut hic. Sic et apud Hor. Od. I. 1. 'Hunc si mobilium turba Quiritium Certat tergeminis tollere honoribus,' &c.

vigilanti ex forensi usu prope quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre; certe, et, si quid auctoritatis in me est, ea apud eos utar, qui eam mihi dederunt;[7] et, si quid etiam dicendo consequi possum, iis ostendam potissimum, qui ei quoque rei fructum suo judicio tribuendum esse censuerunt.[k][8] 3. Atque illud in primis mihi lætandum jure[9] esse video, quod in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi, causa talis oblata est, in qua oratio deesse nemini potest. Dicendum est enim de Cn. Pompeii singulari eximiaque virtute: hujus autem orationis difficilius est exitum, quam principium invenire. Ita[10] mihi non tam copia, quam modus in dicendo quærendus est.

II. 4. Atque, ut inde oratio mea proficiscatur,[l] unde hæc[11] omnis causa ducitur;[m] bellum grave et periculosum vestris vectigalibus atque sociis[n] a duobus potentissimis regibus[o] infertur, Mithridate et Tigrane; quorum alter relictus,[p] alter lacessitus,[q] occasionem sibi ad occupandam

[k] *Qui suo suffragio judicaverunt præmium dandum esse huic etiam eloquentiæ.*
[l] *Incipiat.* [m] *Incipit.* [n] *Tributariis.*

honoris mandandum Lamb. e conj. Tum in χ deest *ad* ante *agendum.*—7 Verba *et si quid auctor. . . . mihi dederunt* desunt in octo Oxonn. Mss., Pall. aliisque codd. et edd. omnibus ante Lamb. qui ea addidit e Ms. Fabrician. *Et* deleri vult Mannt. Mox pro *etiam* T ϟ χ 3 habent *in;* ς *etiam in;* χ *equidem.* —8 χ *consueverint.*—9 ψ *in re.*—10 H S ς et edd. vett. *Itaque.*

NOTÆ

[o] *Potentissimis regibus*] Reges illi sunt Mithridates et Tigranes. Primum in Lucullo Cicero post Alexandrum regum maximum nominavit. Nicomedem ille e Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit: alterum regem regum Plutarchus appellavit; qui tanta potentia vigebat, ut ab Asia Parthos arcens Græcas in ipsam Mediam civitates traduceret, et Syriæ et Palestinæ imperaret.

[p] *Alter relictus*] Mithridates, ingenti clade accepta, cum nihil propius esset, quam ut caperetur a Lucullo, relictus est. Causa fuit militum avaritia, qui fugientem insequi noluerunt, sed avide se projecerunt in thesauros, quos de industria effundi per vias jusserat, ut dum prædæ vacarent, ad Tigranem socerum suum confugiendi sibi tempus esset.

[q] *Alter lacessitus*] Tigranem Lucullus provocavit, cum tradere Mithridatem recusasset; et ita provocavit, ut Tigranocerta urbe ejus regia occupata, ingentes ejus copias parva manu bis profligaverit: quare rerum suarum desperatione coactus, relicto Mithridate, fugere in extremam Armeniam compulsus est.

Asiam[r] oblatam esse arbitratur.[12] Equitibus Romanis,[s] honestissimis viris, afferuntur ex Asia quotidie literæ, quorum magnæ res aguntur, in vestris[13] vectigalibus exercendis occupatæ;[o] qui ad me, pro necessitudine, quæ mihi est[14] cum illo ordine,[t] causam reipublicæ periculaque rerum suarum detulerunt: 5. Bithyniæ,[u] quæ nunc vestra[x] provincia[15] est,[y] vicos exustos esse complures; regnum Ariobarzanis,[z] quod finitimum est vestris vectigalibus, totum esse[16] in hostium potestate; Lucullum, magnis rebus

[o] *De quorum magnis opibus agitur, quæ collocatæ fuerunt in colligendis vestris tributis.*

Cap. ii. 11 *Hæc* non est in ϰ.—12 *Arbitrabantur* χ: *arbitrantur* C H S ψ. —13 ψ *nostris*.—14 In χ deest *est*. Mox *rerum suarum* in ϰ omittuntur.—15 Nonnullæ edd. vett. *nostra prov.* Ab edd. nonnullis abest *esse* ante *complures*.—16 C *totum est*. Mox, Schottus Nod. Cic. i. 6. legi voluit *potestatem*,

NOTÆ

[r] *Occupandam Asiam*] Provinciam illam ab annis 137. Cornelius Scipio Romano imperio adjunxerat, Antiocho rege debellato.

[s] *Equitibus Romanis*] Publicanos intelligit, qui ex genere equestri erant, ut ex testimonio Ciceronis patet in Oratione pro Postumo: 'Curius princeps equestris ordinis, fortissimus et maximus publicanus.' Conducebant autem illi quæstus sui causa publica vectigalia populi Romani a censoribus in foro, certa se obligantes pecunia, quam quæstoribus urbanis repræsentabant. Societatem illi conficiebant, cui qui præerat, magister societatis dicebatur; penes quem erat, quasi sociorum reliquorum senatum cogere, ad eos referre de societatis negotiis, curamque omnem tabularum et rationum suscipere, quæ undique ab aliis, qui publicanorum societati operam dabant, Romam mitterentur. Hic porro quendam habuit pro magistro in provincia, quasi sui muneris vicarium et societatis præfectum, ad quem alii literas darent.

[t] *Cum illo ordine*] Ex genere equestri Cicero fuit, quod ille consul, ut Plinius lib. xxxiii. scribit, senatui conciliando, et ex eo ordine ortum se prædicando, maxime stabilivit.

[u] *Bithyniæ*] Bithynia Asiæ Minoris est regio ad Pontum sita, Thraciæ adversa, et Troadi finitima.

[x] *Quæ nunc vestra*] Illius Bithyniæ rex fuit Nicomedes, a qua cum pulsus fuisset a Mithridate, in idem suum regnum a Sulla restitutus est. Sed demum ille paulo post moriens populum Romanum sui regni hæredem reliquit, quod a republica in provinciæ formam redactum est.

[y] *Provincia est*] Provincia sumitur quandoque pro regione, quam aut armis devictam, aut quocumque modo in potestatem adductam, ipse populi Romani imperator administravit.

[z] *Regnum Ariobarzanis*] Cappadociæ rex ille fuit pop. Rom. amicus, qui ter a Mithridate regno cedere coactus, a Lucullo bis et tertium, devictis Mithridate et Tigrane, in idem suum a Pompeio restitutus est.

gestis, ab eo bello discedere; huic qui successerit,[17] non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum; unum ab omnibus sociis et civibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti; eundem hunc unum ab hostibus metui, præterea[p] neminem.

6. Causa quæ sit, videtis: nunc, quid agendum sit, considerate. Primum mihi videtur de genere belli; deinde de magnitudine; tum de imperatore deligendo[18] esse dicendum. Genus est belli ejusmodi, quod maxime vestros animos excitare atque inflammare ad studium persequendi[19] debeat. [*p.* 5.] Agitur[q] enim populi Romani gloria, quæ vobis a majoribus, cum magna in rebus omnibus, tum summa in re militari[a] tradita est: agitur salus[20] sociorum atque amicorum, pro qua multa majores vestri[1] magna et gravia bella gesserunt: aguntur certissima populi Romani vectigalia[b] et maxima; quibus amissis, et pacis ornamenta,[c] et subsidia belli requiretis:[2] agun-

[p] *Præter hunc.* [q] *Agitur de salute.*

ut Ciceronem cap. 12. locutum esse, docuit Gellius Noct. Att. I. 7.—17 Mss. plerique et edd. ante Græv. cum Oliv. *succurrerit.* In χ *succurrerit nemo satis, &c.* Octav. Pantagathus omnem locum legi sic voluit, *huic qui succurrerit, non satis esse par.: ad tantum bellum administrandum unum ab omn. soc. et civ. Imp. dep. atque exp.* ut verba *ad id bellum* e gloss. inculcata putentur. Post *expeti* Grævius censet excidisse nomen, *Pompeium.*—18 χ et χ3 *eligendo.* Mox *Genus est ejus belli* Hittorp. tres Pariss. et Lall. *Genus est enim ejusm.* edd. vett. cum Oliv. *Genus est enim belli hujusmodi* Ms. ap. Græv.—19 Verba *ad stud. perseq.* desunt in Mss. plerisque et edd. ante Græv. cum Oliv. Lall. Tum Ern. e conj. cum Beck. Wetzel. Weiske et Schutz. dederunt *Agitur enim pop. Rom.* omnes aliæ edd. *in quo agitur pop. Rom.* Ven. 1483. Junt. omittunt verba *agitur pop. Rom. . . . tradita est.*—20 χ3 *et agitur salus:* ψ *igitur salus.*—1 χ et χ3 *nostri.*

NOTÆ

[a] *In re militari*] Ita Romanum imperium a Romulo ad Augustum usque Cæsarem gloria militari floruit, ut de eo ita loquatur Florus in Prologo Hist. 'Ita late per orbem terrarum arma circumtulit, ut qui res ejus legunt, non unius populi, sed generis humani facta discant:' et lib. IV. cap. 10. vel Parthorum testimonio victores gentium eos fama loquitur.

[b] *Certissima vectigalia*] Duo erant genera tributorum, unum certum, seu ordinarium, et stipendiarium, quod in caput, atque in solum impositum quotannis exigebatur. Qui porro hoc pendebant, tributarii seu stipendiarii nominati sunt. Aliud incertum sive extraordinarium, quod aut ex lege, aut senatusconsulto pro usu provinciæ vel imperii aliquando imperabatur, nec locare usquam nisi Romæ per censores licebat.

[c] *Pacis ornamenta*] Contra Rullum

tur bona multorum civium, quibus est a vobis et ipsorum et reipublicæ[d] causa consulendum.[3] III. 7. Et quoniam semper[4] appetentes gloriæ[e] præter ceteras gentes, atque avidi laudis fuistis, delenda vobis est illa macula,[s] Mithridatico bello superiore[f] suscepta;[t 5] quæ penitus jam insedit atque inveteravit[u 6] in populi Romani nomine: quod is, qui uno[7] die,[g] tota Asia, tot in civitatibus,[8] uno nuntio, atque una literarum significatione cives Romanos necandos trucidandosque denotavit, non modo adhuc pœnam nullam,[9] suo dignam scelere, suscepit,[x] sed ab illo tempore

[s] *Ignominiæ labes.* [t] *Contracta.*
[u] *Adhærescit.* [x] *Dedit.*

—2 Quædam edd. vett. *frustra requiretis.*—3 Mss. pleriqne et edd. vett. *a vobis et imperatoribus reip. consulendum:* C *a vobis et ab imperatoribus R. populi cons.* T, *u*, χ 3 *a vobis et ab imperatoribus reip. cons.* J. F. Gronovius Obss. IV. 14. et Jac. Gronovius scribi jusserunt, *a vobis et ab imperatoribus P. R. cons.* P. Manut. e conj. Hotomanni dedit, *a vobis et a moderatoribus reip. cons.*

CAP. III. 4 *Semper* non est in χ 3, nec *ceteras* in χ 1. In *u semper* ante *fuistis* additur. Mox χ omittit *vobis.*—5 Erf. *concepta.*—6 Pro *atque inveteravit,* Erf. Hittorp. Werd. habent *ac nimis invet.* unde Græv. conj. legend. *quod insedit animis atque inveteravit.* Pro *populi Romani* in C legitur *reip.*—7 C H S T, Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *una.*—8 C *tot civ.* omissa præpositione. Mox in Colon. deest *literarum,* prob. Gulielm.—9 χ, Barb. Ven. 1483.

NOTÆ

in senatu vectigalia subsidia belli, et ornamenta pacis appellat.

[d] *Et ipsorum et reipubl.* [*et ab imperatoribus reipubl.*] Non tam de iis qui ducebant exercitus Romanos hic loquitur, quam de iis, penes quos est reipub. administratio, quos etiam lib. II. de Nat. Deor. 'rectores et moderatores, et tanquam architectos tanti operis, tantique muneris' vocat.

[e] *Appetentes gloriæ*] Gloria militaris tanta fuit apud Romanos in commendatione, ut ab urbe fere condita ad usque interceptam a Gallis, id est, per annos circiter trecentos quinquaginta, nullo sumtu publico, sed sola gloriæ cupiditate stipendia fecerint.

[f] *Bello superiore*] Illud bellum suderius instauratum est a Quinto Pompeio et Lucio Sulla coss. nam initio illius belli Q. Oppius, sive proconsul, sive proprætor fuerit, in manus Mithridatis venit, a quo in vincula conjectus est. Ejusdem jussu Manius Attilius asino insidens Pergamum deductus est, ubi in os aurum liquefactum infundi per summam crudelitatem jussit.

[g] *Uno die, &c.*] Mithridates ad omnes urbium Asiæ præfectos literas dedit, quibus imperabat ut trigesimo ab acceptis literis die, omnes tum Romani, tum Itali, cum liberis et uxoribus trucidarentur, atque insepulti feris relinquerentur. Tanta fuit strages edita, ut uno die centum quinquaginta millia interfecta sint. De iis vide Appianum in libro qui Mithridaticus inscribitur, et Plutarchum in vita Sullæ.

annum jam[h] tertium et vicesimum regnat;[10] et ita regnat, ut se non Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere e patrio regno,[11] atque in vestris vectigalibus, hoc est, in Asiæ luce, versari. 8. Etenim adhuc ita vestri[12] cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia[y] victoriæ,[i] non victoriam reportarent.[13] Triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo[14] fortissimi viri, et summi imperatores; sed ita triumpharunt, ut ille pulsus superatusque[15] regnaret. Verumtamen illis imperatoribus[16] laus est tribuenda, quod egerunt;[z][17] venia danda, quod reliquerunt; propterea quod ab eo bello[18] Sullam in Italiam[k] respublica, Murenam Sulla revocavit. IV. 9. Mithridates autem omne reliquum tempus, non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit: qui posteaquam maximas ædificasset ornassetque classes; exercitusque permagnos, quibuscumque ex[19] gentibus[l] potu-

[y] *Decora.* [z] *De eo quod egerunt.*

Junt. *pœnam ullam.*—10 C *regit.* Mox Erf. *Ponti.*—11 C *e primo regno.* Dein χ omittit *est* post *hoc.*—12 T, χ 3, et edd. vett. *nostri.*—13 Al. *reportarint.*—14 Pro *duo* in *a duces* legitur. *Viri* post *fortissimi* non est in ullo Pall. deest quoque in octo Oxonn. Mss. et Barberin.—15 χ 3 *pulsus ab illisque sup.*—16 Pro *imperatoribus* C habet *in primis.*—17 Heumann. conj. *quod eum fregerunt.*—18 Pro *bello* in χ legitur *illo.* Voces *in Italiam* H omittit.

NOTÆ

[h] *Annum jam*] Totum bellum Mithridaticum per annos 40. gestum est, ut ex Floro lib. III. patet.

[i] *Insignia victoriæ*] Per insignia victoriæ triumphum intelligit, quem magnificentissimum duxit Lucullus; qualis antea nullus Romæ visus erat.

[k] *Sullam in Italiam*] Cum iterum Romæ seditiones a Cinna, Carbone, Sertorio, et Mario excitarentur, multique e primoribus reipublicæ trucidarentur, Sulla, facta pace cum Mithridate, Romam, ad motus illos comprimendos revertitur jussu senatus, relicto Murena, ut reliqua Asiæ negotia componeret. Sed pacis conditiones vix ille tenuit; nam ductus triumphi cupiditate, statim leves contra Mithridaticos, deinde graviores expeditiones suscepit. Sulla vero arbitratus indignum esse Romana fide non stare pacis conditionibus, Murenam ab Asia revocavit.

[l] *Quibuscumque ex gentibus*] Tam ingentem exercitum ex omnibus nationibus Mithridates comparavit, ut Romani peti se arbitrarentur; persuaserat sibi videlicet rex ille, a se Romanos frangi posse, si contra eos varios ex variis partibus hostes suscitaret.

isset, comparasset,[b] [20] et se Bosporanis,[m] finitimis suis,[c] bellum inferre simulasset;[1] usque in Hispaniam legatos[n] Ecbatanis[20] misit ad eos duces,[p] quibuscum[3] tum bellum gerebamus: ut, cum duobus in locis disjunctissimis[q] maximeque diversis, uno consilio,[r] a binis[4] hostium copiis bellum terra marique gereretur, vos ancipiti contentione districti,[5] de imperio dimicaretis.[d s] 10. Sed tamen alterius partis periculum, Sertorianæ atque[t] Hispaniensis,[6] quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompeii divino consilio ac singulari virtute depulsum est: in altera parte ita[7] res a L. Lucullo, summo viro, est administrata, ut initia[u] illa gestarum rerum magna atque præclara, non fe-

[b] *Collegisset.* [c] *Vicinis suis.* [d] *Veniretis in discrimen amittendi imperii.*

Cap. iv. 19 In H et S deest præpositio *ex.*—20 C *comparassent.* Voces *et se* Mss. nonnulli et edd. ante Grut. omittunt.—1 C χ, Barb. et Ven. 1480. *simularet.*—2 Pro vulg. *Ecbatanis* Fabric. Colon. Werd. et Erf. cum Matthiæ, Mœb. et Orell. habent *ac literas.* In C S ϰ ς ψ, Pith. et edd. pr. legitur *Electanis.* In χ 1 *Electariis:* H *eleptanis:* in Barb. *legatos electos.* In T et χ 3 *legatos misit,* omisso *Ecbatanis.*—3 χ *quibus.* In S deest *tum.*—4 *Ab imis* S: *ab uno* χ: *ab unis* C H T ϰ ς χ 3, ψ et edd. pleræque ante Lamb.—5 *Constricti* χ: *destricti* Erf. *distracti* C, χ 3, et Barb.—6 Schutz. et Matthiæ, e conj. Ma-

NOTÆ

[m] *Bosporanis*] Bosporani populi sunt, qui Bosporum Thracium incolunt, cui ab occasu Pontus finitimus est. His autem, cum Sulla in Italiam reversus esset, bellum intulit Mithridates, quibus devictis, Macharem filium suum regem dedit.

[n] *Legatos*] L. Mangium et L. Fannium indicat, qui a Mario ad Mithridatem confugerant, ut in tertia Verrina ait Cicero.

[o] *Ecbatanis*] Ecbatana caput erant Mediæ, quæ urbs ex Plinio lib. vi. a Seleuco condita est.

[p] *Ad eos duces*] Sertorium designat et alios duces, quos senatum ipse Sertorius appellabat.

[q] *In locis disjunctissimis*] In Asia cum Mithridate, in Hispania cum Sertorio bellum gerebat.

[r] *Uno consilio*] Consilio Mithridatis et Sertorii, qui inter se fœdus inierant, adeo ut facile sibi persuaderent, quod conjuratos simul et irruentes respublica non sustineret.

[s] *Dimicaretis*] Romani in discrimen totius imperii veniebant, deliberando vel de ducibus quos adversus tantos hostes mittendos judicarent, vel ancipites hærendo, an Mithridates vel Sertorius imperaret.

[t] *Sertorianæ atque*] Sertorius Marianas partes secutus, cum Cinna, Sulla redeunte, fugerat in Hispaniam, ubi cum Hispanos sibi devinxisset, multas clades exercitibus Romanis intulit: sed a Sulla proscriptus, a M. Antonio et M. Perpenna, aliisque conjuratis proditus, in convivio interfectus est A. U. 681. Ita Florus, Plutarchus, et Appianus.

[u] *Initia*] Lucullus consul cum Mi-

licitati ejus, sed virtuti; hæc autem extrema,[x] quæ nuper acciderunt, non culpæ, sed fortunæ tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, et ita dicam, Quirites, ut neque vera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa afficta[8] esse videatur. 11. De vestri[9] imperii dignitate atque gloria, quoniam is est exorsus orationis meæ,[e] videte,[10] quem vobis animum suscipiendum putetis. v. Majores vestri[11] sæpe, mercatoribus ac navicularis[y] injuriosius tractatis, bella gesserunt: vos tot civium Romanorum millibus uno nuntio atque uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? Legati quod[12] erant appellati superbius,[z] Corinthum patres vestri, totius Græciæ lumen, extinctum[13] esse voluerunt: vos eum regem inultum esse patiemini, qui legatum populi Romani[a] consularem,[14] vin-

[e] *Feci inde initium orationis meæ.*

nutii, verba *Sert. atque Hisp.* uncis includunt.—7 *Ita* non est in χ.—8 *Ac ficta* C H S ϑ ς Erf. Exc. Pith. et Ven. 1483. *aut ficta* Barb. *neque ficta* T, χ 3, et Ven. 1480. Dein *videantur* T et χ 3.—9 Mss. plerique et edd. vett. *sed pro vestri.* In ϑ *sed pro nostri.*—10 χ *meæ videre.*

Cap. v. 11 Mss. plerique et edd. vett. *nostri.* Dein *merc. aut navic.* C H ς χ ψ: *merc. atque nav.* S. In Mss. plerisque et edd. vett. cum Oliv. Lall. *naviculatoribus.*—12 In ϑ deest *quod.*—13 Libri vett. ap. Græv. *exstinctam.*—

NOTÆ

thridate congressus supra sexaginta hostium millia interfecit, ac regem usque in Armeniam fugavit.

[x] *Extrema*] Cum Lucullus reliquit Mithridatem, nec fugientem eum insecutus est, detrectantibus ducis imperium militibus: quod non culpa sua, sed fortunæ casu accidit, quæ vel præstantissimis ducibus non semper favit.

[y] *Navicularis* [*Naviculatoribus*] Naviculatores sunt qui per mare merces transvehunt.

[z] *Appellati superbius*] Corinthus urbs Achaiæ ad Isthmum sita est, Peloponnesum inter et Græciam, illis temporibus ditissima et potentissima, quæ a Leptine alter Græciæ oculus, et Athenæ alteræ appellata est. Hæc anno ab urbe condita 607. post bellum Punicum tertium, et ante bellum Numantinum, a Romanis, duce Mummio, eversa est. Causa fuit, Strabone teste, lib. III. quod Corinthii sordes e tectis in legatos pop. Rom. conjecerint: Livio et Asconio, quod pulsaverint eos et violaverint: Cicerone, quod eos superbius appellaverint. Id dicit fortasse ut factum imminuat, et invidiam augeat in Mithridatem, qui tam crudeliter in virum consularem desæviit. Tam sancta autem habebantur legatorum corpora, ut sagmina seu verbenas, quod herbæ sacræ genus est, gestarent, ne quis ea violare auderet.

[a] *Legatum pop. Rom.*] Legatus ille Manius Attilius fuit, qui et illius le-

culis ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necavit?[15] Illi libertatem civium Romanorum imminutam non tulerunt: vos vitam ereptam negligetis? [*p.* 6.] Jus legationis verbo violatum illi persecuti sunt: vos legatum, omni supplicio interfectum, relinquetis?[16] 12. Videte,[b] ne, ut illis pulcherrimum fuit, tantam vobis imperii gloriam relinquere;[17] sic vobis turpissimum sit, illud, quod accepistis,[18] tueri et conservare non posse.[19] Quid, quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur? Regno expulsus est Ariobarzanes,[c] rex,[20] socius[d] populi Romani atque amicus: imminent duo reges[e] toti[1] Asiæ, non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atque amicis: civitates autem[2] omnes, cuncta Asia atque Græcia, vestrum auxilium expectare,[3] propter periculi magnitudinem, coguntur: imperatorem a vobis certum[f] deposcere, cum præsertim vos alium[g] miseritis, neque au-

14 *Consularem* non est in χ.—15 C *necatum excruciavit.*—16 Vulg. *legatum populi Romani, omni supplicio interfectum, inultum relinq.* In novem Oxonn. Mss. Erf. Franc. 1. 2. Dresd. Barb. et edd. ante Ald. deest *populi Romani.* Deinde *inultum* abest a C T ϑ χ, χ 3, Barb. Pall. nonnullis et edd. pr. Itaque ea verba delevit Ern. quem Beck. Weiske, Schutz. et Orell. sequuntur.—17 Erf. et Ms. Lamb. *gloriam tradere.*—18 C H S, Barb. Erf. Dresd. Franc. 1. Lamb. Græv. Lall. Schutz. et Orell. *id quod accep.* Pronomen *illud* Beck. de Ernesti suspicione uncis inclusit.—19 Post *posse* ς addit *a necessario.* Mox pro *sociorum* C et ς habent *populorum.* Tum post *vocatur* Erf. addit, *quo tandem animo ferre debetis?* prob. Orell.—20 *Rex* Heumann. deleri vult.—1 In ψ *totius.*—2 *Autem* non est in ϑ.—3 ψ *spectare.* Quidam ap. Lamb. legi malunt *ex-*

NOTÆ

gationis, et belli hujus auctor fuerat. De ejus supplicio jam superius. Livius scribit Aquillium fuisse. Certe cum Cicero consularem eum appellet, crediderim eum esse M. Aquillium, qui C. Marii collega in sexto illius consulatu fuit, a quo servile bellum in Italia confectum est.

[b] *Videte*] Complexio seu conclusio argumentationis: igitur bellum suscipiendum est in Asia.

[c] *Ariobarzanes*] De quo jam in narratione.

[d] *Socius*] Tanto in honore habebatur iuita a populo Rom. cum exteris regibus et populis societas, ut bene meritis tantum de repub. concederetur. In signum autem societatis, aurea corona cum aurea patera, sella curuli, quam proximam imperatori Romano habere poterant, et scipione eburneo, toga picta et palmata, cum equitum turma, custodiæ causa, mittebatur.

[e] *Duo reges*] Mithridates et Tigranes.

[f] *Imperatorem certum*] Pompeium intelligit.

[g] *Alium*] Acilium Glabrionem.

dent,[h] neque id se[4] facere summo sine periculo posse arbitrantur. 13. Vident et sentiunt hoc idem, quod vos,[5] unum virum[i] esse, in quo summa[6] sint omnia, et eum prope[7] esse,[f] (quo etiam carent ægrius[g]) cujus adventu ipso atque nomine, tametsi ille ad maritimum bellum[8 k] venerit, tamen impetus[9] hostium repressos[l] esse intelligunt ac retardatos. Hi vos, quoniam libere loqui non licet,[m] tacite[10] rogant, ut se quoque, sicut ceterarum provinciarum socios, dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis: atque hoc[11] etiam magis, quam ceteros, quod ejusmodi in provinciam homines cum imperio mittimus,[12] ut, etiamsi ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differant.[n] Hunc audiebant antea, nunc præsentem vident, tanta temperantia, tanta mansuetudine, tanta humanitate,[h 13] ut ii beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissime commora-

[f] *Non abesse longe.*
[g] *Quem magis desiderant cum summa auctoritate.*
[h] Supple *præditum.*

petere.—4 Edd. ante Grut. cum Orell. *se id.* χ 3, et Ven. 1483. omittunt *se.* ς caret *summo.*—5 T, χ 3, et edd. vett. *quod et vos.* In χ *quod vos.*—6 In Ms. Hittorp. *summa* omittitur, prob. Gulielm. Pro *sint* in C H et χ 3, legitur *sunt.*—7 Erf. Hittorp. et Ms. Lamb. *propter.* Mox χ *carent egregium.*—8 Pro *maritimum bellum* χ 3 habet *marinum montem;* Barb. *Amanum bellum;* Ven. 1480. *Amanum montem.* Tum C *invenerit.* In χ 3 deest *tamen.*—9 χ *impetum.* Mox *atque retard.* Barb. Ven. 1480. 1483. Junt.—10 Heumann. vult *taciti.* Mox C *certarum prov.*—11 H T et χ 3, *atque hunc.* Grut. Heumann. Beck. censebant verba *quam ceteros* spuria esse; itaque ea deleverunt Weiske et Schutz. In Erf. Colon. Werd. legitur *quod ceteros ejusmodi in provincias.* In C T ϐ χ 1, χ 3, Barb. Ven. 1480. et 1483. deest *quod.* Matthiæ et Mœbius e conj. Weiskii dederunt *quod ejusm. hom. in prov.*—12 Nonnullæ edd. vett. *mi-*

NOTÆ

[h] *Neque audent*] Veriti ne quid populum Rom. offendant.

[i] *Unum virum*] Indicat quod ab omnibus Pompeius imperator expetatur.

[k] *Ad maritimum bellum*] Ingens piratarum multitudo effusa per mare commercium omne prohibebat: lege Gabinia missus est contra eos Pompeius, quos omnes trigesimo post bellum susceptum die, toto mari persecutus, ne una quidem ex suis navibus amissa, expulit. De hoc bello Plutarchus in vita Pompeii.

[l] *Repressos*] Hostes in Asia metu Pompeii repressi sunt.

[m] *Libere loqui non licet*] Propter metum proconsulis Acilii.

[n] *Hostili expugnatione differant*] Avaritiam carpit aliorum, qui missi sunt, quia non tam provinciam illam defenderunt, quam exspoliarunt.

tur.[14] VI. 14. Quare, si[15] propter socios, nulla ipsi injuria lacessiti, majores vestri[16] cum Antiocho,[o] cum Philippo,[p] cum Ætolis, cum Pœnis[q] bella gesserunt; quanto vos[r] studio convenit, injuriis provocatos, sociorum salutem una cum imperii vestri dignitate defendere; præsertim cum de vestris maximis vectigalibus agatur?[17] nam ceterarum provinciarum vectigalia, Quirites, tanta sunt,[s] ut iis ad ipsas provincias tutandas[18] vix contenti esse possimus: Asia vero tam opima est et fertilis,[19] ut et ubertate agrorum,[s] et varietate fructuum, et magnitudine pastionis, et multitudine earum[20] rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. Itaque hæc vobis pro-

[s] *Tam exigua sunt.*

simus.—13 C *humilitate.*—14 Edd. vett. quædam *commoraretur:* Lamb. Weiske et Schutz. *commoretur,* ut volebat Ern.

Cap. VI. 15 In χ *Quirites si.*—16 Grævius e Werd. Pal. Franc. 1. et Erf. dedit *majores nostri.* Verba *cum Philippo* desunt in cdd. vett. quibusdam.—17 Lamb. *cum vestra maxima vectigalia agantur.* Tum loco *provinciarum* in χ legitur *civitatum.*—18 ψ *prov. tuendas.* Mox C ς χ 3 *possumus.*—19 Græv. et al. *ac fertilis.*—20 Pro *et multitudine earum* H exhibet *multitudine,* et χ 3 *mag-*

NOTÆ

[o] *Cum Antiocho*] Cum Antiochus rex Syriæ fecisset societatem cum Ætolis, quibuscum fœderatas Græciæ civitates bello persequebatur, et maxime Lysimachiam urbem, quam repetebat; populus Rom. contra eos Glabrionem misit; unde tertium bellum Punicum ortum duxit.

[p] *Cum Philippo*] Philippus ille Macedoniæ rex fuit, non quidem Alexandri pater, sed alter, qui multo post regnavit. Causa belli fuit, quod Athenienses socios obsideret.

[q] *Cum Pœnis*] Cum Pœni Messanam, civitatem fœderatam, facta cum Hierone Syracusarum tyranno societate, oppugnarent, eis, Appio Claudio duce, bellum a Romanis illatum est. Observabis autem quod hic ordo temporum a Cicerone non servetur; 1. enim bellum gestum fuit cum Pœnis; 2. cum Philippo; 3. cum Antiocho.

[r] *Quanto vos*] Complexio hujus secundæ partis, cum transitione ad tertiam.

[s] *Ubertate agrorum*] Tria sunt vectigalium genera, ex quibus magnas opes colligebant Romani. Primum decumæ, sive decimæ: exigebantur autem illæ ab civibus Romanis, vel Latini nominis sociis, qui in Italia, aut extra Italiam publicum agrum arabant, cum eo, ut frumenti decumas solverent. Illæ vero potissimum colligebantur ex frumento, vino, oleo, et frugibus minutis. Secundum, scriptura; et erat illud vectigal quod pendebatur ab iis qui sylvis et pascuis publicis fruebantur: inde autem pecunia vectigal illud dictum est, quod de certo ære publicanus conveniret cum pastore, illudque describeret. Tertium vectigal, portoria. Pecuniæ erant, quæ portitoribus pendebantur, id est, iis qui mercedes ex mercibus

vincia, Quirites, si et belli utilitatem et pacis dignitatem sustinere[1] vultis, non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defendenda. 15. Nam ceteris in rebus,[2] cum venit calamitas, tum detrimentum acciptur: at in vectigalibus[3] non solum adventus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem: nam cum hostium copiæ non longe absunt, etiamsi irruptio facta nulla sit,[4] tamen pecora[5] relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit. Ita neque[6] ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura[t] vectigal conservari potest: quare sæpe totius[7] anni fructus uno rumore periculi, atque[8] uno belli terrore, amittitur. 16. Quo tandem animo[9] esse existimatis aut eos qui vectigalia nobis[10] pensitant,[t] aut eos qui exercent atque exigunt, cum duo reges cum maximis copiis prope[11] adsint? cum una excursio equitatus[12] perbrevi tempore totius anni vectigal auferre possit? cum publicani familias maximas,[13] quas in salinis[14] habent,[u]

[t] *Qui solvunt.*

nitudine earum. Tum *exportentur* H χ ψ, suprascr. *asportantur.*—1 Græv. e Werd. cum Lall. recepit *si ad belli util. . . . retinere.* In Ms. Hittorp. *si et belli util. . . . retinere:* Dresd. *etsi belti util. . . . retinere.* Pro *vultis* χ 3, Ven. 1480. et 1483. habent *velitis.*—2 Vet. Schol. Ven. 1483. Junt. Lamb. *in cet. rebus.*—3 C *ac in vect.*—4 *Irruptio nulla facta sit* Ven. 1483. Junt. *nulla irr. facta sit* Lamb.—5 Servius ad Virgil. Georg. III. 64. dat *pecua*, prob. Garaton. Tum C *relinquantur.*—6 H S ψ *Itaque neque.* Mox pro *scriptura* in H et S legitur *cultura;* in ψ *sculptura.*—7 ς *Quare fere totius.*—8 χ 3 omittit *atque.* Dein in eodem Ms. legitur *terrori.*—9 Ms. Hittorp. *Quo tandem igitur animo.* —10 C H S ϐ, χ 3, non habent *nobis.* In T, χ 1, Ven. 1483. Junt. Cam. Hervag. Cam. *vobis.*—11 Loco *prope* Erf. et Hittorp. habent *propter.* Tum C H S χ, Franc. Dresd. *absunt:* Ursini Ms. *absint*, prob. Weiske.—12 χ *equitum.* Dein χ et χ 3 *pro brevi tempore.* Porro ϐ *vectigalia.*—13 In T deest *maximas.*—14 Omnes Mss. *salinis;* et sic vulg. Hotomannus *salictis* aut *saltibus* legi

NOTÆ

in portum devehendis exigebant.

[t] *Ex scriptura*] Qui pascua publica locabant, pecuarii; eorumque rationes scripturæ dicebantur: unde scripturarius ager.

[u] *In salinis habent*] Multi dubitant de hac voce *salinis:* nam certum est quod ab Anco Martio, ut Plinius refert lib. XXXI. c. 7. salinæ Romæ institutæ fuerint. Sed illud vectigal, ejectis regibus, senatusconsulto sublatum est, quod tandem Romæ iterum censor Marcus Livius retulit, qui ob id Salinator dictus est. Certe nusquam legitur in Asia, aut ulla alia provincia impositum esse: adde quod Cicero de tribus tantum tributorum generibus loquitur, de salinis nusquam. Itaque mallem sicut in multis codicibus legi *salictis:* cum salicta ad pascua possent pertinere, quæ plerumque salicibus consita sunt.

quas in agris, quas in portubus atque custodiis,[15] magno periculo se habere arbitrentur? [*p.* 7.] Putatisne vos illis rebus frui posse,[u] nisi eos, qui vobis fructuosi sunt,[16] conservaveritis,[x] non solum (ut antea dixi) calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos?[17] VII. 17. Ac ne illud quidem[18] vobis negligendum est, quod mihi ego extremum proposueram,[19] cum essem de belli genere dicturus, quod ad multorum bona civium Romanorum pertinet; quorum vobis, pro vestra sapientia, Quirites, habenda est ratio diligenter. Nam et publicani, homines et honestissimi et ornatissimi, suas rationes[y] et copias in illam provinciam contulerunt;[z] quorum ipsorum per se res et fortunæ curæ vobis esse debent. Etenim si vectigalia nervos esse reipublicæ semper duximus;[y][20] eum certe ordinem, qui exercet[z] illa, firmamentum ceterorum ordinum recte esse dicemus. 18. Deinde ceteris ex ordinibus homines gnavi[1] et industrii[a] partim ipsi in Asia negotiantur, quibus vos absentibus consulere debetis; partim suas et suorum[2] in ea provincia pecunias magnas collocatas habent.[3] Erit

[u] *Fructum capere.*
[x] *Qui detulerunt fortunas et pecunias.*
[y] *Existimavimus.*
[z] *Colligit.*
[a] *Diligentes et laboriosi.*

jussit: unde *saltibus* dederunt Schutz. Matthiæ, Mœb. et ea lectio placuit Lipsio de Magn. Rom. l. II. Gronovio Obss. III. 20. Burmanno de Vectig. P. R. p. 14. Ernesto, Lallemando, Weiske. Aldus jun. edidit *salictis:* Lamb. *silvis,* et sic Turnebus Adv. I. 5. Vid. Not. Delph.—15 χ *custodibus.*—16 Erf. Fabric. Lamb. Græv. Lall. *fructui sunt.* Tum *conservaretis* Mss. plerique et edd. paucæ: *conservaritis* Græv. tacite.—17 C *calamitates formid. liberandos.* In χ *liberato.*

CAP. VII. 18 In C deest *quidem.*—19 χ 3 *posueram.*—20 C H T ϛ χ, χ 3, ψ *diximus.* Mox *illa* non est in H, nec *recte* in χ. Tum in Dresd. legitur *esse diximus.*—1 ψ *graves.* In Mss. et edd. ante Lamb. omittunt *ipsi.*—2 Pro

NOTÆ

[x] *Conservaveritis*] Argumentationis brevis conclusio cum adhortatione ad eos conservandos.

[y] *Suas rationes*] Id est, tanti vectigalia conducunt, ut omnes eorum fortunæ in vectigalibus collocatæ sint; non enim intelligit literas et tabulas rationum, cum omnes essent Romæ, quo ad magistrum societatis mittebantur.

[z] *Collocatas habent*] Cives quamplurimi suas fortunas collocatas habebant in ratione negotiatorum, quibus male cederent, si res suæ a negotiatoribus amitterentur. Scribit Plutarchus in Lucullo infinitam in Asia

igitur humanitatis vestræ, magnum eorum civium [a] numerum [b] calamitate prohibere; [c] [3] sapientiæ, videre, multorum civium calamitatem a republica [d] sejunctam esse non posse. Etenim [4] illud primum parvi refert, vos publicanis amissa [5] vectigalia postea victoria recuperare. Neque enim iisdem [6] redimendi facultas [b] erit, propter calamitatem, neque aliis voluntas, propter timorem. 19. Deinde, quod nos [7] eadem Asia, atque idem iste Mithridates initio belli [c] Asiatici docuit; id quidem certe [8] calamitate docti memoria retinere debemus: nam tum, cum in Asia res magnas [9] permulti amiserant, scimus, Romæ, solutione impedita, [d] fidem concidisse. [e] Non enim possunt una in civitate multi rem [f] atque fortunas amittere, ut non [g] plures secum in eandem calamitatem [10] trahant. A quo periculo

[b] *Multitudinem.* [c] *Liberare.* [d] *A calamitate reipub.*
[e] *Periisse.* [f] *Divitias.* [g] *Quin.*

partim suas et suorum Erf. Barb. et novem Oxonn. Mss. item edd. pr. cum Beck. et Orell. habent *partim eorum.* Mox *collatas* Barb. novem Oxonn. Mss. et edd. pr.—3 χ *providere.* In Dresd. *sapientiæ vestræ, videre.*—4 Hotom. conj. *Nec enim* legend.—5 Mss. plerique et edd. ante Hervag. *amissis.* Loco *postea* Heumann. mavult *posse.* In ϑ deest *victoria.*—6 ς *Ne iisd.* C H S T ϑ χ ψ *Neque iisd.* Dein *redimendis* C, Dresd. Erf. Barb. et Ven. 1480.—7 H *quod vos.*—8 Octo Oxonn. Mss. et multæ edd. vett. legunt *id quod certe.* In ed. Junt. deest *quod.*—9 C *res multas.* Dein *amiserunt* C H S T ς ϑ, et edd. vett. cum Oliv. et Lall.—10 *In eandem secum cal.* χ 3: *in eam iidem cal.* ψ.—

NOTÆ

publicanorum ac negotiatorum multitudinem fuisse, qui misere provinciam illam vexarunt, eosque, excepto senatorio, ex omni ordinum genere, sed potissimum equestri fuisse: ex eo enim decumani, aratores, publicani, pascuarii, aliique quamplurimi extitere.

[a] *Civium*] Qui etiam Romæ degebant, suas rationes cum iisdem negotiatoribus communicatas habebant.

[b] *Redimendi facultas*] Publicani dicuntur redimere vectigalia, cum ex pacto certæ pecuniæ ea a censoribus conducunt, quæ postea suo, vel bono, vel incommodo sunt exacturi.. Redimere enim et conducere idem sunt.

[c] *Initio belli*] Tempus illud intelligit, quo Mithridates per summam crudelitatem, annis ante viginti tribus, tot civium Romanorum millia trucidavit. Vide § 7. not.

[d] *Solutione impedita*] Cum illi publicani, qui occisi sunt in Asia, solvere non potuissent suis creditoribus, etiam vicissim accidit ut illi Romæ, quibus pecuniam debebant, facere satis non potuerint: et ita fides periit, quæ nihil est aliud quam dictorum conventorumque constantia, et veritas: quam Cicero de Off. lib. II. ait maxime in solutione rerum creditarum consistere.

prohibete rempublicam, et mihi credite, (id quod ipsi videtis)[11] hæc fides, atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro versatur,[12] [e] implicita est cum illis pecuniis Asiaticis, et cohæret. Ruere illa non possunt, ut [h] hæc non eodem labefactata[13] motu concidant. Quare videte,[f] num dubitandum vobis sit, omni studio ad id bellum incumbere,[i] in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunæ plurimorum civium cum republica defendantur.[14]

VIII. 20. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine[15] pauca dicam. Potest enim hoc dici: belli genus esse ita necessarium, ut sit gerendum; non esse[16] ita magnum, ut sit pertimescendum. In quo maxime laborandum est, ne forte a vobis,[17] quæ diligentissime providenda sunt, contemnenda esse videantur. Atque, ut omnes intelligant, me L. Lucullo tantum impertire [k] [18] laudis, quantum forti viro, et sapientissimo[19] homini, et magno imperatori debeatur; dico, ejus adventu maximas Mithridatis[20] copias [g] omnibus rebus ornatas atque instructas fuisse;[1] urbemque

[h] *Quin.*
[i] *Applicare totos animos vestros.*
[k] *Tribuere.*

11 χ 3 *id quod vid.* omisso *ipsi.* In C ʒ χ deest *hæc* ante *ratio.*—12 H et S *versantur.*—13 C et T *labefacta.* In χ *labefactata motu non conc.*—14 *Cum rep. defenduntur* vulg. *cum rep. defendantur* receperunt Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. e Werd. Hittorp. et Erf. in quibus legitur *cum rep. conjunctæ defendantur.*

CAP. VIII. 15 C H S T ς χ et χ 3 *de magn. belli.*—16 C *nec esse.*—17 Lamb. e conj. Hotomanni *forte vobis:* Schutz. e Pal. 2. *fortean vobis:* Matthiæ, Mœb. et Orell. e conj. Buttmanni *forte ea vobis.* Tum in edd. nonnullis legitur *providenda sint.* Porro Ern. conj. *contemta esse,* ut Heumann. legi vult.—18 S T ς ʒ, Naug. Græv. Oliv. Lall. *impertiri.*—19 Pro *sapientissimo* in C legitur *sapienti summo.* Lambinus maluit *quantum fortissimo viro et sapientiss. hom.* Græv. e Colon. et Erf. cum Schutz. recepit, *quantum forti viro, sapienti hom.*—20 Beck. et Schutz. e Werd. dederunt *Mithridati.*—1 *Instr. fuisse deletas* T ς: *instr. fuisse delatas* χ: *instr., deletas esse* Junt. Vict. R. Steph. P. Manut. et Lamb. In H S ʒ χ, Pall. Grut. Erf. Dresd. Barb. P. Franc. Pall. et edd.

NOTÆ

[e] *In foro versatur*] Qui argentariam exercebant, suas circa forum tabernas habebant.

[f] *Quare videte*] Conclusio generalis primæ propositionis de genere belli per brevem argumentorum repetitionem.

[g] *Maximas Mithridatis copias*] Habuit ille rex in armis peditum centum viginti millia, equitum decem et sex millia. Ita Plutarchus.

Asiæ clarissimam, nobisque[2] amicissimam, Cyzicenorum,[h] obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine,[3] et oppugnatam vehementissime; quam L. Lucullus virtute,[l] assiduitate,[m] consilio, summis obsidionis periculis liberavit:[4] 21. ab eodem imperatore classem magnam[i] et ornatam, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflammato[n] [5] raperetur, superatam esse atque depressam; magnas hostium præterea copias multis præliis esse deletas,[6] [k] patefactumque nostris legionibus esse Pontum,[l] qui ante populo Romano ex omni aditu clausus esset; Sinopen[m]

[l] *Magnitudine animi.* [m] *Perseverantia.* [n] *Odio maximo.*

vett. legitur *orn. atque instructas, urbemque.* Orell. uncis inclusit verbum *fuisse*, pro quo Heumann. conj. *fugisse* legend. Vulg. ut Ern.—2 C ϰ χ *vobisque:* H *atque:* S *nobis atque:* χ 3 *nobis.* Pro *amicissimam* in C *amantissimam.* Dein *Ciziceniorum* C: *Zizetenorum* χ: *Cincinorum* ψ. *Esse* post *obsessam* omittunt ϰ ς et Heumann.—3 Lamb. Grut. et Verburg. *magna mult.*—4 P. Manut. C. et R. Steph. Lamb. Heumann. *veh., L. Luculli . . . periculis liberatam.* Pro *obsidionis* in C et χ *obsidionibus.* In χ quoque *periculisque.*—5 *Inflammante* ϰ: *inflammata* Erf. Werd. et Orell. In Colon. et Hittorp. *studio atque odio inflammata.* Tum Barb. *rapiebatur.* Mox ς *deprehensam.*—6 χ *multis periculis esse delatas.* Mox H S ς *vestris leg.* Pro *Pontum* in χ *potitum*, et pro *populo Rom.* in C. *pyrratis.* Verba *ex omni aditu* in H desunt. Denique

NOTÆ

[h] *Cyzicenorum*] Cyzicum, urbs Asiæ nobilissima, terra marique obsessa fuit a Mithridate cum variis machinamentis, tum lignea turri centum cubitorum altitudinis; sed omni commeatu a Lucullo interclusus, recedere ab obsidione coactus est.

[i] *Classem magnam*] Classem habuit quinquaginta navium, ut volunt alii; alii quadraginta, quam ad Lemnum Lucullus superavit. Ei præfuisse Varum Sertorii legatum Appianus, Plutarchus Marium scribit, cum Alexandro, Paphlagonio, et Dionysio eunucho, quos ei comites Mithridates adjunxerat: neuter tamen illorum auctorum in Italiam missam esse ait.

[k] *Multis præliis esse deletas*] In pugna ad Rhyndacum fluvium, multis hostium trucidatis, sex equitum, quindecim virorum millia cepit. In altera pugna ad Granicum flumen, captis plurimis, viginti hostium millia occidit. In tertia pugna navali multi barbari ceciderunt, et inter captivos Marius, qui missus fuerat a Sertorio, captus est, et postea necatus.

[l] *Patefactum Pontum*] Cum se in fugam rex dedisset, in Pontum ingressus est Lucullus, ubi, paucis exceptis, omnes urbes sibi subjecit.

[m] *Sinopen*] Sinope urbs est ad Pontum Euxinum sita, quæ Romanis primum obstitit; sed cum ad angustias redacta esset, cives, navibus majoribus incensis, in leviores conscenderunt, ut fuga saluti consulerent; sed captam tandem Lucullus liberam ci-

atque Amisum,[7 n] (quibus in oppidis erant domicilia regis, omnibus rebus ornata atque referta[8]) [*p.* 8.] ceterasque urbes Ponti et Cappadociæ[9 o] permultas, uno aditu atque adventu esse captas; regem, spoliatum, regno patrio atque avito,[p] ad alios se reges[q] atque alias gentes[10] supplicem contulisse; atque hæc omnia, salvis populi Romani[r] sociis, atque integris vectigalibus, esse gesta. Satis opinor hoc esse laudis; atque ita, Quirites, ut hoc vos[11] intelligatis, a nullo istorum, qui huic obtrectant[s] legi[12] atque causæ, L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum. IX. 22.

H S χψ et Lamb. legunt *clausus erat.*—7 C H T ϐ χ *Amistum:* S *Amuscium.*—8 *Ornatas et refertas* χ, Erf. Bruil. Pal. 2. *ornatas atque refertas* Ven. 1483. Lamb. In H et S *ornatas.* Tum *refecta* C; et *refectas* H S.—9 C et T *Capadociæ.* Dein *uno aditu adventu* C: *uno aditu adventuque* H S: *uno adventu* T ϐ et χ 3. *uno auditu adventuque* Ven. 1483. *uno audito adventu* ed. vet. ap. Garaton. Pro *captas* C ς, Erf. Werd. Dresd. Franc. 1. 2. Pall. et edd. nonnullæ vett. *clausas.*—10 C H S T χ, χ 3, Dresd. Franc. 1. 2. Pariss. Ven. 1480. 1483. Junt. Græv. Lall. Beck. et Orell. *atque ad alias gentes.*—11 C H S T χ, χ 3, ψ, et edd. vett. *atque ita reputo, ut hoc vos.* Pro *reputo* in Ms. Memmian. *R. P.* unde Puteanus maluit *atque ita repeto.* Etiam in Pal. 1. et 6. est *r. p.* sed in sexto *ita* omittitur. ς et Pal. 5. habent *atque ita reipublicæ.* Matthiæ et Mœb. e conj. Heumanni dederunt *atque ita fore puto.*—12 Edd. nonnullæ *obstant legi.* Pro *causæ*, quod in χ deest, ϐ habet *cavere.*

NOTÆ

vitatem fecit, quod per somnum, dum illam obsideret, visus est ab Antigono vocari, qui comes olim Herculis contra Amazonas hanc sibi delegerat.

n *Amisum*] Amisum oppidum in confinio Paphlagoniæ et Cappadociæ, distans a Sinope 130 m. passus. Prima hac urbe devicta, ad istam castra posuit, qua statim, fugientibus civibus, potitus est. Hanc tamen suis legibus Lucullus vivere permisit, quia olim colonia ab Atheniensibus condita fuerat.

o *Cappadociæ*] Cappadociam, pulso Nicomede, Mithridates occupavit.

p *Regno patrio atque avito*] Mithridates primum fuit ortus e regio Persarum sanguine, qui cum paucis equitibus fugiens Antigonum Syriæ regem, a quo morti fuerat destinatus, venit in Cappadociam, ubi locum sibi munivit: ad eum multis convenientibus, Cappadociam tandem et finitimas Ponto nationes occupavit, et amplissimum liberis suis imperium reliquit, quod ad hunc Mithridatem, qui ab primo sextus fuit, conservarunt.

q *Ad alios reges*] Ad Tigranem generum suum; et eo victo, ad regem Parthorum, ad quem legatos misit auxilia petiturus, profugit.

r *Salvis populi Rom.*] Multis regibus et populis pecuniam conferentibus Lucullo, nulla ex ærario publico sumta, sua, ut Plutarchus refert, bellum gerebat.

s *Qui obtrectant*] Perstringit Q. Hortensium et Q. Catulum, qui hanc legem dissuadent, quam Manilius de mittendo Pompeio tulit.

Requiretur fortasse nunc, quemadmodum, cum hæc ita sint, reliquum possit[13] esse magnum bellum. Cognoscite, Quirites: non enim hoc[14] sine causa quæri videtur. Primum[15] ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa[t] quondam profugisse dicitur; quam prædicant in fuga, fratris sui membra in iis locis,[16] qua[o] se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa,[17] mœrorque patrius, celeritatem persequendi retardaret. Sic Mithridates[u] fugiens, maximam vim[18] auri atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium, quas et a majoribus[19] acceperat, et ipse bello superiore, ex tota Asia direptas, in suum regnum congesserat, in Ponto omnem reliquit.[20] Hæc dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse e manibus effugit: ita illum in persequendi[1] studio mœror, hos lætitia retardavit. 23. Hunc in illo timore et fuga[2] Tigranes, rex Armenius, excepit,[3] diffidentemque rebus suis confirmavit, et[4] afflictum erexit, perditumque recreavit: cujus in regnum posteaquam L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorem nostrum concitatæ sunt. Erat enim metus injectus iis nationibus,[5] quas nunquam populus Romanus neque laces-

[o] *Per quæ loca.*

CAP. IX. 13 C *posse.*—14 In Mss. plerisque et edd. ante Grut. abest *hoc.*—15 C *Primo,* et mox *perfugit.*—16 C S T *in his locis.* Dein *prosequeretur* T: *prosequebatur* χ.—17 *Dispersorum* dederunt Schutz. et Matthiæ, e conj. Goerenzii ad Fin. III. 4. Mox *prosequendi* ϟ ς χ 3.—18 Lamb. *maximamque vim.*—19 S et Lamb. *quas a maj.* Tum *et ipso bello* C H S, Dresd. Franc.—20 χ *omne reliq.* Paulo post, ς *vestri colligunt.*—1 C et T *prosequendi.*—2 Erf. *tempore et fuga,* prob. Gulielm. Alii maluerunt, *timore ex fuga.*—3 Oliv. et Lall. *recepit.*—4 *Et* ante *afflictum* non est in ς.—5 C et

NOTÆ

[t] *Medea illa*] Medea Ætam patrem Colchorum regem ob proditionem, et raptum vellus aureum, fugiens, ut ejus iram devitaret, Absyrti fratris, quem fugæ socium habebat, discerptum corpus et divulsa membra adventanti patri objecit, ejus persequendi celeritatem, filii luctu, ac lacerati corporis aspectu retardans. Vide Ovid. Trist. III. 9.

[u] *Sic Mithridates*] Similitudo: nam sicut Medea patrem, sic Mithridates Lucullum retardavit, dum thesauros ejus exercitui diripiendos objecit post cladem ad Cyzicum, ubi tanta hominum pecorumque strages facta est, ut Granicus et Asopus amnes cruenti sanguine fluxerint.

sendas bello, neque tentandas putavit. Erat etiam [6] alia gravis atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbararum pervaserat,[7] fani locupletissimi [x] et religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrum exercitum [8] esse adductum. Ita nationes multæ atque magnæ novo quodam terrore [9] ac metu concitabantur. Noster autem exercitus, etsi urbem [y] ex Tigranis regno ceperat, et præliis usus erat secundis, tamen nimia longinquitate [z] locorum ac desiderio [10] suorum commovebatur. 24. Hic jam plura non dicam; fuit enim illud extremum, ut ex iis locis [11] a militibus nostris reditus magis maturus, quam processio longior quæreretur. Mithridates autem et suam manum jam confirmarat,[12] et eorum, qui se ex ejus regno college-

S *in his nat.*—6 ς *Erat enim.*—7 *Evaserat* C υ: *persuaserat* χ. Verba *et religiosissimi* in υ omittuntur.—8 ς *vestrum exerc.* Pro *adductum* C T υ, χ 3 habent *advectum*, et ς *adventum.*—9 Schutz. recepit *errore*, e conj. Goerenzii ad Fin. I. 5.—10 C *loc. et desid.*—11 *Locis* abest ab ς et χ 3. Mox *a militibus vestris* habet χ, in quo Ms. deest *maturus.* Tum in S ψ et edd. vett. legitur *processus.* Pro *longior* ψ habet *largior.* Denique χ *quæretur.*—12 Dresd. *et suam manum confirmavit, &c.* Hittorp. *et suam manum jam confirmarat eorum opera qui ad eum ex ipsius regno concesserant:* Franc. I. *et suam manum confirmaverat jam, &c.* Græv. maluit, *suum animum conf.* probb. Heumanno

NOTÆ

[x] *Fani locupletissimi*] Fanum Cumanum significat, quod a Murena spoliatum est, suadente quodam Archelao, qui a Mithridate defecerat: de quo Appianus in Mithrid. Quid sit fanum, dictum est in Div. § 11. not.

[y] *Urbem*] Tigranocertam intelligit, quam Tigranes condidit, et suo nomine appellavit. Ejus muros quinquaginta cubitis altos fecit, in quam totius sui regni ditissimi quique, ut regi gratificarentur, suos thesauros deportaverunt. In hac, inquit Plutarchus, præter multas opes, talentorum octo millia Lucullus reperit. Ad hanc urbem Mithridatis et Tigranis copias, in quibus erant ducenta quinquaginta peditum, et equitum quinquaginta millia, Lucullus parvo suorum numero superavit. Post hanc cladem duo illi reges alium pararunt exercitum, in quo septuaginta peditum millia, et equitum triginta quinque numerabantur. Hunc iterum Lucullus profligavit. Quare Tigranes in Armeniam interiorem, Mithridates in Pontum fugit.

[z] *Longinquitate*] Occultat hic Luculli turpitudinem, qui hostem fugientem reliquit, et factum ejus excusat longinquitate locorum, aut potius seditione militum. Nam Valerianæ legiones detrectarunt imperia, quod sua stipendia implevissent. Plutarchus ait Luculli superbia et avaritia offensos fuisse milites, qui ad defectionem a Publ. Clodio solicitati sunt.

rant,[p] et magnis adventitiis[a] multorum regum et nationum[b] copiis juvabatur.[13] Hoc jam fere sic fieri[14] solere accepimus, ut regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad misericordiam, maximeque[15] eorum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno; quod regale[16] iis nomen magnum et sanctum[c] esse videatur. 25. Itaque tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam est ausus optare. Nam cum se in regnum recepisset suum,[17] non fuit eo contentus, quod ei præter spem acciderat, ut illam, posteaquam[18] pulsus erat, terram unquam[19] attingeret; sed in exercitum vestrum,[20][d] clarum atque victorem, impetum fecit. Sinite[e] hoc loco, Quirites, (sicut poëtæ[f] solent, qui res Romanas[1] scribunt,) præterire me nostram calamitatem; quæ tanta fuit, ut eam ad aures L. Luculli non ex prælio nuntius,[g] sed ex sermone rumor,

[p] *Congregaverant.*

et Ernesto.—13 Fabric. Werd. Erf. Hittorp. et Græv. *et magnis adventitiis auxiliis mult. regum et nationum juvabatur.* C H S T ϱ ς χ ψ, Dresd. Franc. 1. 2. sex Pall. et edd. pr. nec *auxiliis* nec *copiis* habent. Beck. vocem *copiis* uucis inclusit. Lallem. edidit, *et magnis auxiliis mult. regum et nat. juv.* Orell. conj. *magnis adventitiis adjumentis mult. reg. et nationum copiis juvabatur.*——14 C *fere sicut fieri.* Mox, pro *regum*, quod ϱ omittit, χ habet *regnum.* —15 ς *maxime.* Paulo post, C *autem reges.* In χ deest *sunt.*—16 *Aut reg.* edd. pr. *ut reg.* Franc. 1. Dresd. Pall. et novem Mss. Oxonn. Tum *his nom.* Mss. pauci et edd. vett. cum Beck. et Schutz.—17 Ven. 1483. Junt. Lamb. *in regnum suum recep.*—18 ς χ ψ *postea qua.*—19 Pro *unquam*, quod in χ deest, ς exhibet *non.*—20 C H S ϱ ς χ et Lamb. *exerc. nostrum.*—1 Pro *Romanas* in ϱ

NOTÆ

[a] *Adventitiis*] Mithridates novum in Ponto exercitum collegit.

[b] *Regum et nationum*] Medorum, Adiabenorum, Gordyenorum, Arabum, Albanorum, Iberorum auxilium sibi comparavit.

[c] *Sanctum*] Ulpianus sanctum illud esse dicit, quod nec sacrum est, nec profanum, sed sanctione quadam confirmatum.

[d] *In exercitum vestrum*] Mithridates cum rediisset in Pontum, Fabium superavit, quem ibi Lucullus reliquerat. Deinde temeritate Triarii legati, supra septem Romanorum millia, centuriones centum, et tribuni militum viginti quatuor occisi sunt.

[e] *Sinite*] Occupatione utitur, qua simulat nolle se dicere quæ acciderunt, quo majora videantur, quam ille efficere dicendo possit: nam ait calamitatem istam tantam esse, ut eam ad aures Luculli non ex prælio nuntius, sed ex sermone rumor afferret.

[f] *Sicut poëtæ*] Poëtæ res non quales gestæ sunt, exponunt; sed fingunt ad ingenii ostentationem.

[g] *Ex prælio nuntius*] Elate id dicit: nam ex prælio Triarius evasit

afferret. 26. Hic in ipso illo[2] malo, gravissimaque belli offensione, L. Lucullus, qui tamen[3] aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, [*p.* 9.] vestro jussu[h] coactus, quod[4] imperii diuturnitati[i] modum statuendum veteri exemplo[k] putavistis, partem[5] militum, qui jam stipendiis[l] confectis erant, dimisit,[m] partem Glabrioni tradidit.[n] Multa prætereo[o] consulto; sed ea vos conjectura perspicitis,[6] quantum illud bellum factum putetis, quod conjungant reges potentissimi, renovent agitatæ[7] nationes,

publicas. Mox, C H ϱ ς *vestram calam.*—2 *Illo* in χ 3 omittitur.—3 Pro *tamen* C H S ϱ ς ψ habent *tamen atque;* T *tum atque;* χ 3 *tum.*—4 Pro *quod* in χ 3 *nam;* et Colon. *qui.* Ed. Ven. 1483. *quod* omittit.—5 ϱ *partes.* Gulielm. maluit *partim milit....partim Glabr.* quod ultimum *partim* invenisset in Ms. Hittorp. Tum *confecti* ϱ ς χ, χ 3, ψ, Franc. Pall. et edd. vett. cum Grut. In Ms. Dresd. *qui stip. contenti erant.* Porro χ *divisit.*—6 Bruil. Werd. Erf. et Grævv. *perspicite.* Dein *factum putatis* ϱ, Beck. et Schutz. *futurum putatis* T: *futurum putetis* Hervag. Cam. Lamb. Grut. Oliv. Vulg. ut Ern.—7 χ

NOTÆ

cum aliquot militibus. Hanc tamen omnium cladem maximam in hoc bello Romani passi sunt.

[h] *Vestro jussu*] Populus jubebat, censebat senatus: nam non penes senatum, sed populum summa erat auctoritas; unde hæc formula, 'Velitis, jubeatis, Quirites.' Populus igitur imperium dabat, aut adimebat; jubebat, et abrogabat leges; bella denuntiabat, aut dissolvebat.

[i] *Imperii diuturnitati*] Lucullus consul provinciam Asiam sortitus, bellum contra Mithridatem gerendum suscepit, quod omnino septem annos continuavit.

[k] *Veteri exemplo*] Post ejectos reges imperium consulum annuum erat; quo finito, semper novi consules creabantur: aliquando tamen ad tres annos, vel plures etiam pro rerum occasione concedebatur. Unde Livius lib. IV. 'Maximam libertatis pop. Rom. custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent, et temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non posset.'

[l] *Stipendiis*] Confecisse stipendia veterani censebantur, cum novem annos militaverant. Hoc autem tempus ponere in castris, ab anno decimo sexto ad quadragesimum quintum, si respubl. postulabat, tenebantur.

[m] *Dimisit*] Lucullus Valerianos dimisit, qui sequi eum noluerunt; qui Fimbriani tunc dicebantur, quod duce Fimbria legato in ducem assumto, Valerium consulem ob avaritiam invisum occiderunt.

[n] *Glabrioni tradidit*] Glabrio Bithyniæ in provinciam redactæ præerat, et, jubente populo, Lucullo successit.

[o] *Multa prætereo*] Conclusio partis est, per repetitionem eorum quæ bellum illud grave et periculosum reddunt. 1. quod Mithridates et Tigranes bellum conjunctim gerunt: 2. quod Ponti et Armeniæ nationes utrique regi parent: 3. quod integræ gentes nondum a Romanis lacessitæ bellum suscipiant, quibus juvari reges poterunt.

suscipiant integræ gentes, novus imperator[p] vester[8] accipiat, vetere pulso exercitu. x. 27. Satis mihi multa verba fecisse videor,[9] quare[10] hoc bellum esset, genere ipso necessarium, magnitudine periculosum: restat,[q] ut de imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus præficiendo,[11] dicendum esse videatur.

Utinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium copiam tantam haberetis, ut hæc vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum[12] tantis rebus ac tanto bello præficiendum putaretis! Nunc vero cum sit unus Cn. Pompeius, qui non modo eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superarit;[13] quæ res est, quæ cujusquam animum in hac causa[14] dubium facere[r] possit? 28. Ego enim sic existimo, in summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur[15] hoc homine scientior unquam aut fuit, aut esse debuit? qui e ludo[s][r] atque pueritiæ disciplina,[16] bello maximo, atque acerrimis[17] hostibus, ad patris exercitum,[s] at-

[r] *Reddere.* [s] *Schola.*

agitare.—8 C H S ς, Dresd. *noster.* Tum *expulso exercitu* C H ϑ χ, χ 3, ψ, Pall. et edd. vett. *exploso exercitu* T. In ς *exercitu.*

Cap. x. 9 Verba *fecisse videor* in ϑ desunt.—10 Hittorp. *quale,* prob. Gulielm.—11 χ ψ *proficiendo.*—12 C et χ 3 *potissime.* Mox *perficiendum* C H S: *præficiendo* χ.—13 Edd. nonnullæ *superavit,* quod et Heumann. recepit.—14 χ *in hac re.*—15 In eodem Ms. deest *igitur.*—16 C *puerili disciplina.* Græv. e Colon. Werd. Erf. recepit *pueritiæ disciplinis,* quod Gulielm. malue-

NOTÆ

[p] *Novus imperator*] Auget denique periculum a novo imperatore, qui ad hoc bellum mittendus est, qui novum exercitum accepturus est, expulso vetere, qui exercitus et ad parendum longe promtissimus est, et ad pugnandum fortissimus.

[q] *Restat*] Transitio ad aliam orationis partem, in qua de imperatore dicendum est.

[r] *E ludo*] Per ludum scholas intelligit, quas communi nomine 'ludum' Romani dixere, et 'ludi-magistros,' qui eas docebant. Statim a scholis causas egit in foro: de cujus eloquentia Cicero loquitur in lib. de Claris Oratoribus.

[s] *Ad patris exercitum*] Magni Pompeii pater, Cn. Pompeius Strabo, exercitum contra Cinnam patriæ rebellantem duxit, quem filius in castra secutus est anno ætatis suæ decimo septimo. Hic autem cum Cinnam ab urbis mœnibus expelleret, cum pluribus aliis fulmine periit.

que in militiæ disciplinam profectus est? qui extrema pueritia[t] miles fuit summi imperatoris?[18] ineunte adolescentia maximi ipse exercitus[u] imperator? qui sæpius[x] cum hoste conflixit, quam quisquam cum inimico concertavit?[19] plura bella gessit, quam ceteri legerunt? plures provincias confecit,[u y] quam alii[z] concupiverunt?[20] cujus adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis;[a] non offensionibus[x] belli, sed victoriis; non stipendiis,[y] sed triumphis[b] est erudita?[1] Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit[2] fortuna rei-

[t] *Extrema parte pueritiæ.* [u] *Subjugavit plures nationes.*
[x] *Jacturis.* [y] *Non annis quos posuit in bello.*

rat.—17 H S *acerrimisque*, omisso *atque*.—18 Colon. Werd. et Erf. *miles in exercitu summi fuit imp.* prob. Gulielm. Tum χ *ineunte adulescentula.* Pro *ipse* in ς *esset.*—19 C et ϑ *certavit.*—20 S et χ *legerint . . . concupiverint.*—1 Pro *erudita* Dresd. Franc. 1. 2. Pall. novem Oxonn. Mss. Ven. 1483. Crat. habent *tradita:* Junt. Hervag. Lamb. 1566. *traducta.*—2 H *in quo eum non*

NOTÆ

[t] *Extrema pueritia*] In tres partes ait A. Gellius lib. x. sic a Servio Tullio Romanorum rege ætatem divisam esse, adeo ut pueri essent usque ad annum decimum septimum, ad quadragesimum sextum juvenes, et ætate reliqua senes. Hac prima ætate Sullæ imperatoris miles fuit Pompeius.

[u] *Maximi exercitus*] Cum Cinna consul occisus esset, qui bellum in repub. concitarat, Carbo ejus collega contra Sullam profectus est, qui ex Asia victorem exercitum reduxerat. Pompeius vix annos natus viginti tres privatus adhuc tres legiones in agro Piceno conscripsit, tota sibi addita nobilitate: itaque florentissimum exercitum ad Sullam adduxit. In itinere multas Italiæ civitates confirmavit, multos ad suas, qui inimicorum Scipionis et Carbonis partes secuti fuerant, adduxit, et utrumque prælio lacessivit. Cum ad Sullam Pompeius pervenisset, equo desiliens eum imperatorem salutavit, et a Sulla vicissim Pompeius imperator salutatus est, antequam admissus esset in senatum: eum Sulla mox in Celtiberiam misit cum exercitu.

[x] *Qui sæpius, &c.*] Hostes proprie tantum dicebantur, quibus per feciales a populo Romano bellum indicebatur: inimici vero quibuscum privatæ simultates habebantur. Utitur autem his verbis eleganti hyperbole ad extollendas Pompeii laudes.

[y] *Plures provincias confecit*] Nationes plures et populos subjecit, qui in provincias pop. Rom. redacti sunt.

[z] *Quam alii*] Sive imperatores, sive alii magistratus subjici reip. concupiverunt.

[a] *Suis imperiis*] Pompeio nemo fere sæpius imperator fuit; ideoque non tam præceptis, et lectione bellorum scientiam militarem, quam usu proprio et experientia assecutus est.

[b] *Triumphis*] Ter Pompeius triumphavit; nempe, ut ait Velleius Paterculus, de Africa, Europa, et Asia,

publicæ? Civile,[c] Africanum,[d] Transalpinum,[e] Hispaniense,[f] mixtum[g] ex civitatibus atque ex bellicosissimis[3] nationibus, servile, navale[h] bellum, varia et diversa genera[i] et[4] bellorum et hostium,[k] non solum gesta ab hoc uno, sed etiam confecta, nullam rem esse declarant in usu militari positam,[5] quæ hujus viri scientiam fugere possit.[z]

XI. 29. Jam vero virtuti Cn. Pompeii quæ potest par

[z] *Quæ possit ignorari ab hoc viro.*

exerc.—3 Colon. *ex civilibus et bellic.* prob. Gulielm. Grævius malnit scribi *ex civibus atque ex bellic.* prob. Heumanno. *Ex* post *atque* omittit C. Post *servile* χ 3, T, et edd. vett. addunt copulam *et.* Hervag. Lamb. Manut. Heumann. omiserunt *bellum* post *navale.* Edd. nonnullæ post *bellum* plene interpungunt.—4 H et S non habent *et* ante *bellorum.* Mox, post *uno* C et ϰ addunt *viro.*—5 In C *posita.*

NOTÆ

propter victorias quas in illis tribus orbis partibus retulit: de quibus infra.

[c] *Civile*] De civili bello loquitur, quod in republica cum Cinna et Carbone gestum: de quo infra.

[d] *Africanum*] Africanum bellum cum Cn. Domitio, quem proscripti plerique ex Italia secuti fuerant, et Hierica Numidiæ rege, qui et a Plutarcho Hierba nominatur, gestum est, quos omnes adversus Sullam molientes uno prælio interemit. Hoc autem bellum intra dies quadraginta confecit, ac postea Romam rediit, ubi Magnus a Sulla salutatus est, ipsique contigit, quod nulli antea, ut annos viginti quatuor natus, et tantum eques Rom. victor triumpharet.

[e] *Transalpinum*] Quod gessit contra Gallos, qui transeunti in Hispaniam exercitui Rom. iter prohibebant.

[f] *Hispaniense*] In quo Sertorium jam ab annis octo contra rempub. bellum agentem superavit.

[g] *Mixtum*] Dum bellum in Asia gereretur, exortum est civile ex gladiatoribus conflatum, qui Capuæ e ludo Lentuli 74. eruperant, ex servis et ergastulis tanto numero, ut sexaginta millia numerarentur. Ducem illi Spartacum habuerunt cum Chryso et Granico. Sedem belli fecerunt Vesuvium montem. Claudium Pulchrum legatum, et P. Varinium prætorem prælio vicerunt, sed demum a M. Crasso superati sunt, cæsis hostium duodecim millibus et trecentis; tribus vero millibus, ut Florus ait, a Pompeio, qui e pugna evaserant. Idem bellum mixtum appellatur, quod e Gallis et Germanis bellicosissimis nationibus plurimi ad hunc fugitivorum exercitum confluxerant, quos ducem habuisse Granicum T. Livius lib. XCVII. commemorat.

[h] *Navale*] Navale bellum cum piratis gestum est, et post quatuor menses a Pompeio confectum.

[i] *Varia genera*] Alia terrestria, alia maritima confecit.

[k] *Et hostium*] Gessit bellum cum regibus, cum exulibus, cum proscriptis, cum piratis, et servis.

oratio inveniri? quid est, quod quisquam aut dignum illo, aut vobis novum, aut cuiquam inauditum possit afferre? Neque enim[6] illæ sunt solæ virtutes imperatoriæ, quæ vulgo existimantur, labor in negotio,[7] fortitudo in periculis, industria[a] in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo; quæ tanta sunt in hoc uno,[8] quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus, aut audivimus, non fuerunt. 30. Testis est Italia,[l] quam ille ipse victor,[9] L. Sulla, hujus virtute et subsidio[10] confessus est liberatam. Testis est Sicilia, quam multis undique[11] cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilii, explicavit.[b] Testis est Africa,[m] quæ magnis[12] oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sanguine[13] redundavit. Testis est Gallia,[n] per quam legionibus nostris in Hispaniam iter,

[a] *Perseverantia, vel assiduitas.* [b] *Liberavit.*

CAP. XI. 6 T *Non enim.*—7 Novem Oxonn. Mss. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Steph. Lamb. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *in negotiis.*—8 χ *in hoc homine uno.* In eodem Ms. deest *omnibus.*—9 χ 3 *quam ipse quidem victor.* In χ *victor* omittitur.—10 ς et nonnullæ edd. vett. *consilio.*—

NOTÆ

[l] *Testis est Italia*] Cum Carbo et Perperna multas clades accepissent a Sulla, et pulsi ex Italia in Siciliam confugissent, senatusconsulto Pompeius cum exercitu in eam missus est. Fugit statim Perperna, Carbo venit in Pompeii potestatem, a quo mori jussus est. Inde omnes ab ipsis occupatas civitates amice recepit præter Messanam. De his vide T. Livium lib. LXXXIX. Plutarch. in Pomp. Florum; Appianum.

[m] *Testis est Africa*] De qua jam superius § 28. not. ibi autem viginti hominum millia delevit, quorum tria tantum millia Pompeium effugerunt: omnes reliqui cum Domitio interfecti sunt; de quo Plutarchus in Pomp.

[n] *Testis est Gallia*] De itinere suo in Galliam sic loquitur Pompeius, &c. in epistola sua ad senatum apud Sallustium: 'Equidem fateor, me ad hoc bellum majore studio quam consilio profectum, quippe qui nomine modo imperii a vobis accepto, diebus XL. exercitum paravi; hostesque in cervicibus jam Italiæ agentes, ab Alpibus in Hispaniam submovi, per eas iter aliud atque Annibal nobis opportunius patefeci; recepi Galliam, Pyrenæum, (Jacetaniam,) indigetes; et primum impetum Sertorii victoris, novis quidem militibus, et multo paucioribus sustinui; hyememque in castris inter sævissimos hostes, non per oppida, neque ex ambitione mea egi.' Appianus iter ab eo patefactum in Alpibus inter Padi et Rhodani fontes fuisse ait. Unde Lucan. l. VIII. 'Adde truces Lepidi motus, Alpinaque bella, Armaque Sertorii revocato consule victa.'

Gallorum internecione[14] patefactum est. Testis est Hispania,[o] quæ sæpissime plurimos hostes ab hoc superatos prostratosque conspexit.[15] Testis est iterum et sæpius Italia, quæ, cum servili bello tetro periculosoque premeretur, ab hoc auxilium absente expetivit; quod bellum expectatione Pompeii[16] attenuatum atque imminutum est, adventu sublatum ac sepultum. 31. Testes vero jam omnes oræ,[p] atque omnes exteræ gentes ac nationes,[17] denique maria omnia, tum universa, tum in singulis[18] omnes sinus atque portus. [*p.* 10.] Quis enim toto mari locus per hos annos aut tam firmum habuit præsidium, ut tutus esset, aut tam fuit abditus, ut lateret? Quis navigavit, qui non se aut mortis aut servitutis periculo committeret,[c] cum aut hyeme, aut referto prædonum mari navigaret?[19] Hoc tantum bellum,[q] tam turpe,[20] tam vetus, tam late divi-

[c] *Exponeret.*

11 χ *undique antea.*—12 ς *multis.*—13 C *ipso sang.*—14 *Intensione* C ϑ ς ψ et Pal. 6. *incensione* χ et S: *incussione* Pal. 1. *interruptione* Pal. 7. *interemtione* χ 3, Ven. 1483. Junt. Crat. *interitione* Pal. 5. Fabric. Memmian. Cleric. et ed. Lamb. *internitione* Hittorp. Werd. Bruil. Pall. 2. 3. Erf. unde Græv. edidit *internicione.* Vulg. *internecione.*—15 χ *prospexit.*—16 *Pompeii* non est in ς et ψ.—17 χ omittit verba *oræ atque omnes.* In T deest *oræ atque.* In ς omittitur *omnes.* In Ms. Colon. legitur, *Testes nunc vero jam oræ atque omnes terræ, gentes, nationes,* prob. Gulielmio. Hervag. *atque omnes exteræ nationes.* —18 Mss. plerique *in singulis oris,* et sic edd. ante Græv. qui auctoritate Pithœi Ms. delevit vocem *oris,* quam omittunt Mss. plerique ap. Lall. cum Lall. Beck. Weiske, Schutz. et Orell.—19 Edd. vett. cum Schutz. et Orell.

NOTÆ

[o] *Testis est Hispania*] Plinius lib. VII. de Pompeio victore in Hispania sic loquitur: 'Statim ad solis occasum transgressus, excitatis in Pyrenæo tropæis, oppida 876. ab Alpibus ad fines Hispaniæ ulterioris, in ditionem redacta, victoriæ suæ ascribit.'

[p] *Testes omnes oræ*] Mithridates naves quasdam instituerat cum paucis hominibus in eis, ut Romanis navigantibus in Asiam iter clauderet. His ita se prædones et piratæ cum exulibus et servis fugitivis adjunxerunt, ut mare non solum et insulas, et urbes omnes maritimas, sed etiam Italiam infestarent. Tanta autem facta est eorum multitudo, ut naves mille haberent. Cilices porro dicti sunt, sive Cilices illi fuerint plerique, sive quod se in Ciliciam reciperent. Contra eos missus Pompeius imperator lege Gabinia statim bellum illud confecit: de hoc bello scripsere Appianus, Florus, &c.

[q] *Hoc tantum bellum, &c.*] Bello hoc infestabatur totum mare Mediterraneum, quod 'turpe' appellat, quia in dedecus populi Rom. susceptum est: 'vetus,' quia annis viginti tribus duravit, ab Octavii scilicet et Cinnæ

sum atque dispersum, quis unquam[1] arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus uno anno, aut omnibus annis[r] ab uno imperatore[2] confici posse? 32. Quam provinciam tenuistis a prædonibus[3] liberam per hosce annos? quod vectigal vobis tutum[4] fuit? quem socium defendistis? cui præsidio classibus vestris fuistis? quam multas existimatis insulas esse desertas? quam multas aut metu relictas, aut a prædonibus captas[5] urbes[s] esse sociorum? XII. Sed quid ego longinqua commemoro? Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani longe[6] a domo bellare, et propugnaculis[d] imperii sociorum fortunas, non sua tecta defendere. Sociis ego vestris[7] mare clausum per hosce annos dicam fuisse, cum exercitus nostri a[8] Brundisio[t] nunquam, nisi summa hyeme, transmiserint?[e 9] Qui ad vos ab exteris nationibus venirent, captos querar, cum legati populi Romani redemti sint?[10] mercatoribus tutum mare non fuisse dicam, cum duodecim secures[f u] in prædonum potestatem pervenerint? 33. Cnidum,[11] aut Colo-

[d] *Viribus.* [e] *Transierint mare.* [f] *Duo prætores cum insignibus suis.*

navigaretur.—20 Verba *tam turpe* delevit Weiske.—1 In *s inquam.* Mox *aut* ante *ab omn. imp.* omittit ς.—2 C S *imperatore R.* T ς χ, χ 3, ψ *imperatore Romano.*—3 Pro *prædonibus* ψ exhibet *hostibus.* In Ms. Colon. deest *liberam,* prob. Gulielm.—4 ψ *tantum.*—5 C *raptas.*

Cap. XII. 6 In χ 3 omittitur *longe.*—7 Omnes Mss. et edd. præter Græv. Oliv. Lall. Ern. Beck. Weiske exhibent *sociis vestris ego,* nisi quod in C H S *nostris* legatur.—8 Edd. nonnullæ non agnoscunt præpositionem.—9 T *transmiserunt.* Dein Mss. plerique et edd. ante Grut. *Quid ad nos,* sive *Quid ad vos.* Porro in χ 3 legitur *captos venirent quærat.* Pro *querar* C habet *queram.*—10 H S T *red. sunt.* In *s red. sint a mercatoribus.* Pro negativa particula *non;* quæ in C deest, χ habet *num.*—11 In Mss. plerisque et edd. ante Grut. pro

NOTÆ

consulatu, ad Lepidi et Tulli consulatum.

[r] *Omnibus annis*] Florus tradit intra diem quadragesimum confectum fuisse a Pompeio.

[s] *Captas urbes*] Plutarchus numerat quadringentas.

[t] *Brundisio*] Brundisium civitas Italiæ in Calabria, portu nobilis, unde in Græciam trajicitur, et unde solvit Pompeius contra piratas ducturus exercitum. Hanc oram circa Brundisium invaserant piratæ.

[u] *Duodecim secures*] Insignia dignitatis pro ipsis prætoribus ponit. Illi fuerunt Sextilius et Bilinus, qui cum suis insignibus et lictoribus abducti sunt a piratis, ut ait Plutarchus. Quilibet autem prætor sex lictores habebat extra urbem, qui

phonem,[x] aut Samum,[y] nobilissimas urbes, innumerabilesque alias, captas esse commemorem, cum vestros portus, atque eos portus,[12] quibus vitam et spiritum[z] ducitis,[g] in prædonum fuisse potestate[13] sciatis? An vero ignoratis, portum Cajetæ[a] celeberrimum, atque plenissimum navium, inspectante[14] prætore,[b] a prædonibus esse direptum; ex Miseno[c] autem, ejus ipsius[15] liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellum gesserat, a prædonibus esse sublatos? Nam quid ego Ostiense incommodum,[h d] atque illam labem atque ignominiam reipublicæ querar, cum, prope inspectantibus[16] vobis, classis ea, cui consul populi Romani[e] præpositus esset, a prædonibus capta atque oppressa[17]

[g] *Eas res quibus vita et spiritus continetur.*
[h] *Direptionem.*

Cnidum legitur *Quid.* Pro *Samum* ϰ habet *Baium,* ut in C suprascr. Ante *urbes* C addit *civitates vel.*—12 ς *aut eos portus.* H et S *in quibus.* Mox χ 3 *dicitis.*—13 χ, χ 3, Pariss. et omnes edd. præter Steph. Grut. Ern. Weiske exhibent *potestatem.* Mox *vero* omittunt T et ς.—14 C H S ϰ *spectante.*—15 C *cujus ipsius,* et mox *antea id bellum.* Tum *gesserant* C et χ.—16 C H S ϰ ψ *spectantibus.*—17 Ms. Colon. *deprehensa:* unde Gulielm. et Modius

NOTÆ

præirent, in urbe vero tantum fasces præferebantur.

[x] *Colophonem*] Colophon urbs Ioniæ, celeberrima suis equitibus.

[y] *Aut Samum*] Urbs ejusdem provinciæ.

[z] *Spiritum*] Nulla jam frumenta ex Asia, Africa, Sicilia, et Sardinia Romam afferebantur, sicut et alia id genus, quæ ad vitam pertinent conservandam.

[a] *Cajetæ*] Cajeta portus est in Campania, a nutrice Æneæ sic dictus, quia ibi sepulta est: de qua Virg. sic Æneid. VII. 'Tu quoque littoribus nostris, Æneia nutrix, Æternam moriens famam, Cajeta, dedisti.'

[b] *Inspectante prætore*] Quis fuerit ille prætor non constat ex auctoribus, nisi fortasse sit M. Antonius, qui ante Pompeium ad hoc bellum missus, pessime rem gessit, et ibidem periit. Certe Florus in epist. scribit filiam ejus a prædonibus raptam fuisse.

[c] *Miseno*] Misenum Italiæ promontorium est, ab Æneæ comite sic appellatum. Virg. Æn. VI.

[d] *Ostiense incommodum*] Ostia urbs fuit condita ab Anco Marcio rege in ostiis Tiberinis. Tanta fuit piratarum audacia, ut ad eam urbem appulerint, ibique Romanorum naves incenderint, omniaque diripuerint; immo quasi de reditu non cogitarent, ibi morabantur, et omnes quos non occiderant, prædamque universam tanquam in sua civitate deposuerunt. De his vide Dion. lib. XXVI.

[e] *Consul pop. Rom.*] Nihil de illo consule reperitur, ne nomen quidem.

est? Pro Dii immortales! tantamne[18] unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre reipublicæ potuit, ut vos, qui modo[19] ante ostium[f] Tiberinum[i] classem hostium[20] videbatis, ii nunc nullam intra Oceani ostium[1] prædonum navem esse audiatis? 34. Atque hæc, qua celeritate gesta sint,[2] quanquam videtis, tamen a me in dicendo prætereunda non sunt. Quis enim unquam, aut obeundi negotii, aut consequendi quæstus studio, tam brevi tempore, tot loca adire, tantos cursus[k] conficere potuit, quam celeriter, Cn. Pompeio duce, belli impetus[l 3 g] navigavit? qui nondum tempestivo ad navigandum mari Siciliam adiit,[h] Africam exploravit: inde Sardiniam cum classe venit, atque hæc[4] tria frumentaria subsidia reipublicæ firmissimis præsidiis[5] classibusque munivit. 35. Inde, se[6] cum in Italiam recepisset,[i] duabus

[i] *Ante portum Ostiæ, qui est in ostio Tiberis.*
[k] *Navigationes.* [l] *Classis Pompeii.*

Epist. 97. maluerunt *depressa* legi.—18 *Tantane* Mss. et edd. ante Lamb. qui e suo Ms. dedit *tantamne*, ut Hotom. conjecerat. In ς *tantane hujus hom.* ψ *tantane cujus hom.* Heumann. mavult legi *Tantam*, omisso post *audiatis* interrog. signo.—19 ς non habet *modo*.—20 Pro *hostium* Lamb. habet *prædonum*, et pro *videbatis* χ 3 *tenebatis*.—1 C *intra Oceanum ostium*, ut Gulielm. maluit. Ven. 1483. Junt. *intra Oceani hostium prædonum navem:* Lamb. *intra Oceanum hostium navem.* Pro *navem* in ς legitur *classem*.—2 T, Ven. 1480. 1483. *gestæ sunt.* In C deest *sint*. Paulo post, Hotom. maluit legi *prætereundum non est*.—3 Erf. Werd. Mss. Fabric. et Hittorp. cum Lamb. et Græv. *tanti belli imp.* Pro *navigavit* Schutz. suspicabatur *evolavit* legend. In χ 3 *navigaret*. Verba *nondum temp. ad navig. mari*, quæ C et Lamb. omittunt, olim legebantur post voces *cum classe venit*. Dein T *Siliciam*. Mox *in Sardiniam*, omisso *inde*, ς χ. *Inde in Sard.* aut *in Sard.* legi maluerunt Hotom. et Manut.—4 In ϰ deest *hæc*. Pro *tria* C habet *tua*.—5 ς *subsidiis*.—

NOTÆ

[f] *Ante ostium*] Oceani ostium appellat, qua Oceanus in mare, quod alii interius, alii Mediterraneum vocant, influit.

[g] *Belli impetus*] Pompeii classis, in qua totius belli impetus consistebat.

[h] *Siciliam adiit, &c.*] Siciliæ maxime prædones infesti erant, et frumenta Romam ex ea afferri prohibebant: unde porro illa provincia vulgo reipub. horreum appellabatur, teste Livio.

[i] *Inde, se cum in Italiam recepisset*] Gabinia lege imperium exercitus in piratas Pompeio datum est: quare nihil habuit prius quam ut statim eas suis legatis singulis maris partes assignaret, quas quique eorum defenderent.

Hispaniis[k] et Gallia Cisalpina[7][l] præsidiis ac navibus confirmata, missis item[8] in oram Illyrici maris,[m] et in Achaiam omnemque Græciam[n] navibus, Italiæ duo[9] maria[o] maximis classibus firmissimisque præsidiis adornavit: ipse autem, ut[10] a Brundisio[p] profectus est, undequinquagesimo[11] die totam ad imperium populi Romani Ciliciam[12] adjunxit: omnes, qui ubique prædones fuerunt, partim capti interfectique sunt, partim unius hujus imperio ac potestati se dediderunt.[13] Idem Cretensibus,[q] cum ad eum usque in Pamphyliam[14][r] legatos deprecatoresque[m][s] misissent, spem

[m] *Intercessores.*

6 ϑ caret *se.*—7 Pro *Cisalpina* in ψ, Pal. 3. Hittorp. Turing. *Transalpina,* prob. Gulielm. ' Non male Garaton. suspicatus est utrumque nomen et *Cisalpinam* et *Transalpinam* deberi interpretamento, et veram lectionem esse *Gallia præs. ac nav. confirmata,* sive *Galliis . . . confirmatis.*' Beck.—8 T et χ omittunt *item.* χ habet *in ora.*—9 χ *dua.*—10 *Autem in* ϑ, et *ut* in ς deest.—11 ϑ et ς *inde quinquagesimo.*—12 ς *Siciliam,* et sic T a m. sec. Mox, Heumann. scribi jussit *omnesque qui.*—13 In C H S et ς *dederunt.* Tum *Idem et Cret.* H S ς

NOTÆ

[k] *Duabus Hispaniis*] Hispaniarum altera cis est, et altera ultra Iberum flumen: mari autem Hispanico Tiberium, Neronem, et Manlium Torquatum præfecit.

[l] *Gallia Cisalpina*] Gallia Cisalpina est pars Italiæ ab Alpibus ad Rubiconem fluvium, quæ ab iis Gallis dicta est, qui Alpes transgressi, dimidiam prope Italiam occupaverunt. Hæc a Romanis Cisalpina, altera, unde venerant, Transalpina dicta est. Mari Gallico M. Pomponium præfecit.

[m] *Illyrici maris*] Illyricum mare ab Illyrio denominatum est. Pars est autem Europæ Pannoniam inter et mare Adriaticum. Huic præfecit, sicut et Tyrrheno, L. Gellium et Cn. Lentulum.

[n] *Omnemque Græciam*] Græciæ diversis oris præfecit Cinnam, L. Cullium, et Pisonem.

[o] *Italiæ duo maria*] Adriaticum et Tyrrhenum.

[p] *Ipse autem, ut a Brundisio*] Cum sexaginta navibus profectus, piratas insecutus est, quos in Ciliciam redire compulit. Suis autem omnibus legatis jusserat sua in statione remanere, nec hostes insequi, sed mutuis auxiliis se juvare, ut eos intercluderent.

[q] *Idem Cretensibus*] Creta aliud fuit cum Cilicia piratarum receptaculum, quos ibi Metellus oppugnabat, quorum multos interemit.

[r] *In Pamphyliam*] Pamphylia regio Minoris Asiæ fuit, Ciliciam inter et Lyciam.

[s] *Legatos deprecatoresque*] Territi Cretenses ne reliquos interficeret Metellus, miserunt legatos ad Pompeium, ut ei se potius quam Metello dederent, rati videlicet quod ab illo mitius secum ageretur. Quare Pompeius, ut hanc laudem Metello præriperet, Octavium legatum suum Me-

deditionis non ademit, obsidesque imperavit.[n] [*p.* 11.] Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, quo bello omnes gentes [15] ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema hyeme apparavit,[o] [16] ineunte vere [t] suscepit, media æstate confecit. XIII. 36. Est hæc [17] divina atque incredibilis virtus imperatoris. Quid ceteræ,[u] quas paulo ante commemorare cœperam, quantæ atque [18] quam multæ sunt! non enim solum bellandi virtus in summo atque perfecto imperatore quærenda est; sed multæ sunt artes eximiæ,[x] hujus administræ [19] comitesque virtutis.[p] Ac primum quanta innocentia debent esse imperatores! quanta deinde omnibus in rebus temperantia! quanta fide! quanta facilitate! [20] [y] quanto ingenio! quanta humanitate! Quæ breviter, qualia sint [1] in Cn. Pompeio, consideremus: summa enim omnia sunt, Quirites; sed ea

[n] *Imperavit ut darent obsides.* [o] *Præparavit.*
[p] *Virtutes, quæ sunt famulæ et comites hujus virtutis militaris.*

ψ: *In Cret.* ϑ.—14 Colon. *usque Pamph.* prob. Gulielm.—15 *Omnes* nec est in ς, nec *gentes* in χ.—16 χ 3 et ψ *apparuit*: ϑ *aperuit.*

CAP. XIII. 17 Edd. nonnullæ *Et hæc.*—18 Lamb. omisit *atque* post *quantæ.* In C T et χ 3 deest *atque* ante *perfecto.* Locum cum C. G. Schwarzio ita Heumann. interpunxit, *Quid ceteræ, quas paulo ante comm. cœperam? quantæ, &c.* In Ven. 1483. et Junt. legitur, *in summo perfectove imp.*—19 H S et ς *ministræ.*—20 Ms. ap. Græv. et edd. nonnullæ *felicitate.*—1 In Mss. non-

NOTÆ

tello misit, ut ab obsidione cessaret; ipseque legatus præsidium contra Metellum Cretensibus tulit, quos tamen ad deditionem compulit Metellus, sumto de iis supplicio: quod etsi turpe fuit Pompeio, tamen ejus laudi Cicero vertit.

[t] *Ineunte vere*] Docent hoc bellum intra quatuor menses apparatum fuisse, susceptum, et confectum, Livius lib. XCIX. prædones intra quadragesimum diem toto mari pulsos fuisse; Plutarchus intra tres menses; Appianus intra septuaginta dies omnes piratarum naves, id est, trecentas et amplius, in Pompeii potestatem venisse, centum autem et viginti diebus cunctas illorum urbes, arces, perfugia, et castella, pop. Rom. cæsis ipsorum decem millibus, subjecisse.

[u] *Quid ceteræ*] Illustris amplificatio, per quam extollit egregiam et divinam Pompeii virtutem militarem, enumeratis aliis quibus hæc prima maxime illustratur.

[x] *Artes eximiæ*] Bellicas virtutes intelligit, quas lib. II. de Fin. 'maximas artes' appellat.

[y] *Facilitate*] Non *felicitate*, ut in pluribus codicibus legitur; nam postea aget de ejus felicitate: adde quod hæc facilitas maxime ad imperatoris humanitatem pertineat.

magis ex aliorum contentione,[q] [2] quam ipsa per sese cognosci atque intelligi possunt. 37. Quem enim possumus imperatorem [3] aliquo in numero putare,[r] cujus in exercitu veneant[s] centuriatus[z] atque venierint? quid [4] hunc hominem magnum aut amplum de republica cogitare, qui pecuniam, ex ærario depromtam [a] ad bellum administrandum,[t] aut propter cupiditatem provinciæ [b] magistratibus [5] diviserit, aut propter avaritiam Romæ in quæstu [6] reliquerit? Vestra admurmuratio [c] facit, Quirites, ut agnoscere videamini, qui hæc fecerint: [7] ego autem neminem nomino: quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui [8] ante de se voluerit confiteri. Itaque, propter hanc avaritiam imperatorum, quantas calamitates, quocumque ventum sit, nostri exercitus ferant,[u] [9] quis ignorat? 38. Itinera, quæ per hosce annos [d] in Italia per agros atque oppida civium Romanorum nostri imperatores fecerunt, recordamini: [10] tum facilius statuetis, quid

[q] *Comparatione.* [r] *Numerare in aliquo ordine imperatorum.*
[s] *Vendantur.* [t] *Gerendum.* [u] *Afferant.*

nullis et edd. 1472. Junt. *quanta sint:* Lamb. *quantæ sint.*—2 χ 3 *ex al. comparatione.*—3 H S et χ 3 *imperatorum.* Dein *ullo in numero* ex Erf. et Hittorp. edidit Græv. Mox C et S *veniant.*—4 *Qui* C ϰ ς χ: *Quis* H S T χ 3, ψ. Tum C *magnum atque amplum.*—5 Faërnus legit *magistris,* quod etiam Ant. Augustinus retinuit. Pro *diviserit* in ς *dimiserit.*—6 ς *quæstum.* Mox χ *Vestra admiratio.*—7 ς *qui hoc faciunt.*—8 C *nisi quia.*—9 Colon. *adferant,* prob. Modio. Tum in ψ *quis ignoret.*—10 ς *fecerant,* et C *recordemini.* Mox ϰ *qui apud ext.*

NOTÆ

[z] *Centuriatus*] Centuriatus munus est centurionis, qui centum præest militibus. Carpit autem hic imperatorum avaritiam, qui officia militaria vendebant, quæ virtuti militum concedi debent.

[a] *Ex ærario depromtam*] Imperatoribus, qui mittebantur, concedebatur ex ærario publico pecunia, quæ vulgo attributa dicebatur, ut Varro probat.

[b] *Propter cupiditatem provinciæ*] Seligebantur provinciæ a senatu, quæ consulibus, quæ prætoribus darentur, quas postea vel sortitione obtinebant, vel a senatu, vel aliquando a tribunis plebis, quas illi per vim pecunia corrupti concedebant, ut avaritiæ vel consulum vel prætorum satisfacerent.

[c] *Admurmuratio*] Præmunitio, qua removet a se calumniæ suspicionem, quam ingeniose detorquet, aut in ipsos auditores qui Lucullum notare, aut in eos ipsos qui irasci poterant. Consuetudo autem populi erat, ut, cum quid sibi placeret in concione audivisset, submissa voce, alius alii bene dictum insusurraret; quod admurmuratio dicebatur.

[d] *Per hosce annos*] Tempus significat, quo ducti sunt exercitus contra Mithridatem, piratas, Sertorium, et Spartacum.

apud exteras nationes fieri existimetis. Utrum plures arbitramini per hosce annos militum vestrorum [11] armis hostium urbes, an hybernis,[e] sociorum civitates esse deletas? Neque enim potest exercitum is [12] continere imperator, qui se ipsum [13] non continet; neque severus esse in judicando,[14] qui alios in se severos esse judices non vult. 39. Hic miramur, hunc hominem tantum excellere ceteris, cujus legiones sic in Asiam pervenerunt, ut non modo manus tanti exercitus,[f] sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur? Jam vero, quemadmodum milites hybernent,[15] quotidie sermones ac literæ perferuntur. Non modo, ut sumtum faciat [g] in militem, nemini vis affertur; sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. Hyemis enim,[16] non avaritiæ perfugium majores nostri [h] in sociorum atque amicorum tectis esse voluerunt. XIV. 40. Age vero,[i] ceteris in rebus qualis [17] sit temperantia, considerate. Unde illam tantam celeritatem, et tam incredibilem cursum inventum [18] putatis? non enim illum eximia vis remigum,[19] aut ars inaudita quædam gubernandi, aut venti aliqui novi,[20]

nat.—11 Pro *vestrorum* χ habet *Romanorum.* Mox, in eodem Ms. *hybernas.*—12 ψ *his.*—13 Græv. ex Erf. edidit *se ipse,* atque ita ante eum Lamb. legi jussit.—14 C *in judicio.*—15 C *hibernentur.* Dein Heumann. maluit legi *perferunt.*—16 C *Hybernis enim.*

Cap. XIV. 17 H, Crat. Hervag. Cam. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. *quali:* Hittorp. *quæ:* Mss. plerique et edd. recentt. *qualis.* Weiske conj. *qua* legend.—18 Edd. vett. pancæ *initum:* Lamb. 1566. e conj. *natum.*—19 T *illa*

NOTÆ

[e] *Hybernis*] Hyberna dicuntur loca, ubi per hyemem exercitus manent.

[f] *Manus tanti exercitus*] Ita pervenerunt in Asiam legiones Pompeii, ut non modo nihil rapuerint per viam, sed ne pedem quidem tulerint apud eum qui hostis non esset.

[g] *Ut sumtum faciat*] Nemini vis infertur ut sumtus fiant erga milites, subministrando v. g. vestes, pecuniam, &c. Sed ne permittitur quidem, ut eos sumtus, vel ipsi Asiani sponte faciant.

[h] *Majores nostri*] Censuerunt socios in hybernis non esse gravandos sumtibus. Itaque cum innocentia virtus sit, quæ nulli nocet, colligere facile licet quanta Pompeii sit, non modo qui nemini nocuit sua avaritia, sed ne nocere quidem vel leviter suis permisit.

[i] *Age vero*] Nunc de temperantia Pompeii. Est autem temperantia virtus, quæ ex recta ratione libidini, voluptati, et aliis pravis affectionibus dominatur.

tam celeriter in ultimas terras pertulerunt;[1] sed hæ res, quæ ceteros remorari solent,[k] non retardarunt: non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam devocavit,[2] non libido[l] ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis[m] ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem. Postremo signa, et tabulas,[n] ceteraque ornamenta Græcorum oppidorum, quæ ceteri tollenda[z] esse arbitrantur,[3] ea sibi ille ne visenda quidem existimavit. 41. Itaque omnes quidem[4] nunc in his locis Cn. Pompeium, sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cœlo delapsum,[5] intuentur: nunc denique incipiunt credere, fuisse homines Romanos[o] hac quondam abstinentia;[6] quod jam nationibus exteris incredibile ac falso memoriæ proditum videbatur. Nunc imperii vestri[7] splendor illis gentibus lucet: [*p.* 12.] nunc intelligunt, non sine causa majores suos tum, cum hac temperantia[8] magistratus habebamus, servire populo Romano, quam imperare aliis, maluisse. Jam vero ita faciles aditus ad eum[9] privatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum injuriis esse dicuntur; ut

[z] *Auferenda.*

eximia vis, et χ *vemigium.*—20 ϐ *aut aliquid novi.*—1 Margo Crat. *detulerunt.* Tum *sed eæ res* S, Lamb. et Orell. Pro *sed hæ* C habet *nec hæ*, et *non* ante *retardarunt* omittit. Pro *ceteros* in C *ceteras.*—2 C ς, Ald. Crat. Lamb. *revocavit.* Gruter. maluit *sevocavit.*—3 χ *arbitrabantur.* Mox H *non visenda.*—4 In Taur. deest *quidem.*—5 *Elapsum* C: *lapsum* Ven. 1483. Junt. Crat. Mox, pro *denique* in ψ *vero* legitur.—6 Taur. et margo Crat. *continentia.*—7 Mss. plerique et edd. ante Ern. præter Lamb. *nostri.* Dein *illis gent. lucem afferre cœpit* Colon. Erf. Taur.—8 Taur. *cum ea temp.*—9 Verba *ad eum* in ϐ desunt.

NOTÆ

[k] *Remorari solent*] Avaritia Lucullum a persequendo Mithridate retardavit.

[l] *Non libido*] Ea continentia fuisse Pompeium narrat Plutarchus, ut, captis Mithridatis pellicibus, omnes salvas ad parentes remiserit.

[m] *Nobilitas urbis*] Cum solvisset Brundisio, multas urbes pulcherrimas prætermisit, tantum Athenas lustravit, ubi sacra fecit, habita oratione ad populum.

[n] *Signa et tabulas*] Si quæ statuæ et picturæ essent in urbibus devictis, ab imperatoribus assumebantur, quas Romam mittebant. Eorum autem usus immodicus fuit apud Romanos veteres, ex quo Asia devicta fuit. Certe M. Scaurus ædilis tria signorum millia in scenam produxit.

[o] *Fuisse homines Romanos*] Tanta abstinentia quondam apud veteres Romanos fuere Curius Dentatus, Fabricius, ut oblata sibi munera repu-

is, qui dignitate principibus excellit, facilitate[p] par infimis[10] esse videatur. 42. Jam quantum consilio, quantum[11] dicendi gravitate et copia valeat, in quo ipso inest[12] quædam dignitas imperatoria, vos, Quirites,[13] hoc ipso in loco sæpe cognostis. Fidem vero ejus inter socios quantam[14] existimari putatis, quam hostes omnium gentium[15] sanctissimam judicarint? Humanitate jam tanta est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem ejus pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint.[16] Et quisquam[q] dubitabit, quin huic tantum bellum transmittendum[y] sit,[17] qui ad omnia nostræ[18] memoriæ bella conficienda divino quodam consilio natus esse videatur?

XV. 43. Et, quoniam auctoritas multum in bellis quoque administrandis atque imperio militari[19] valet; certe nemini dubium est, quin ea re[20] idem ille[1] imperator plurimum possit. Vehementer autem pertinere ad bella administranda,[2] quid hostes, quid socii de imperatoribus ves-

[y] *Decernendum.*

—10 Taur. *infimis par.*—11 C et ϑ omittunt *quantum.*—12 Pro *inest* in χ legitur *est.*—13 Pro *vos, Quirites* Colon. exhibet *vos quoque:* unde Modius conj. *vos quoque, Quirites.* Mox *ex loco* Taur. Tum *cognoscitis* C H S T ς ψ.—14 χ 3 *quantum.* In ς deest.—15 Erf. Memmian. Cleric. Fabric. *hostes omnes omnium generum;* et sic Lamb. et Græv. Dein *sanctissimam esse jud.* Crat. Hervag. Cam. Lamb. In C H S ς *judicarunt.*—16 χ 3 *timuerunt,* et paulo post *dilexerunt.* In χ 1 *magnitudine.* Tum Taur. *Et quis unquam dub.* Pro *quisquam* C habet *quisque,* et ϑ *quis.* Ven. 1480. et Oliv. *dubitavit.*—17 *Quin huic tantum bellum hoc transm. sit* Mss. plerique, Crat. Hervag. Cam. Lamb. Grut. Oliv. Lall. *quin huic hoc tantum bellum transm. sit* ex Erf. et Taur. Monuit Grævius, se ex Erf. addidisse *hoc,* in textu autem ejus vitiose (teste Beck.) legitur, *quin huic hoc tantum bellum hoc transm. sit.* Auctoritate edd. pr. *hoc* delevit Ern. quem Beck. Weiske, Schutz. et Orell. sequuntur. Pro *transmittendum* Colon. exhibet *permittendum,* probb. Gulielm. et Modio. Amicus Ursini conj. *committendum.*—18 C T ϑ, χ 3, et edd. ante Lamb. *vestræ.* Mox in ϑ deest *quodam.*

CAP. XV. 19 Taur. *auct. quoque in bellis administr. multum atque in imperio mil.* unde ante *bellis* Orell. addidit præpositionem *in,* quam omnes aliæ edd. omittunt. In ϑ deest *imperio.*—20 Octo Oxonn. Mss. et edd. pleræque ante Grut. *ea in re.* Hermann. τὸ *re* deleri maluit, et simpliciter *ea,* scil. auctoritate, legi.—1 *Idem ipse* Dresd. *ille idem ipse* Franc. 1. 2. Ven. 1480. 1483.

NOTÆ

diarent. Vide Val. Max. IV. 3.

[p] *Facilitate*] Facilitas virtus est, qua quis, aliis intempestive accedentibus, aut imprudenter interrogantibus, obsequentem et blandum se exhibet.

[q] *Et quisquam*] Conclusio, qua concludit locum de virtute Pompeii.

tris[3] existiment, quis ignorat, cum sciamus, homines in tantis rebus, ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament,[4] opinione non minus famæ, quam aliqua certa ratione commoveri?[z] Quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clarius fuit? cujus res gestæ pares? de quo homine vos,[5] id quod maxime facit auctoritatem, tanta et tam præclara judicia[r] fecistis? 44. An vero ullam usquam[6] esse oram tam desertam putatis, quo non illius diei[7] fama pervaserit, cum universus populus Romanus, referto foro,[s] repletisque[8] [t] omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, unum sibi ad commune omnium[9] gentium[u] bellum Cn. Pompeium imperatorem depoposcit?[10] Itaque, ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum auctoritas[11] valeat in bello; ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum[12] exempla sumantur; qui, quo die[13] a vobis maritimo bello præpositus est imperator, tanta repente[14] vilitas annonæ ex summa inopia et caritate rei frumentariæ[a] consecuta est, unius

[z] *Moveri opinione famæ, et certa aliqua ratione, ut aliquem contemnant aut metuant.* [a] *Frumenti.*

Junt.—2 χ et χ 3 *ministranda.*—3 Taur. *nostris.*—4 Taur. *ut aut metuant, aut oderint, temnant aut con. aut ament.* Tum Taur. et Orell. *non minus et fama,* ut Schutz. conjecerat. Colon. *non minus ac fama.* Porro *aliqua alia rat.* ϐ et Dresd. *alia certa rat.* χ 3. In C *certa* omittitur.—5 *Vos* non est in ς et χ. Dein, Weiske conj. *facit ad auctoritatem.*—6 χ *unquam.* In ς desunt verba *usquam* et *tam desertam.*—7 Pro *diei* ϐ et Dresd. habent *ducis.*—8 C H S ς ϐ χ ψ, Dresd. et Lamb. *completisque.*—9 *Omnium* non est in χ, nec *bellum* in ϐ. —10 *Deposcit* C S ϐ ς: *poposcit* χ.—11 Omnes Mss. et edd. præter Junt. Naug. Cam. Ern. Beck. Weiske et Schutz. ante *auctoritas* inserunt *hujus,* quod Orell. uncis inclusit.—12 ψ *rerum gestarum egr.*—13 C et ϐ *quid quo die;* et ς *maximo bello.* Tum χ et ψ *propositus.*—14 Hittorp. *repentina,* quod Gu-

NOTÆ

[r] *Præclara judicia*] Præclara judicia de Pompeio fecit populus Romanus, cum adhuc equiti triumphus decretus est, et quæstor tantum, cum imperio proconsulis contra Sertorium missus est, et ante omnes gestos magistratus consul declaratus est.

[s] *Referto foro*] Locum comitiorum pro foro ponit, quia ita foro propinquus erat, ut sæpe pro eo nominetur.

[t] *Repletisque*] Circa forum templa fuisse quamplurima Asconius scribit.

[u] *Commune gentium*] Bellum illud contra piratas commune idcirco fuit gentium omnium, quia illi omnibus nationibus erant infesti.

spe[15] et nomine, quantam vix ex summa ubertate[16] agrorum diuturna pax efficere potuisset. 45. Jam, accepta[17] in Ponto calamitate,[x] ex eo prælio, de quo vos paulo ante invitus admonui, cum socii pertimuissent, hostium opes animique crevissent, satis[18] firmum præsidium provincia non haberet;[19] amisissetis Asiam, Quirites, nisi ad id ipsum ejus temporis[b 20] divinitus Cn. Pompeium ad eas regiones[1 y] fortuna populi Romani attulisset. Hujus adventus et Mithridatem insolita[2 z] inflammatum victoria continuit, et Tigranem[a] magnis copiis minitantem Asiæ retardavit. Et quisquam dubitabit,[3] quid virtute profecturus sit, qui tantum auctoritate profecerit?[4] aut quam facile imperio atque exercitu socios et vectigalia conservaturus sit, qui ipso nomine ac[5] rumore defenderit? XVI. 46. Age vero,[b] illa res quantam[6] declarat ejusdem hominis

[b] *Eo ipso tempore.*

lielm. mutat in *repentino*, In Colon. deest *annonæ*, prob. Modio.—15 C H S T, Werd. Erf. Hittorp. cum Græv. Oliv. Lall. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *unius hominis spe.*—16 Ms. ap. Græv. *in summa urb.*—17 Nang. Crat. Hervag. Cam. *Jam vero accepta.*—18 *Et cum satis* Ven. 1480. 1483. Junt. *cum satis* C H S T ψ, Crat. Lamb. Oliv. Lall.—19 ς *non abhorret.*—20 *Nisi ad id ipsum temporis* Lamb. 1566. et Oliv. *nisi ad ipsum ejus temporis* Dresd. et Ven. 1483. *nisi id ipsum ejus temporis* Junt. Crat. *nisi ad ipsum discrimen ejus temporis* Colon. Erf. Græv. Lall. *nisi id ipsum temporis* Garaton. Beck. Weiske, Matthiæ, Mœb. et Orell. *nisi ad id ipsum ejus tempus* Schutz. e conj. *nisi ipsum id temporis* Hervag. Cam. Lamb. et Orell. Vid. Nott. Varr.—1 H *ad has reg.* S *has reg.* omissa præpositione.—2 ς et Colon. *solita:* unde Gulielm. suspicatus est legi debere *solida.* Tum *inflammata* ϑ: *inflammataque* C. M. Ant. Sabellicus in Gruteri Lamp. Crit. t. I. p. 185. *inflatum* legi jubet.—3 C *Et quisque dub.* Orell. conj. *Ecquisnam dub.*—4 Vulg. *perfecturus . . . perfecerit:* H S ς ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Græv. Beck. Schutz. *profecturus . . . profecerit.* Orell. e Ms. ap. Car. Steph. *perfecturus . . . profecerit,* prob. Weiske.—5 Pro verbis *ipso nomine ac* in ς legitur *ipse.*

NOTÆ

[x] *Accepta calamitate*] Cum Triarius a Mithridate victus est: de quo supra.

[y] *Ad eas regiones*] Pamphyliam et Ciliciam, Asiæ Minoris aptissimas provincias ad bellum piraticum gerendum, Pompeius adventu suo confirmavit.

[z] *Insolita*] Vinci, non vincere, solitus fuit Mithridates.

[a] *Tigranem*] Tigranes secutus est redeuntem in Pontum Mithridatem, adversus quem cum Lucullus duceret exercitum, a senatu revocatus est in Italiam.

[b] *Age vero*] Comprobationem amplificat ab exemplis, ut certius Pompeii ostendat auctoritatem.

apud hostes populi Romani auctoritatem, quod ex locis[7] tam longinquis, tamque diversis, tam brevi tempore omnes[8] uni huic se dediderunt? quod Cretensium legati,[9] cum in eorum insula noster[10] imperator[c] exercitusque esset, ad Cn. Pompeium in ultimas prope terras venerunt, eique se omnes[d] Cretensium civitates dedere velle dixerunt? Quid? idem iste Mithridates,[11] nonne ad eundem[12] Cn. Pompeium legatum usque in Hispaniam misit? eumque[13] Pompeius legatum semper judicavit: [*p.* 13.] ii,[14] quibus semper erat molestum,[e] ad eum potissimum esse missum, speculatorem,[c f] quam legatum judicari[15] maluerunt. Potestis igitur jam[16] constituere,[g] Quirites, hanc auctoritatem, multis postea rebus gestis, magnisque vestris judiciis amplificatam, quantum apud illos reges, quantum apud exteras nationes valituram esse existimetis.

[c] *Exploratorem.*

Cap. xvi. 6 ψ *quantum.*—7 H *in locis.* Mox, Vict. *tam diversis.*—8 ς omittit *omnes.* Tum *una* Mss. plerique et edd. ante Græv. qui e Colon. Erf. Werd. cum Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. edidit *uni.* Denique *dederunt* υ ς et χ 3.—9 Colon. *quod communis Cretensium leg.* unde Grut. maluit scribi, *quod a communi Cretensium leg.*—10 T et Lamb. *vester.*—11 T, χ 3, et edd. vett. cum Weiske *idem ipse Mithr.* ς *enim iste Mithr.* υ *idem Mithr.* Colon. *idem isti Mithr.* Orell. e conj. dedit *item ipse Mithr.*—12 In χ deest *eundem.*—13 Colon. Erf. Werd. Græv. Lall. Beck. Matthiæ, Schutz. et Orell. *eum quem:* unde Weiske conj. *eum quidem.*—14 Pro *ii* T, Franc. 2. et ed. 1472. habent *in:* C H S *hi.* Tum *semper* ante *erat* Schutz. et Matthiæ deleverunt auctoritate Colon. et Franc. 1. Conjecit Gulielm. *ii, quibus per erat molestum.*—15 Lamb. et Manut. *judicare.* In ς deest.—16 ς et ed. Vict.

NOTÆ

[c] *Noster imperator*] Metellus intelligitur, qui contra Cretenses bellum gerebat.

[d] *Eique omnes*] Non solum illi piratæ, qui obsidebantur a Metello; sed omnes reliquæ totius insulæ civitates dedere se venienti Pompeio voluerunt. Legimus enimvero apud Livium lib. c. quod Cretenses legatos miserint ad Pompeium, ut eorum civitates deditione reciperet.

[e] *Ii, quibus erat molestum*] Probabile est Metellum et Perpernam designare, quibus molestum erat, cum haberent exercitum in Hispania, non ad se, sed ad Pompeium legatos mitti.

[f] *Speculatorem*] Credibile admodum est, potius speculatorem quam legatum ad Metellum et Perpernam misisse, quia fœdus cum Sertorio Mithridates iniverat.

[g] *Potestis constituere*] Complexio, qua concludit ad illud bellum mittendum esse Pompeium, cum tanta sit illius auctoritas.

47. Reliquum est, ut de felicitate,[17] quam præstare[d h] de se ipso nemo potest, meminisse et commemorare de altero possumus, sicut æquum[18] est homini de potestate Deorum, timide et pauca dicamus.[19] Ego enim sic existimo: Maximo,[i] Marcello,[k] Scipioni,[l] Mario,[m] et ceteris magnis imperatoribus, non solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam, sæpius imperia mandata, atque exercitus esse[20] commissos. Fuit enim profecto quibusdam summis viris quædam ad amplitudinem et gloriam,[1] et ad res magnas bene gerendas divinitus adjuncta fortuna: de hujus autem hominis felicitate, quo de nunc[2] agimus, hac utar moderatione dicendi, non ut[3] in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed ut præterita[4] meminisse, reliqua sperare videamur, ne aut invisa[n] Diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata[5 o] esse videatur. 48. Itaque non sum prædicaturus,[6] Quirites, quantas ille res domi militiæque, terra marique, quantaque felicitate[7] gesserit; ut ejus semper[8] voluntatibus non modo cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam venti[p]

[d] *Prædicare.*

omittunt *jam.* In C *jum constituere* omittuntur.—17 H *felicitate ipsa.* ψ *quamque præst.* Mox in ϑ *commemorasse.*—18 *Æquum* non est in χ. Mox, pro *homini* Lamb. habet *hominem,* non improb. Ern. In C S ϑ ς χ *hominis.*—19 C *dicam.* Pro *enim* ς exhibet *autem.*—20 χ omittit *esse.*—1 Erf. et Dresd. *et ad gloriam;* et sic Lamb. Græv. Lall.—2 χ *quoad nunc:* ψ *quo die nunc.*—3 Pro *non ut* χ habet *ut non.*—4 Octo Oxonn. Mss. *sed ut de præterita.*—5 Heumann. *aut vobis ingrata.*—6 ϑ *non solum prædic.* In octo Oxonn. Mss. et ed. Steph. deest *Qui-*

NOTÆ

[h] *Quam præstare*] Nihil humana felicitate inconstantius est. Unde Seneca in Agamem. 'Nulla longi temporis felicitas.'

[i] *Maximo*] Fabius Maximus cunctando Hannibalem superavit. Is dictator, et quinquies consul fuit.

[k] *Marcello*] Marcellus quinquies consul fuit; Gallos vicit; Insubres reipub. subjecit; Hannibalis exercitum ad Nolam fudit; Syracusas expugnavit.

[l] *Scipioni*] Scipio annos natus viginti quatuor, in Hispaniam cum imperio consulari missus est. Africam vicit, et relata insigni victoria, redire in Africam Hannibalem coëgit. Bis consul fuit.

[m] *Mario*] Marius Jugurtham regem vicit, de quo triumphavit. Teutones, Ambrones, Cimbros funditus delevit. Septies consul fuit.

[n] *Aut invisa*] Oratio invisa Diis esset, si fortunam in potestate Pompeii fuisse diceretur.

[o] *Ingrata*] Si omitterentur beneficia quibus nos affecit.

[p] *Venti*] Nec tam facile piratas

tempestatesque[e q] obsecundarint.[f] Hoc brevissime dicam, neminem unquam tam impudentem[9] fuisse, qui a Diis immortalibus tot et tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas Dii immortales ad Cn. Pompeium detulerunt,[10] quod ut illi proprium ac perpetuum sit, Quirites, cum[11] communis salutis atque imperii, tum ipsius hominis causa (sicuti facitis) velle et[12] optare debetis.

49. Quare cum[r] et bellum ita necessarium sit, ut negligi non possit; ita[13] magnum, ut accuratissime sit administrandum; et cum[14] ei imperatorem præficere possitis, in quo sit eximia[15] belli scientia, singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna; dubitabitis,[16] Quirites, quin hoc tantum boni, quod vobis[17] a Diis immortalibus oblatum et datum est, in rempublicam conservandam atque amplificandam conferatis? XVII. 50. Quodsi Romæ[18] Cn. Pompeius privatus esset hoc tempore; tamen ad tantum bellum is erat deligendus[19] atque mittendus: nunc, cum ad ceteras summas utilitates[20] hæc quoque opportunitas adjungatur, ut in iis ipsis locis[s] adsit, ut habeat exercitum,[t] ut ab iis,[u] qui habent, accipere statim possit; quid expectamus? aut cur non,[1] ducibus Diis immortalibus, ei-

[e] *Serenitates.* [f] *Secundæ fuerint.*

rites.—7 Matthiæ conj. *quanta felic.*—8 In H et ψ *sæpe.*—9 ψ *impudentem.*—10 Novem Oxonn. Mss. et edd. pr. *contulerunt.*—11 C χ et χ 3 *tum.*—12 *Et* ante *optare* in χ 3 deest.—13 ς omittit *ita* ante *magnum.*—14 *Cum* non habet Lamb. In ς legitur *imperatori.* Tum C *perficere.*—15 χ 3 *eximii.*—16 Novem Oxonn. Mss. et nonnullæ edd. vett. *dubitatis.*—17 Mss. plerique et edd. ante Grut. omittunt *vobis.* Dein in χ 3 *ablatum* legitur.

CAP. XVII. 18 In s *repub.*—19 Colon. *adigendus.*—20 H *utilitas.*—1 In ς

NOTÆ

ejecisset Pompeius, nec tam pauco tempore, nisi ventos secundos habuisset.

[q] *Tempestates*] Sæpe pro serenitate 'tempestas' usurpatur. Sic Virgil. Æneid. IX. 'Unde hæc tam clara repente Tempestas?'

[r] *Quare cum*] Brevis velut peroratio, qua tum ex iis omnibus quæ attulit hactenus, tum ex Pompeii virtutibus concludit lege Manilia ad bellum Mithridaticum imperatorem mittendum esse.

[s] *In iis ipsis locis*] Erat tum Pompeius in Asia contra prædones, ubi vicinus erat Mithridati.

[t] *Ut habeat exercitum*] Integrum et florentem exercitum habebat.

[u] *Ut ab iis*] Poterat habere exercitum, tum a Glabrione, cui Lucul-

dem, cui cetera summa cum salute reipublicæ commissa sunt, hoc quoque bellum regium committimus?[2]

51. At enim[x] vir[3] clarissimus, amantissimus reipublicæ, vestris beneficiis amplissimis[y] affectus, Q. Catulus; itemque summis ornamentis[z] honoris, fortunæ, virtutis, ingenii præditus, Q. Hortensius, ab hac ratione[4] dissentiunt; quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimum[5] valuisse, et valere oportere confiteor; sed in hac causa,[6] tametsi cognoscitis[7] auctoritates contrarias virorum fortissimorum et clarissimorum, tamen, omissis auctoritatibus, ipsa re et ratione exquirere possumus[8] veritatem: atque hoc facilius, quod ea omnia, quæ adhuc a me dicta sunt, iidem isti vera esse concedunt, et necessarium bellum esse, et magnum, et in uno Cn. Pompeio summa esse omnia. 52. Quid igitur ait Hortensius? Si uni omnia tribuenda sunt,[9] unum dignissimum esse Pompeium; sed ad unum tamen omnia[a] deferri[10] non oportere. Obsolevit[g] jam ista

[g] *Jam non valet.*

deest *non.*—2 T ϑ χ et optimi Mss. ap. Gruter. *committamus:* Hittorp. *commendamus*, prob. Grut.—3 In ψ legitur *vi.* ϑ ς ψ χ, χ 3, et edd. vett. omittunt *amantissimus.* Mss. nonnulli et edd. ante Grut. exhibent *reip.*, *et vestris benef.* Tum C *amplissimus*, et ϑ χ *effectus.*—4 ϑ *ornatione*: ς hic, et paulo inferius, *oratione.*—5 Verba *locis plurimum* non sunt in ς. Mox, pro *oportere* H et S habent *posse.*—6 In χ deest *causa.*—7 χ *ignoscitis.* Mox *fortiss. virorum et clariss.* edd. ante Lamb. cum Orell. Pro *virorum fortissimorum* ς exhibet *summorum virorum.*—8 ψ *possimus.*—9 C ϑ χ, Beck. Weiske, Schutz.

NOTÆ

lus partem sui dederat, tum ab aliis Romanis qui in vicinis provinciis erant cum imperio.

[x] *At enim*] Sic hanc refutationem aggreditur, ut incipiat a laude Hortensii et Catuli, quorum auctoritatem et dignitatem amplificat, quo se facilius in animos audientium insinuet, et causæ suæ probet æquitatem.

[y] *Beneficiis amplissimis*] Beneficiis amplissimis Catulus ornatus est, quia, populo suffragante, factus est consul cum M. Lepido.

[z] *Summis ornamentis*] Per summa ornamenta, consulatus dignitatem, qua non major erat in urbe, intelligit. Hortensius autem cum C. Cæcilio Metello consulatum gessit.

[a] *Ad unum omnia*] Si Plutarcho credimus, Manilius legem ferebat, ut provincia tota, cui Lucullus præfuerat, omneque illius imperium, Pompeio transmitteretur; adjungeretur etiam Bithynia, quæ Glabrioni obvenerat; totum bellum adversus reges Mithridatem et Tigranem administraret; classem quoque, et copias omnes navales haberet, quas initio belli maritimi habuerat, cum Phrygia, Lycaonia, Galatia, Cappadocia, Cili-

oratio,[11] re multo magis quam verbis refutata. Nam tu idem,[12] Q. Hortensi, multa, pro tua summa copia[b] ac singulari facultate dicendi, et in senatu[13] contra virum fortem[c] A. Gabinium, graviter ornateque dixisti, cum is de uno imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset; [*p.* 14.] et ex hoc ipso loco[d] permulta item contra legem[14] eam verba fecisti. 53. Quid? tum, per Deos immortales! si plus apud populum Romanum auctoritas tua, quam ipsius populi Romani salus et vera[h] causa valuisset, hodie hanc gloriam atque hoc orbis terræ[15] imperium teneremus? An tibi tum imperium esse hoc videbatur, cum populi Romani legati,[16] prætores,[e] quæstoresque capiebantur? cum ex omnibus provinciis commeatu, et privato,[f] et publico, prohibebamur?[17] cum ita clausa[18] erant nobis omnia maria,[g] ut neque privatam rem

[h] *Bona.*

et Orell. *trib. sint.*—10 *Deferre* C: *referre* ϑ et χ.—11 Ven. 1480. Junt. *ratio;* et ita Priscian. p. 872. ed. Putsch.—12 ς *Nam tu quidem.*—13 χ *senatum.*—14 Mss. nonnulli et edd. ante Grut. *idem contra leg.*, omisso *eam.*—15 In ς deest *terræ.*—16 C *cum reip. leg.*—17 C *prohibebantur.*—18 H *cum ista clausa.*

NOTÆ

cia, Colchide superiore, Armenia, una cum exercitu cui Lucullus præerat.

[b] *Summa copia*] Idem Cicero scribit in Bruto Hortensium magna eloquentiæ laude florruisse, atque Asiaticæ dictionis studio inprimis fuisse delectatum; eoque factum, ut adolescens in causis agendis, magis quam senior videretur.

[c] *Contra virum fortem*] Cum Gabinius tribunus plebis legem tulit de belli administratione Pompeio danda, L. Trebellius alter tribunus plebis fortiter intercessit, et senatui promisit moriturum se, potius quam illa lex ferretur: cum autem sic perseveraret, Gabinius tribus intro vocare cœpit, ut Trebellio magistratum abrogaret. Aliquandiu Trebellius ea re perterritus non affuit; persistebat tamen in intercessione: sed posteaquam 7. et 10. tribus rogationem acceperunt, et una mens esset totius populi qui supererat, ut jussum conficeret, remisit intercessionem Trebellius, atque ita lex a Gabinio de piratis persequendis lata est. Ita Asconius. Vocat autem virum fortem Gabinium, quia contra senatus voluntatem et collegæ intercessionem hanc legem tulit.

[d] *Ex hoc ipso loco*] In rostris tum orabat Cicero.

[e] *Prætores*] Jam de his superius, § 11. not.

[f] *Commeatu privato*] Intelliguntur omnia cibaria, quæ ad victum sive exercitus sive populi necessaria sunt. Appianus autem refert, antequam imperium belli piratici Pompeio decerneretur, summam fuisse rei frumentariæ caritatem, et inopiam.

[g] *Clausa maria*] Clausum mare dicitur, cum aut propter tempestates

transmarinam,[19] neque publicam[h] jam obire possemus? XVIII. 54. Quæ civitas antea unquam fuit, (non dico Atheniensium, quæ satis late quondam mare tenuisse[i] dicitur, non Carthaginiensium,[k] qui permultum classe maritimisque rebus valuerunt, non Rhodiorum,[l] quorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis et gloria remansit)[20] quæ civitas antea unquam tam tenuis, quæ[1] tam parva insula fuit, quæ non portus suos, et agros, et aliquam partem[2] regionis atque oræ maritimæ per se ipsa defenderet? At hercle aliquot[3] annos continuos ante legem Gabiniam[4] ille populus Romanus, cujus, usque ad nostram memoriam, nomen invictum in navalibus pugnis[m] permanserat,[5] magna ac multo maxima parte non modo utilitatis,[n] sed dignitatis[o] atque imperii caruit: 55. nos, quorum majores Antiochum regem classe Persenque[6] superarunt,[p] omni-

—19 *Maritimam* C χ et edd. ante Lamb. *marinam* H S ς ψ, Pall. *maximam* T ϑ et χ 3. Ceteri *transmarinam*.

CAP. XVIII. 20 ϑ et Lamb. *permansit*.—1 Octo Oxonn. Mss. omittunt *quæ*.—2 C *reliquam partem*. Mox, in χ deest *oræ*.—3 C et ϑ *aliquos*.—4 *Gabinam* C: *Sabinam* χ.—5 C T ϑ χ 3, Ven. 1483. *permansit*. Mox χ 3 caret *multo*.—6 Al. *Persemque*. Deiu *omnibus et naval.* C: *omnibus naval.* T et χ 3.

NOTÆ

et frigus sæviens, aut propter piratarum pericula tuto navigare non licet.

[h] *Privatam rem, neque publicam*] Neque mercatores navigare neque magistratus in provincias proficisci audebant.

[i] *Mare tenuisse*] Dionysius Hal. Antiq. l. I. refert ita viribus navalibus valuisse Athenienses, ut per annos duodeseptuaginta maris imperium tenuerint.

[k] *Carthaginiensium*] Appianus de iis in Libyco scribit magnam sibi maris partem subjecisse, et in Sicilia, Sardinia, aliisque insulis, quæ in illo mari sunt, ac in ipsa Hispania bellum gessisse, multa in loca colonias misisse, æquavisseque Græcorum potentiam.

[l] *Non Rhodiorum*] Strabo lib. II. de Rhodiis refert, res maritimas inprimis curavisse, quare diu maris imperium tenuerunt, piratas profligando.

[m] *In navalibus pugnis*] Antiochi regis legati a Romanis victi sunt, Livii testimonio, lib. XXXVI. Carthaginienses in primo bello Punico, a Cneo Duillio, deinde ab Attilio Regulo.

[n] *Utilitatis*] Quia vectigalia intercepta sunt.

[o] *Dignitatis*] Captis legatis, et duodecim securibus, de quibus tertium loquitur.

[p] *Persenque superarunt*] Patet de Antiocho, ut jam diximus, sed non de Perse, quod superatus sit: quare aut erravit Cicero, aut de illa victoria omiserunt historici, apud quos nulla illius mentio fit.

busque navalibus pugnis[q] Carthaginienses, homines in maritimis rebus[7] exercitatissimos paratissimosque, vicerunt, ii[8] nullo in loco jam prædonibus pares esse poteramus: nos quoque, qui[9] antea non modo Italiam tutam habebamus, sed omnes socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii[10] salvos præstare poteramus; tum, cum[11] insula Delos,[r] tam procul a nobis in Ægæo Mari posita,[i] quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant, referta divitiis, parva, sine muro, nihil timebat; iidem[12] non modo provinciis, atque oris Italiæ maritimis, ac portubus nostris, sed etiam Appia[13] jam Via[s] carebamus; et his temporibus[14] non pudebat magistratus populi Romani, in hunc ipsum locum[t] escendere, cum eum vobis majores vestri[15] exuviis nauticis et classium spoliis ornatum reliquissent. XIX. 56. Bono te animo tum,[16] Q. Hortensi, populus Romanus, et ceteros, qui erant in eadem sententia,[17] dicere existimavit ea quæ sentiebatis: sed tamen in

[i] *Sita.*

—7 ς *in mar. pugnis.*—8 Goerenz. conjecit *his* legend.—9 Vulg. *nos quoque qui.* Junt. omittit vocem *quoque*, quam e conj. Ernesti deleverunt Weiske, Schutz. et Orell. Goerenz. mavult *nosque, qui.* Quidam, teste Orell. conj. *nos, inquam, qui.*—10 ς *vestri imp.*—11 C *tam cum.* In ω deest.—12 ω *iisdem.* —13 C non agnoscit *Appia.*—14 C et ς *ex his temp.* Tum *nonne pudebat* Colon.—15 ς χ *nobis;* et S T ς χ *majores nostri.* Pro *exuviis* in ψ *eximiis.*

CAP. XIX. 16 Pro *tum,* quod in χ 3 deest, S et ς exhibent *tamen.*—17 C

NOTÆ

[q] *Omnibus navalibus pugnis*] 1. Siciliam Carthaginiensibus Romani ademerunt. 2. Sardiniam. 3. Secundo bello Punico Hispaniam; atque per id tempus, dum Hannibal Italiam, P. Scipio Libyam populabatur: adeo ut Romani stipendium Carthaginiensibus imperarint. Tandem post annos quinquaginta postremum bellum exortum est, in quo Scipio minor Carthaginem evertit.

[r] *Delos*] Delos mercibus celebris fuit, et commoda in Asiam ex Italia et Græcia navigantibus, ut Strabo scribit lib. x. Geogr.

[s] *Appia Via*] Appia Via ab Appio Claudio censore dicta est, qui Cæcus nuncupatus est. A porta autem Capena usque ad urbem Capuam, ut ait Frontinus in libro de Aquæductu, tum Brundisium usque lapidibus strata est: hac autem caruisse pop. Rom. dicit, quia ea pars, quæ ad mare vergebat, prædonibus infestabatur.

[t] *Hunc ipsum locum*] Id est, in rostra. Oratores ex rostris navium dicebant ad populum. Livius lib. VIII. docet sub rostris partem inferiorem fuisse, unde privatis loqui fas erat.

salute communi idem populus Romanus dolori suo maluit, quam auctoritati vestræ[18] obtemperare. Itaque una lex, unus vir, unus annus,[19] non modo nos illa miseria ac turpitudine liberavit; sed etiam effecit, ut aliquando vere[20] videremur omnibus gentibus ac nationibus terra marique imperare. 57. Quo mihi etiam[1] indignius videtur obtrectatum[k] esse adhuc,[2] Gabinio dicam, anne Pompeio, an utrique? (id quod est verius) ne legaretur A. Gabinius[u] Cn. Pompeio expetenti ac postulanti. Utrum ille,[3] qui postulat legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus non est, qui impetret,[4] cum ceteri ad expilandos socios[x] diripiendasque provincias, quos voluerunt, legatos eduxerint;[5] an ipse, cujus lege salus ac dignitas populo Romano[6] atque omnibus gentibus constituta[7] est, expers esse debet gloriæ ejus imperatoris atque ejus exercitus, qui consilio ipsius atque periculo est constitutus? 58. An C. Falcidius,[8] Q. Metellus, Q. Cœlius Latiniensis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris causa nomino, cum tribuni plebis fuissent, anno proximo[y] legati esse potuerunt; [*p.* 15.] in hoc uno Gabinio[9] sunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod

[k] *Contradictum.*

in eadem summa.—18 χ *auct. nostræ.*—19 C υ et χ 3 *unus animus.* Tum *non modo vos* C T χ 3, Ven. 1480. et 1483. Denique χ 3 *mis. aut turp.*—20 υ non habet *vere.* In Ms. Colon. legitur *videremini.*—1 C *Quomodo etiam.*—2 Idem Ms. *ad hæc.* Dein *Gabino* υ et ς: *Gabinione* Mss. Lambini.—3 χ 3 *expectanti ac post. Verum ille.*—4 H et S *imperet.*—5 *Eduxerit* C: *eduxerunt* ς: *adduxerunt* χ 3.—6 C *populi Rom.*—7 Heumann. mavult *restituta.* Mox, in Erf. *ejus gloriæ atque imp.*—8 ς, Ven. 1483. Junt. Lamb. *Cn. Falcidius*: ψ *Cn. Falsidius.* Mox *Q. Cecilius* C H: *Q. Cæcilius* Pal. 3. 5. 6. Porro *Latinenses* C χ: *Lactiniensis* T: *Latinensis* ψ: *Lateriensis* Mss. ap. Ursin. *Latiensis* Colon. *Laterinensis* Pal. 5. 6. *Laterensis* conj. Ursinus.—9 Nomen *Gabinio* Hen-

NOTÆ

[u] *Ne legaretur A. Gabinius*] Postulavit sibi legatum Gabinium Pompeius, qui ipsi denegatus est. Mittebantur autem legati vel a senatu, vel a populo, quia sumtibus publicis mittebantur.

[x] *Ad expilandos socios*] Eos designat, qui dividunt magistratibus pecuniam, ut idonei sibi legati seligantur; nisi etiam Lucullum indicet, quem hic sæpe pungit.

[y] *Anno proximo*] Qui tribuni fuerant, non poterant esse legati, nisi post annum, iis imperatoribus qui per eorum tribunatum delecti fuerant. Probat tamen multorum exemplo, qui aliquando legati anno proximo iis imperatoribus missi sunt, quos ipsi lege lata mittendos esse censuerant.

lege Gabinia geritur,[10] in hoc imperatore atque exercitu, quem per se ipse[11] constituit, etiam præcipuo jure esse deberet?[12] de quo legando spero consules ad senatum relaturos: qui si dubitabunt, aut gravabuntur;[l] ego me[13] profiteor relaturum;[z] neque me impediet cujusquam, Quirites,[14] inimicum edictum, quo minus, fretus vobis, vestrum jus[a] beneficiumque defendam: neque, præter intercessionem,[b] quicquam audiam;[15] de qua (ut arbitror) isti ipsi,[16] qui minantur, etiam atque etiam, quid liceat,[17] considerabunt. Mea quidem sententia, Quirites, unus A. Gabinius, belli maritimi[18] rerumque gestarum auctor, comes Cn. Pompeio ascribitur; propterea quod alter uni id bellum[19] suscipiendum vestris suffragiis detulit; alter delatum susceptumque confecit.

[l] *Facient moleste.*

mann. censet ab interprete esse margini ascriptum.—10 In Ms. Hittorp. *gereretur*, prob. Gulielm.—11 *Quem per vos ipse* e Colon. et Werd. dederunt Græv. Beck. Schutz. et Orell. In Ms. Dresd. *quem post per se ipse.*—12 Dresd. *debebat*, non improb. Orell. Mox *ϑ legendo.*—13 Schutz. edidit *memet* e conj. Goerenzii ad Acad. II. 16.—14 *Quirites* non est in χ et Erf. Pro *cujusquam*, quod in H T ϑ, χ 3, Crat. Hervag. Cam. deest, S habet *enim;* C, Ven. 1480. et 1483. *ejus.* Pro *inimicum* Sabellicus in Gruteri Thes. Crit. t. I. p. 185. scribi jusserat *iniquum*, prob. Gulielm. Dein ψ *editum.* In Ms. Hittorp. sic legitur, *neque me imp. cujusquam iniquitas.*—15 C H S T ψ *audeam.*—16 Weiske conj. *ipsa isti.* Dein *qui minitantur* e Ms. edidit Gulielm.—17 Mss. nonnulli et Ven. 1483. Nang. Manut. Lamb. Grut. Oliv. Lall. *qui id liceat.*—18 ς *belli maximi.* Dein verba *auctor, comes* in Dresd. Franc. 2. Pall. Lambinianis, octo Oxonn. Mss. et edd. vett. desunt. Pro his verbis ψ exhibet *socius vel pæne par.* In Mss. nonnullis et edd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. *rer. gest. Cn. Pompeio ascribitur.* Matth. Mœb. et Orell. *rer. gest. Cn. Pompeio socius ascribitur;* et sic Colon. et Erf. unde Græv. dedit *rer. gest. auctor, Cn. Pompeio socius ascr.* 'Memmius, Auratus, Schottus Nod. Cicer. I. 2. deleri jusserunt vocab. *auctor:* mihi vero rectius deleri vocab. *comes* vel *socius* videtur.' *Beck.* Weiske conj. *ascribetur* legend. Vulg. ut Ern.—19 C H S T, Ven. 1483. Junt. Lamb. *illud bellum.*

NOTÆ

[z] *Ego me relaturum*] Non cuilibet jus erat habendi senatum, sed tantum dictatoribus, consulibus, prætoribus, tribunis plebis, urbis præfecto; quanquam nec fas fuit illis minoribus magistratibus petere, quando in urbe consules aderant. Vide A. Gell. XIV. 4.

[a] *Vestrum jus, &c.*] Nam tribuni plebis, qui tulerant legem de imperio alicui committendo, postquam magistratu suo defuncti erant, legati dari illi imperatori solebant, qui populi beneficio ad hanc dignitatem evectus fuisset.

[b] *Præter intercessionem*] Varro lib.

XX. 59. Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate et sententia dicendum[20] esse videatur: qui cum ex vobis quæreret, si in uno Cn. Pompeio omnia poneretis, si quid eo[1] factum esset,[n c] in quo spem essetis habituri; cepit magnum suæ virtutis fructum, ac dignitatis, cum omnes prope una voce, in eo[2] ipso vos spem habituros esse dixistis.[o] Etenim talis est vir, ut nulla res tanta sit ac tam difficilis, quam ille non et consilio regere,[3] et integritate tueri, et virtute conficere possit: sed in hoc ipso ab eo[4] vehementissime dissentio, quod, quo minus certa est[5] hominum ac minus diuturna vita, hoc magis respublica, dum per Deos immortales licet,[p] frui debet summi hominis[6] vita atque virtute. 60. At enim nihil novi[7] fiat contra exempla atque instituta majorum. Non dico hoc loco, majores nostros[8] semper in pace[d] consuetudini, in bello utilitati paruisse; semper ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accommodasse: non dicam, duo bella

[n] *Si contingeret eum mori.*
[o] *Respondistis.*
[p] *Dum immortales Dii permittunt.*

CAP. XX. 20 Excerpta Pithœi omittunt *dicendum.*—1 Octo Oxonn. Mss. et edd. ante Lamb. cum Heumann. Matth. Mœb. *si quid de eo.*—2 Lamb. e conj. cum Weiske et Matth. deleverunt *eo*, quod Orell. uncis includit, notans locum esse corruptum. Mox, in ϑ *esse* omittitur.—3 χ 3 *quam illam non ex cons.* et S *gerere.*—4 C caret *ab eo.*—5 Idem Ms. omittit *est.*—6 Gulielm. ex Werd. et Hittorp. dedit *summi viri.*—7 *At enim, inquit, novi nihil* Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. *At enim, inquiunt, nihil novi* Dresd. In ϑ pro *enim* est *etiam.* Gulielm. e suis Mss. dedit *At enim ne quid novi.* Beck. et Weiske, auctoritate Mstorum H S T ϛ χ, χ 3, ψ, receperunt *At enim, inquit,*

NOTÆ

XIV. apud A. Gellium docet intercedendi ne senatusconsultum fieret, jus fuisse iis solis qui eadem potestate, qua ii qui senatusconsultum facere vellent, aut majore, essent.

[c] *Si quid os factum* [*Si quid de eo factum*] *esset*] Refert Plutarchus, cum Catulus multa honorifice de Pompeio apud populum, atque conservandum, nec temere periculis objiciendum esse talem virum diceret; quia neminem alium habebat quem mitteret, si semel esset amissus; una voce respondisse, 'Teipsum:' quare destitisse Catulum.

[d] *Semper in pace*] Refertur de Mario apud Valerium Max. quod, &c. cum præter fœderis leges duas cohortes civitate donasset, atque propterea argueretur, responderit, se inter armorum strepitum verba juris civilis audire non potuisse.

maxima, Punicum et Hispaniense,[e] ab uno imperatore esse confecta; duas urbes[9] potentissimas, quæ huic imperio maxime minabantur,[10] Carthaginem atque Numantiam, ab eodem Scipione[11] esse deletas: non commemorabo, nuper ita vobis patribusque vestris esse visum, ut in uno C. Mario[f] spes imperii poneretur, ut idem cum Jugurtha,[g] idem cum Cimbris,[h] idem cum Theutonis[i] bellum administraret: 61. in ipso Cn. Pompeio, in quo novi constitui nihil vult Q. Catulus, quam multa sint nova, summa Q. Catuli voluntate[12] constituta, recordamini. XXI. Quid enim[13] tam novum, quam adolescentulum,[k] privatum, exercitum difficili reipublicæ tempore conficere?[q] confecit.[14] Huic præesse? præfuit. Rem optime ductu suo gerere? gessit.[15] Quid tam præter consuetudinem, quam homini peradolescenti, cujus a senatorio gradu[16] ætas longe abesset,[l] imperium atque exercitum

[q] *Cogere exercitum tempore bellorum civilium reipub.*

nihil novi.—8 χ 3 *moj. vestros.*—9 H S ς χ ψ, Erf. cum Græv. et Schutz. *duasque urbes.*—10 In C H S ʁ ς χ ψ, Erf. *minitabontur,* quod Græv. Beck. et Orell. dederunt.—11 Heumann. de Lambini sententia delevit *Scipione.* Matthiæ uncis inclusit.—12 Mss. nonnulli et edd. ante Græv. *summoque Catuli vol.* Pro *voluntate* in χ *auctoritote.*

CAP. XXI. 13 Novem Oxonn. Mss. et edd. pleræque ante Lamb. non agnoscunt *enim,* quod Orell. uncis includit.—14 Pro *confecit* in C et ʁ legitur *et fecit.*—15 χ *ductu suo regere: rexit.*—16 C et ʁ *cui a senotoris gradu.*—

NOTÆ

[e] *Punicum et Hispan.*] Pub. Scipio Æmilianus, cum tantum ædilitatem peteret, et ante decem annos fieri consul non posset, extra leges consul factus est, et in Africam missus, ubi Carthaginem delevit. Deinde a senatu populoque Rom. præter leges, quibus cautum erat ne quis ante decem annos post gestum consulatum fieret consul, iterum vel invitus creatus est; et anno quartodecimo post excisam Carthaginem, Numantiam cepit.

[f] *Ut in uno C. Mario*] Mario per plures annos prorogatus est consulatus; nam septimum consul fuit.

[g] *Cum Jugurtho*] Jugurtham vicit Marius, et duxit in triumphum cum duobus filiis, qui omnes in carcere postea necati sunt.

[h] *Cum Cimbris*] Cimbri sæpissime Romanos exercitus vicerunt, captis eorum ducibus: at quos Marius tandem duobus præliis fudit, in quibus cæsa sunt hostium ducenta millia, et capta nonaginta.

[i] *Cum Theutonis*] Theutonis post victoriam Cimbri se junxerunt; sed tam gloriose eos Marius superavit, ut cæsa tradantur centum quadraginta millia, capta sexaginta.

[k] *Adolescentulum*] Viginti tantum tres annos natus erat, cum in agro Piceno tres comparavit legiones; de quo jam supra.

[l] *Ætas longe abesset*] De eo scribit

dari? Siciliam permitti, atque Africam,[m] bellumque in ea administrandum? fuit in his provinciis singulari innocentia, gravitate, virtute: bellum in Africa maximum confecit; victorem exercitum deportavit.[r] [17] Quid vero tam inauditum, quam equitem Romanum triumphare?[n] at eam quoque [18] rem populus Romanus non modo vidit,[o] sed etiam omni studio [19] visendam et concelebrandam putavit. 62. Quid tam inusitatum,[20] quam ut,[1] cum duo consules[p] clarissimi fortissimique essent, eques Romanus ad bellum maximum formidolosissimumque[2] pro consule[q] mitteretur? missus est. Quo quidem tempore, cum esset nonnemo in senatu, qui diceret, 'Non oportere mitti hominem privatum pro consule;' L. Philippus[3][r] dixisse dicitur, 'Non se illum sua sententia pro consule, sed pro consulibus mittere.' Tanta in eo reipublicæ[4] bene gerendæ[5] spes constituebatur, ut duorum consulum munus unius adolescentis virtuti committeretur. Quid tam singulare, quam ut ex senatuscon-

[r] *Conduxit.*

17 Edd. vett. paucæ *reportavit.*—18 *Ait eam quoque* C: *atque ea quoque* H: *atque eam quoque* S ς et χ 3: *aut quoque* ϑ. Dein H S et ς omittunt *Romanus.* Porro *vidit* non est in C.—19 *Omnium studio* χ ψ, Dresd. Erf. Pall. *omni cum studio* C H S: *sed omnium etiam studio* Werd. et Græv. *omni studio,* vel *studio omni,* ceteri. Dein vulg. *visendam put.* Verba *et concelebrandam* e Colon. et Erf. addidit Græv. quem Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. sequuntur.—20 ϑ *Quid rem inusitatam.*—1 C T ϑ χ et χ 3 omittunt *ut.*—2 ς *formidolosum:* χ *formidolosumque.*—3 C *Philippum.*—4 In ς deest *reipublicæ.*—

NOTÆ

Plutarchus, quod facile in senatum potuisset ascribi ante ætatem; sed sibi gloriosius duxisse, si tantum eques triumpharet.

[m] *Siciliam atque Africam*] De his jam superius § 30. not.

[n] *Triumphare*] Triumphavit idcirco, ut ex Floro patet, quod in Africa Domitium proscriptum, et Hiericam regem Numidarum victor interfecit.

[o] *Non modo vidit*] Vidit rem in Pompeio novam prorsus; quod eques ea ætate triumpharet, cum id gloriæ tantum aut consuli, aut saltem senatori deferretur.

[p] *Duo consules*] Appianus Lepidum et Catulum consules nominat.

[q] *Pro consule* [*proconsule*] Proconsules non ii tantum dicebantur, qui post gestum consulatum in provincias summo cum imperio; sed etiam ii qui pro consulibus mittebantur: unde illæ provinciæ consulares appellatæ sunt, sive prætoriæ, quando in easdem prætores mittebantur.

[r] *L. Philippus*] Philippus senator fuit magnæ auctoritatis.

sulto legibus solutus,[s] consul ante fieret, quam ullum alium[6] magistratum[s] per leges capere licuisset?[t][7] quid tam incredibile, quam ut iterum eques Romanus ex senatusconsulto triumpharet?[t] [*p.* 16.] quæ in omnibus hominibus nova post hominum memoriam constituta sunt, ea tam multa non sunt, quam hæc, quæ in hoc[8] uno homine vidimus. 63. Atque hæc tot exempla, tanta, ac tam nova, profecta[9] sunt in eundem hominem a Q. Catuli[10][u] atque a ceterorum ejusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate.

XXII. Quare videant, ne sit periniquum[11] et non ferendum, illorum auctoritatem de Cn. Pompeii[12] dignitate a vobis comprobatam[x] semper esse; vestrum ab illis de eodem homine[13] judicium, populique Romani auctoritatem improbari; præsertim cum jam suo jure populus Romanus in hoc homine suam auctoritatem vel contra omnes, qui[14] dissentiunt, possit defendere; propterea quod, istis reclamantibus,[15][y] vos unum illum[16] ex omnibus delegistis,

[s] *Dispensatus.* [t] *Suscipere magistratum gerendum.*

5 χ *regendæ.* Mox *unius* non est in ϐ.—6 C *consul an fieret, quam nullum alium.* Pro *ullum* in ς legitur *illum.*—7 Pro *licuisset* in ς *potuisset.* Mox C *quam incredibile,* omisso *tam.* Dein pro *iterum* H S et ς exhibent *ter.*—8 *Hoc* ante *uno* in χ 3 deest. Tum octo Oxonn. Mss. *videmus.*—9 C H S χ ψ *perfecta.*—10 Mss. plerique et edd. ante Lamb. *a Q. Catulo.*

CAP. XXII. 11 ς *ne sit propinquum.*—12 In eodem Ms. *de Cn. Pompeio,* omisso *dignitate.*—13 ϐ caret *homine.*—14 H *contra eos qui.* Ern. conjecit *dissentiant* legend. esse.—15 Matthiæ et Orell. e Werd. Hittorp. Erf. ediderunt *iisdem istis reclam.*—16 *Illum* in ϐ deest. ς χ omittunt *ex omnibus.*—

NOTÆ

[s] *Ullum magistratum*] Primus magistratus quæstura fuit; nam adolescentuli quæstores fiebant; quare Cic. in lib. II. ad Fam. 'Quæstorem Cœlium præposui provinciæ. Puerum? inquies. At quæstorem,' &c.

[t] *Iterum triumpharet*] De Sertorio triumphavit, cum prius jam de Domitio et Hierica triumphasset.

[u] *A Q. Catuli* [*A Q. Catulo*] Catulus cum aliis senatoribus Pompeium tantis his honoribus decorandum censuerat.

[x] *A vobis comprobatam*] Comprobavit populus Rom. senatusconsulta, quibus triumphus Pompeio decernebatur. Populus autem Rom. suos habebat magistratus, nempe tribunos, ad quos decreta senatus examinanda deferebantur; quæ si improbassent, rata non habebantur; sin autem, admittebantur.

[y] *Istis reclamantibus*] Cum invito senatu, lege Gabinia imperium belli contra prædones Pompeio delatum est, Hortensius, Catulus, aliique reclamarunt.

quem bello prædonum[17] præponeretis. 64. Hoc si vos[18] temere fecistis, et reipublicæ parum consuluistis; recte isti studia vestra suis consiliis[z] regere conantur: sin autem vos plus tum[19] in republica vidistis; vos, his repugnantibus,[20] per vosmetipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi[1] terrarum attulistis: aliquando isti principes, et sibi, et ceteris, populi Romani universi auctoritati[2] parendum esse fateantur. Atque in hoc bello Asiatico et regio,[a] non solum militaris illa virtus, quæ est in Cn. Pompeio singularis, sed aliæ quoque virtutes[3] animi multæ et magnæ requiruntur. Difficile est in Asia, Cilicia, Syria,[4] regnisque interiorum nationum ita versari vestrum[5] imperatorem, ut nihil aliud, quam de hoste ac de laude,[6] cogitet. Deinde etiamsi qui sunt[7] pudore ac temperantia moderatiores;[8] tamen eos esse[9] tales, propter multitudinem cupidorum hominum, nemo arbitratur.[10] 65. Difficile est dictu, Quirites, quanto in odio simus apud exteras nationes, propter eorum, quos ad eas[b] per hos annos[11] cum imperio misimus, injurias ac libidines. Quod enim fanum putatis[12] in illis terris nostris[13] magistratibus religiosum, quam civitatem sanctam,[c] quam domum satis clausam ac munitam fuisse? Urbes

17 *Prædonum* non est in *s*.—18 χ *Quod si vos*.—19 χ caret *tum*.—20 Ms. ap. Græv. *ipsis repugn*.—1 C *orbis*.—2 Pro *auctoritati* idem Ms. habet *dignitati*, et χ 3 *auctori*. Dein C *fateatur*.—3 χ *aliæ quæque virt*.—4 *Cilicia, Scythia, Syria* S: *Cilicia, Sithia* χ et Mss. ap. Græv. *Cilicia, Lycia, Syria* Naug. Hervag. Lamb. Mox, pro *interiorum* S et Ven. 1483. habent *exteriorum; s inferiorum;* H ψ, χ 3, Naug. Hervag. Lamb. *exterarum*. Pro *nationum* in C legitur *natione*.—5 H S *s* χ *nostrum*.—6 *Quam de hoste ac laude* Mss. quidam et edd. vett. In Erf. *nisi de laude*.—7 ς omittit verba *si qui sunt*.—8 C *moderatores*.—9 In H et S deest *esse*.—10 Edd. nonnullæ *arbitrabatur*.—11 Loco verborum *per hos annos* novem Oxonn. Mss. et edd. vett. exhibent *hoc anno*. Pro *imperio* in ς *imperatore*. Tum χ *misimus in inj. ac libid*.—12 C S *s* ψ

NOTÆ

[z] *Suis consiliis*] Jus suffragii senatores non habebant, sed tantum orationes ad populum habere poterant, ut aliquid vel suaderent, vel dissuaderent: quare studia populi suis studiis regebant.

[a] *Regio*] Gestum cum Mithridate et Tigrane bellum regium appellat.

[b] *Quos ad eas*] Forte Glabrionem designat, qui Lucullo successit.

[c] *Sanctam*] Sacræ res apud jurisconsultos dicuntur, quæ rite per pontifices Deo consecratæ sunt; veluti ædes sacræ, donaria templis dicata, muri et portæ civitatis.

jam locupletes[d] ac copiosæ[14] requiruntur,[u] quibus causa belli propter diripiendi cupiditatem[15] inferatur. 66. Libenter hæc[16] coram cum Q. Catulo et Q. Hortensio disputarem, summis et clarissimis viris: noverunt enim sociorum vulnera; vident[17] eorum calamitates; querimonias audiunt. Pro sociis vos contra hostes exercitum mittere putatis, an hostium simulatione, contra socios atque amicos? quæ civitas est in Asia, quæ non modo imperatoris,[18] aut legati, sed unius tribuni militum animos ac spiritus[19] capere[x] possit? XXIII. Quare, etiamsi quem habetis, qui collatis signis[y] exercitus regios superare posse videatur; tamen, nisi erit idem, qui[20] se a pecuniis sociorum, qui ab eorum conjugibus ac liberis, qui ab ornamentis fanorum atque oppidorum,[1] qui ab auro gazaque[2] regia,[e] manus, oculos, animum cohibere possit; non erit idoneus, qui ad bellum Asiaticum regiumque mittatur. 67. Ecquam[3] putatis civitatem pacatam fuisse, quæ locuples sit? ecquam esse locupletem, quæ istis pacata esse videatur? Ora maritima, Quirites,[4] Cn. Pompeium non solum propter rei militaris gloriam, sed etiam propter animi continentiam requisivit.[z] Videbat enim populum Rom.[5] non locupletari[f]

[u] *Inquiruntur.* [x] *Continere et satiare.* [y] *De pugna data.*
[z] *Quæsivit studiose.*

putetis.—13 H S ς, χ 3, Ven. 1483. Junt. *vestris.*—14 T, Ven. 1483. Junt. Lamb. *locupl. ac cop.* Pro *requiruntur*, quod in C deest, T habet *relinquuntur.* —15 Hittorp. *facultatem*, prob. Grut.—16 T ϐ et χ 3 *hoc.* ς, Crat. Lamb. omittunt *cum.*—17 In C *viderunt.*—18 Mss. pauci et edd. vett. *unius imperatoris.*—19 Pro *spiritus* octo Oxonn. Mss. et edd. vett. exhibent *spem.*

CAP. XXIII. 20 ς *nisi is erit idem, qui:* Lamb. *nisi idem erit is, qui.* Heumann. *se* deleri vult.—1 Mss. plerique et edd. ante Grut. omittunt verba *qui ab ornam. fanorum atque oppid.*—2 C *gaza*, omissa copula.—3 Hic et paulo infra C et ς habent *Et quam.*—4 In C T ϐ ς et χ 3 deest *Quirites.*—5 *Videbat enim populus Romanus* Crat. Græv. Oliv. Lall. *videbant enim prætores locupl.* Colon. Erf. Werd. Grut. *videbat enim P. R. locupletari* Pal. 1. et 6. In Mss.

NOTÆ

[d] *Urbes jam locupletes*] Urbes ab avaris magistratibus inquirebantur, ut belli occasionem haberent, et eas hostiliter diriperent.

[e] *Gaza regia*] Mithridatis et Tigranis pecunias intelligit; monetque imperatorem, qui ab iis animum avocare possit, seligendum esse, qualis est Pompeius.

[f] *Non locupletari*] Pecunia ab hos-

quotannis pecunia publica, præter paucos;[g] neque nos[6] quicquam aliud assequi classium nomine,[a] nisi ut, detrimentis accipiendis, majore affici turpitudine videremur. Nunc, qua cupiditate homines in provincias, quibus jacturis,[7] quibus conditionibus proficiscantur,[8] ignorant videlicet isti, qui ad unum deferenda esse omnia non arbitrantur?[9] quasi vero Cn. Pompeium non cum suis virtutibus, tum etiam alienis vitiis[h] magnum esse videamus. 68. Quare nolite dubitare, quin[10] huic uni credatis omnia, qui inter annos tot[11][b] unus inventus sit, quem socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant.[12] [*p.* 17.] Quodsi auctoritatibus hanc causam,[13] Quirites, confirmandam putatis; est vobis auctor, vir[14] bellorum omnium maximarumque rerum peritissimus, P. Servilius;[i] cujus[15] tantæ res gestæ terra marique extiterunt, ut, cum de bello deliberetis,[16] auctor vobis gravior esse nemo debeat:[17] est C.

[a] *Quod præfecti sint exercitui navali.*
[b] *A tot annis.*

plerisque *Po. Ro.* Ceteri ut Ern.—6 Octo Oxonn. Mss. et edd. ante Lamb. *neque eos.*—7 Colon. *quibus injuriis.* Nonnemo legi voluit *quibus vasariis.*—8 ς *proficiscuntur.* Pro *videlicet* in C legitur *ut.*—9 Post *arbitrantur* S T et Heumannus non interrogationis notam, sed punctum ponunt. Pro *Quasi* ς habet *Quare.* In χ 3 deest *non* post *Pompeium.*—10 Lamb. *dubitare, Quirites, quin.*—11 Lamb. conj. *inter tot annos.* Schottus *annos* deleri voluit, prob. Grævio.—12 Pantagathus suspicatus est, totum locum a verbis *Atque in hoc bello* § 64. usque ad *venisse gaudeant,* quæ in cod. Victor. sunt uncinis inclusa, esse additamentum ex aliqua declamatione desumtum.—13 ς *Quod sic auct. habeat causam.*—14 Pro *vir* in H et S *jure.*—15 χ 3 *P. Servilius Isauricus: cujus, &c.* Pro *tantæ res gestæ* C habet *res antegestæ;* ʒ *ante res.*—16 C et ʒ *deli-*

NOTÆ

tibus detracta ab imperatoribus in ærarium publicum deferebatur Romam; quare cum illis quæstores mittebantur, ut rem pecuniariam administrarent, et prædam in publicas rationes referrent.

[g] *Præter paucos*] Imperatores prædas illas et pecuniam sibi per summam rapinam vindicabant, cum in illas exteras regiones mittebantur.

[h] *Tum alienis vitiis*] Summa laus Pompeii, qui continens est et innocens, ubi omnes alii et avaritia et incontinentia famosi sunt.

[i] *P. Servilius*] Servilius post Antonium ad bellum piraticum missus est contra prædones, quos non incruenta victoria superavit; sed nec eos mari submovisse contentus, validissimas urbes eorum, et diutina præda abundantes Phaselim, et Olympum, Isauronque ipsam arcem Ciliciæ evertit. Conscius sibi tam magni laboris, Isaurici cognomen adamavit. Vide Florum in Epist. Justin. lib. XL.

Curio,[k] summis vestris beneficiis,[18] maximisque rebus gestis, summo ingenio et prudentia præditus: est Cn. Lentulus,[l] in quo omnes, pro amplissimis vestris honoribus, summum consilium, summam gravitatem [19] esse cognoscitis: est C. Cassius,[m] integritate, virtute, constantia singulari. Quare videte, ut [20] horum auctoritatibus,[u] illorum orationi, qui dissentiunt, respondere posse videamur.[1]

XXIV. 69. Quæ cum ita sint, C. Manili,[n] primum istam tuam et legem, et voluntatem, et sententiam laudo, vehementissimeque comprobo: deinde te hortor,[2] ut, auctore populo Romano, maneas in sententia, neve cujusquam vim aut minas pertimescas. Primum in te satis esse animi perseverantiæque [3] arbitror: deinde cum tantam multitudinem cum tanto studio adesse videamus, quantam [4] nunc iterum in eodem homine præficiendo [5] videmus; quid est, quod aut de re, aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego autem, quicquid in me est studii, consilii, laboris, in-

[u] *Per auctoritates eorum.*

beraretis: χ *dubitaretis.* Heumann. maluit *deliberatis.*—17 χ 3 *debet.*—18 Post *beneficiis* Lambinus addidit *usus.* In Colon. paulo post, est *maximis rebus:* unde Grut. conjecit esse legendum, *summis vestris benef. maximus, maximus reb. gestis.*—19 α χ *summa gravitate.* Tum χ *cognoscetis.* Matthiæ et Orell. ex Erf. dederunt *cognovistis.*—20 *Videte num* S ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Schutz. Matth. et Orell. *videte utrum* χ et χ 3. *videte an* α.—1 Franc. 1. *videami:* unde Græv. conj. *videamini.*

CAP. XXIV. 2 χ 3 *deinde etiam hortor.* Tum Ms. teste Grævio, *auctoritate Populo Romano.*—3 Mss. plerique et edd. ante Grut. cum Heumanno *constantiæque.*—4 Pro *quantam* in H et S *quanta.* Dein *non iterum .... videmus* Dresd. *non iterum .... vidimus* Mss. plerique et edd. ante Græv. cum Oliv. Ceteri ut Ern. In Franc. 2. desunt verba *quantam ... videmus,* quæ Matthiæ uncis inclusit. Pro *præficiendo* in χ *proficiendo;* ψ *perficiendo.*—

NOTÆ

[k] *Est C. Curio*] Curio fuit consul cum Cn. Octavio, qui proconsul Dardanos superavit.

[l] *Cn. Lentulus*] Lentulus Luculli collega in consulatu cum Spartaco confixit.

[m] *Est C. Cassius*] Ad hunc Cassium Ciceronis epistolæ sunt lib. XV. ad Fam.

[n] *Manili*] Lex illa non parum displicuit viris bonis, tum quia publica libertas lædi videbatur, si uni totum imperium belli concederetur; tum quia Lucullus rerum gestarum suarum gloria privabatur. Multi quidem obsistere huic legi conabantur, sed plebis metu nemo præter Catulum intercessit. Plutarch. in vita Pomp.

genii, quicquid hoc beneficio populi Romani, atque hac[6] potestate prætoria, quicquid auctoritate, fide, constantia possum; id omne ad hanc rem conficiendam, tibi et populo Romano polliceor ac defero.[7] 70. Testorque omnes Deos, et eos maxime, qui huic loco[o] temploque[p] præsident, qui omnium mentes eorum, qui ad rempublicam adeunt, maxime perspiciunt,[8] me hoc neque rogatu facere cujusquam, neque quo Cn. Pompeii gratiam mihi per hanc causam[9] conciliari putem,[10] neque quo mihi ex cujusquam amplitudine, aut præsidia periculis, aut adjumenta honoribus[q] quæram: propterea quod pericula facile, ut[r] hominem[11] præstare oportet, innocentia tecti[12] repellemus: honores autem neque ab uno, neque ex hoc loco,[13] sed eadem nostra illa laboriosissima ratione vitæ,[r] si vestra voluntas feret,[14] consequemur. 71. Quamobrem, quicquid in hac causa mihi susceptum est, Quirites,[15] id omne me reipublicæ causa suscepisse confirmo:[y] tantumque abest, ut aliquam bonam gratiam mihi[16] quæsisse videar, ut multas etiam simultates,[17] partim obscuras, partim apertas intelligam,[18] mihi non necessarias,[s] vobis non inutiles,[t] susce-

[x] *Quatenus.* [y] *Affirmo.*

5 Ms. ap. Græv. *reficiendi.* Dein C *dubitamus.*—6 In χ deest *hac.*—7 Lamb. et Heumann. *poll. et defero.*—8 ϐ *perficiunt.* Heumann. conjecit h. l. ita legend. *qui omnium mentes, eorum, qui rempublicam obeunt, maxime, perspiciunt.* Dein χ *hoc rogatu,* omisso *neque.*—9 In C omittuntur verba *per hanc causam.*—10 ς *putarem.*—11 T *homines.*—12 C χ *recti:* ϐ *freti.* Tum *repellimus* Werd. Hittorp. *pellemus* edd. ante Græv. *depellemus* Heumann. maluit. Denique *honorem* Mss. plerique et edd. pr. cum Grut. Græv. et Oliv.—13 C T ϐ χ, Junt. Lamb. *ab hoc loco.*—14 C *ferret:* ϐ *fert.*—15 In ϐ deest *Quirites.* Tum Steph. *id omne ego me.* Porro ψ omittit *suscepisse.*—16 Pro *mihi,* quod in C et ϐ deest, ς exhibet *illi.*—17 χ et ψ *simulationes.*—18 H ϐ et Junt. *intelliga-*

NOTÆ

[o] *Huic loco*] Circa forum erant templa Jovis, Castoris, et Concordiæ.

[p] *Temploque*] Quamvis 'templum' sæpe pro curia dicatur, tamen aliquando pro foro nominatur. Sic Livius lib. VIII. 'rostraque id templum appellatum.'

[q] *Adjumenta honoribus*] Testatur Cicero hac defensione legis Maniliæ se non ad consulatum, qui inter maximos honores babebatur, adjumenta et gratiam; sed reipub. bonum quærere.

[r] *Laboriosissima ratione vitæ*] In defensione privatorum multus labor insumendus est.

[s] *Mihi non necessarias*] Facere sibi invidiam facile potuit apud Lucul-

pisse.[19] Sed ego me, hoc[20] honore præditum, tantis vestris beneficiis affectum, statui, Quirites,[1] vestram voluntatem, et reipublicæ dignitatem, et salutem provinciarum atque sociorum, meis omnibus commodis et rationibus[2] præferre oportere.

tis.—19 In *ϑ inutiles fuisse, suscep.* Lambinus legi jussit, *inutiles, intelligam me suscep.* prob. Heumanno.—20 ς caret *hoc.* Pro *honore* in χ legitur *onere.* —1 *Quirites* non est in ς.—2 Pro *rationibus* C exhibet *mihi.*

NOTÆ

lum et alios, qui ad hoc bellum Asiaticum summo cum imperio missi fuerant.

[1] *Vobis non inutiles*] Tacite hic insinuat, quod earum simultatum causa sit aperturus plurimas res ab iis minus honeste gestas, quarum cognitio fortasse reipub. utilis erit.

M. TULLII CICERONIS

PRO A. CLUENTIO AVITO [1]

ORATIO XIV.

ARGUMENTUM.

Sassia quædam, Cluentii mater, improbi mulier ingenii, libidinis effrænatæ, post binas nuptias, unas patris Cluentii, alteras A. Aurii Melini, generi sui, quem cum filia divortium facere coëgit, postremo nupsit Statio Albio Oppianico, qui Melinum ejus virum occiderat. Hic cum intelligeret, Cluentium nondum testamentum fecisse, eoque mortuo bona ejus omnia ad matrem esse ventura, incensus avaritia, veneno eum tollere decrevit. Ea re cognita, duobusque præjudiciis jam probata, primum Scamandri damnatione, cujus in manibus venenum deprehensum fuerat, deinde C. Fabricii, qui Cleophanti, quo Cluentius medico utebatur, servum Diogenem ad venenum dandum spe et præmio solicitaverat; Oppianicum Cluentius de veneficio accusavit; qui cum damnatus esset, defensor Oppianici L. Quintius tribunus pl. quotidianis concionibus rem in invidiam adduxit, cum diceret, pecuniam in judicio esse versatam: et cum incertum esset, a qua parte esset profecta; populus Romanus non credidit ab Oppianico datam, quia damnatus erat: et errore multorum in falso crimine Cluentius fuit; cum Oppianicus C. Ælio Staleno DC millia H-S pro numero judicum, qui corrumpendi essent, dedisset, qui eam pecuniam interceperat; et judicibus eam ante judicium petentibus, se ab Oppianico destitutum dixerat; unde ipsi eo cupidius Oppianicum damnabant. Eo postea crimine, et Stalenus ipse, et cum eo Bulbus, Gutta, Popillius, aliique ejusdem affines culpæ judices damnati sunt. Annis quinque post damnationem, cum Oppianicus in exilio periisset, uxor Sassia moliri cœpit insidias filio, quod ejus consilio diceret per M. Asellium quendam viro suo venenum in pane datum: et cum de servis quæstione habita nihil esset repertum, rursus eadem, triennio post, adolescenti Oppianico filia collocata, impulit eum ad filium de veneficio accusandum. Is actore usus est L. Attio Pisaurensi: contra quem prætor Cicero Cluentium defendit.

Acta causa est ad Q. Voconium Nasonem, qui de veneficiis prætor quæsivit, Lepido et Tullo coss. et quidem a Cicerone solo, veteri more. Vid. c. 70.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 18.] ANIMADVERTI, judices, omnem accusatoris [a] orationem in duas divisam esse partes; [2] quarum altera mihi niti et magnopere confidere videbatur [3] invidia jam inveterata [b] judicii Juniani; [4] altera tantummodo consuetudinis causa timide [c] et diffidenter attingere rationem veneficii criminum; [5] [d] qua de re lege est hæc quæstio constituta. [e] Itaque mihi certum est, hanc eandem dis-

1 '*Habito*] Non video cur *Habitus* cognomen in *Avitus* mutandum sit, antiquis præsertim libris repugnantibus, et vetustissimo lapide, in quo incisum est, AVR. ABITVS. MIL. COH. X. PR. ut aspiratio tantum sit ex eo cognomine tollenda, nihilque præterea aliud mutandum. *Cluentius* autem pro *Cluventius*, ut est in antiqua inscriptione, scribebant antiqui, ut 'fluius' pro 'fluvius,' 'Cluius' pro 'Cluvius,' &c.' *Fulv. Ursinus.* 'Cujacius in lib. III. Sentent. Paulli tit. IV. sæpe pro *Avitus* in antiquis libris corrupte scribi *Habitus* variis docet exemplis. Tryphonius sane JC. in l. 39. D. de Pœnis *Avitum* vocat hunc Cluentium, ubi hæc Oratio laudatur; sed apud Quintil. IV. 2. et V. 10. scribitur *Habitus.* Etiam in Fastis Capitolinis mentio fit Habiti: DECLA. VIBIVS C. F. C. N. HABITVS.' Græv. In H et χ *Habito.* Vulg. *Avito.*

CAP. I. 2 χ *Animadv., jud., accus. divisionem in duas div. esse partes.*— 3 Post *videbatur* idem Ms. plene interpungit.—4 Pro *Juniani* in C T *immani;* ψ *humani.* Dein Taur. *alteram,* ut Gulielm. volebat. Vid. Nott. Varr.—

NOTÆ

[a] *Accusatoris*] Attius Pisaurensis accusator est.

[b] *Invidia jam inveterata*] Per invidiam infamia illius judicii intelligitur, quo Oppianicus ante annos octo condemnatus est, sedente judice quæstionis Junio, et accusante Cluentio. Infamia vero in eo fuit, quod, cum Quintius tribunus plebis dixisset versatam fuisse in judicio pecuniam, suspicio in Cluentium derivata est, quia condemnatus Oppianicus in exilium abierat.

[c] *Consuetudinis causa timide*] Ostendit crimina timide defendenda esse ab oratore, quia ejus securitas in dicendo, et fiducia suspecta esse debet judici.

[d] *Veneficii criminum*] Tripliciter reus veneficii Cluentius postulabatur: 1. quod Vibium Capacem veneno sustulisset: 2. quod ipso suadente adolescenti Oppianico venenum datum esset: 3. quod patrem Oppianicum veneno necasset. Vide Argumentum Orationis.

[e] *Lege est hæc quæstio constituta*] Vel loquitur de lege Cornelia de veneficiis, qua reus constituitur, qui aut hominis interficiendi causa venenum confecerit, aut habuerit, aut dederit; vel nova lege constituta a prætore, qua in hac causa quærendi tantum de veneficio judici potestas datur; nam leges vel formulæ præscribebantur a prætore, secundum quas tantum judicare debebat.

tributionem invidiæ et criminum sic in defensione servare, ut omnes intelligant, nihil me nec subterfugere voluisse[f] reticendo, nec obscurare dicendo. 2. Sed cum considero, quomodo mihi in utraque re sit elaborandum, altera pars (ea[6] quæ propria est judicii vestri,[g] et legitimæ[7] veneficii quæstionis) per mihi brevis et non magnæ in dicendo contentionis[a][8] fore videtur: altera autem[h] (quæ procul a judicio remota est, quæ concionibus[9] seditiose[i] concitatis accommodatior est, quam tranquillis moderatisque judiciis) perspicio,[10] quantum in agendo difficultatis, et quantum laboris sit habitura.[11] 3. Sed in hac tanta[12] difficultate illa me res tamen, judices, consolatur, quod vos de[13] criminibus sic audire consuestis, ut eorum omnem dissolutionem[b][14] ab oratore quæratis; ut non existimetis, plus vos[15] ad salutem[c] reo largiri oportere, quam quantum defensor, purgandis criminibus, consequi, et dicendo[16] probare potuerit. De invidia autem sic inter vos disceptare[d] debetis, ut non quid dicatur a nobis,[17] sed quid oporteat dici, consideretis. Agitur enim in[18] criminibus,[k] A. Clu-

[a] *Laboris.* [b] *Refutationem.* [c] *Absolutionem.*
[d] *Judicare.*

5 Taur. *orationem ven. crim.* Franc. *rat. ven. et crim.*—6 H S χ ψ, Franc. *altera pars est ea:* Taur. *altera pars, et ea.* C T, Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. omittunt *ea.* Dein *proprie* C. *Est* omittunt χ ψ. Pro *vestri* in C H et Franc. *nostri.*—7 Pro *legitimæ* C habet *ultimæ;* Franc. *legitima.* Dein C *beneficii.* Loco verborum *per mihi brevis* in C legitur *qua mihi brevis;* T χ *quæ mihi brevis;* Franc. *quæ mihi perbrevis.*—8 C *contemtionis.*—9 H *contentionibus.*—10 Ald. Grut. Græv. Oliv. Lall. *prospicio:* C H S T χ, Franc. Taur. Ms. Lamb. et edd. pr. omnes cum Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *perspicio.*—11 C et T *habitum.*—12 In Taur. deest *tanta.*—13 χ non habet præpositionem.—14 Taur. *eorum omnium diss.*—15 χ *ut non extimetis;* et C *plus nos.*—16 χ *dicenda.*—17 Idem Ms. *vobis.*—18 C H S χ *in* omittunt.

NOTÆ

[f] *Subterfugere voluisse*] Sensus est, se nihil celaturum esse veritatis, nihil falsitatis allaturum.

[g] *Quæ propria est judicii vestri*] Loquitur de ea quæstione quæ lata est, et de qua judices judicare tantum debebant, nempe de veneficio.

[h] *Altera autem*] Altera est de invidia quæstio, quæ non pertinet ad quæstionem propositam: de qua tantum in re præsenti judicandum est.

[i] *Concionibus seditiose*] Designat Quintium, furiosum tribunum plebis; de quo in Argumento.

[k] *In criminibus*] Id est, in criminibus veneficii agitur de vita Cluentii.

entii proprium periculum; in invidia, causa communis.[1] Quamobrem alteram partem causæ[m] sic agemus,[19] ut vos doceamus; alteram sic, ut oremus: in altera, diligentia vestra nobis[20] adjungenda[e] est; in altera, fides imploranda:[f] nemo est enim, qui invidiæ, sine vestro, ac sine tali um virorum subsidio, possit resistere. 4. Equidem quod ad me attinet, quo me vertam, nescio. Negem fuisse illam infamiam judicii corrupti? negem illam rem agitatam[1] in concionibus?[n] jactatam in judiciis?[2][o] commemoratam in senatu?[p] Evellam[3] ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus insitam? tam vetustam? non est[4] nostri ingenii: vestri auxilii est, judices, hujus innocentiæ sic in hac calamitosa fama, quasi in aliqua perniciosissima[5] flamma, atque in communi incendio subvenire. II. 5. Etenim sicut aliis in[6] locis parum firmamenti et parum virium veritas[7] habet; sic in hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet. Dominetur in concionibus, jaceat in judiciis: valeat[8] in opinionibus ac sermonibus imperitorum,[g] ab ingeniis prudentium repudietur: vehementes[9] habeat repentinos impetus,[q] spatio interposito et causa cognita consenescat.[h] De-

[e] *Attentio danda.*
[f] *Auxilium postulandum;* sive *vestra integritas.*
[g] *Vulgi.* [h] *Langueat.*

—19 χ *agimus.*—20 Idem Ms. *vobis.*—1 *Negem esse illam rem agit.* H S χ ψ, Taur. Ven. 1483. Steph. *negem esse illam rem agitatam esse* (sic) Lamb. 1566. —2 C *jact. judiciis,* sine præpositione.—3 Steph. et Lamb. *evellere.*—4 Quintil. IX. 3. 81. omittit *est.*—5 χ et ψ *pernitiosa.*

CAP. II. 6 C H S non habent præpositionem *in.*—7 Mss. pauci et edd. ante Lamb. *falsitas.*—8 C et T *jacet in judiciis; valet.* In χ *judicio.* Pro *opinionibus* χ exhibet *oppositionibus.*—9 C *vehementer.* Mox, χ ψ *repentinosque*

NOTÆ

[1] *In invidia, causa communis*] Sensus est: si propter invidiam Cluentius condemnetur, nemo erit qui non eidem periculo exponatur.

[m] *Alteram partem causæ*] Duas res complecti istam causam docet; alteram de veneficio, alteram de invidia.

[n] *In concionibus*] Conciones proprie sunt orationes ad pop. Rom.

[o] *In judiciis*] Judicia fiebant in foro.

[p] *In senatu*] Senatus utplurimum habebatur in curia, vel in templo aliquo.

[q] *Repentinos impetus*] Repentini motus sunt, quibus imperita multitudo statim abripitur.

nique illa definitio judiciorum æquorum, quæ nobis a majoribus tradita est, retineatur; ut in judiciis et sine invidia culpa plectatur, et sine culpa invidia ponatur.[i] 6. Quamobrem a vobis, judices,[10] antequam de ipsa causa dicere incipio, hæc postulo; primum id, quod æquissimum est, ut ne quid huc præjudicati[r] afferatis: etenim non modo auctoritatem, sed etiam nomen judicum[11 s] amittemus, nisi hic ex ipsis causis judicabimus, ac si ad causas judicia jam facta domo deferemus.[12] Deinde si quam opinionem jam vestris mentibus comprehendistis, si eam ratio convellet, si oratio labefactabit,[13] si denique veritas extorquebit;[t] ne repugnetis, eamque[14] animis vestris aut libentibus aut æquis remittatis.[k 15] [*p.* 19.] Tum autem, cum ego unaquaque de re dicam, et diluam, ne ipsi, quæ contraria sunt,[16] taciti cogitationi vestræ subjiciatis; sed ad extremum expectetis, et me meum[17] dicendi ordinem servare patiamini: cum peroraro,[18] tum, si quid erit præteritum, a me requiratis. III. 7. Ego me, judices, ad eam causam accedere, quæ jam per annos octo[u] continuos ex contraria parte audiatur,[19] atque ipsa opinione hominum tacita prope convicta atque damnata sit, facile intelligo: sed, si quis[20] mihi Deus vestram ad me audien-

[i] *Deponatur.* [k] *Relaxetis.*

imp.—10 C et T *judicibus.* Mox H *hoc postulo.*—11 ψ *judicii.*—12 *Deferimus* C: *referemus* ψ.—13 Taur. et Ms. Lambini cum Lamb. Ern. Beck. Weiske, et Orell. *oratio labef.* Ceteri *ratio labef.* Ab ed. Hervag. absunt verba *si eam ratio convellet*, et ab ed. Cam. *si eam ratio conv., si oratio labef.*—14 C *eam.*—15 χ *remittas.*—16 Taur. *quæ contr. sint.*—17 Idem Ms. *meque meum.*—18 *Cum peroratum* C T et ed. Steph. *cum peroratum erit* H et Ven. 1483. *cum peroratum fuerit* Ven. 1480. Junt. Crat. Mox pro *a me* Orell. auctoritate C H S χ ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. dedit *animo.*

NOTÆ

[r] *Præjudicati*] Præjudicatum sumit pro præjudicio; nihilque aliud est quam quod ante in eadem causa, vel simili pronuntiatum est.

[s] *Nomen judicum*] Rogat judices ut sua, non aliena sententia judicent; ut sibi judicum nomina retineant.

[t] *Veritas extorquebit*] Iterum rogat judices, ut, si quam falsam opinionem de Cluentio animo imbiberint, eam deponant, et ex ipsa rei veritate judicent.

[u] *Per annos octo*] In hoc judicium Cluentius post annos octo ab Oppianici damnatione revocatus est: quo toto tempore multa a Quintio et a ceteris adversariis dicta sunt, multi de eo sermones sparsi.

dum[1] benevolentiam conciliarit; efficiam profecto, ut intelligatis, nihil esse homini tam timendum, quam invidiam; nihil innocenti, suscepta invidia, tam optandum, quam æquum judicium, quod in hoc uno[2] denique falsæ infamiæ finis aliquis atque exitus reperiatur. Quamobrem magna me spes tenet, si ea, quæ sunt in causa, explicare, atque omnia dicendo consequi potuero, hunc locum consessumque[3] vestrum,[l] quem illi horribilem A. Cluentio ac formidolosum fore putaverunt, eum tandem ejus fortunæ miseræ multumque jactatæ portum ac perfugium futurum. 8. Tametsi permulta sunt,[4] quæ mihi, antequam de causa dicam,[5] de communibus invidiæ periculis dicenda esse videantur; tamen, ne diutius oratione mea suspensa[m] expectatio vestra teneatur, aggrediar ad crimen cum illa deprecatione, judices, qua mihi sæpius utendum esse intelligo, sic ut me audiatis, quasi hoc tempore hæc causa primum dicatur, sicuti dicitur; non quasi sæpe jam dicta et nunquam probata[x] sit. Hodierno enim die primum veteris istius criminis diluendi potestas est data; ante hoc tempus error[6] in hac causa atque invidia versata est. Quamobrem dum multorum annorum accusationi breviter dilucideque respondeo, quæso, ut me, judices, sicuti facere instituistis, benigne attentequc audiatis.

IV. 9. Corrupisse dicitur A. Cluentius judicium pecunia, quo inimicum suum innocentem, Statium Albium,[7][y] condemnaret. Ostendam, judices, primum, quoniam caput illius atrocitatis atque invidiæ fuit, innocentem pecunia cir-

[l] *Cætumque vestrum.* [m] *Incerta.*

CAP. III. 19 C et T *auditur.*—20 Orell. e Taur. edidit *si qui.*—1 χ *audiendam.*—2 Pro *uno*, quod Lamb. omisit, in T legitur *meo.*—3 C et S *consensumque.*—4 χ *sint.*—5 Pro *de causa dicam* C habet *dicam dico;* H S χ *de causa dico.*—6 Pro *error* in C et T legitur *oratio.*

NOTÆ

[x] *Nunquam probata*] Hæc causa nunquam probari potuit contra Cluentium, licet probata sit contra illos judices, qui, tanquam pecunia corrupti, ab Oppianico damnati sunt.

[y] *Statium Albium*] Oppianicus Statius Albius appellabatur.

cumventum,[n] neminem unquam majoribus criminibus, gravioribus testibus esse in judicium vocatum; deinde ea de eo præjudicia [z] esse facta ab ipsis judicibus, a quibus condemnatus est, ut non modo ab iisdem, sed ne ab aliis quidem ullis, absolvi ullo modo posset. Cum hæc docuero,[8] tum illud ostendam, quod maxime requiri intelligo, judicium illud pecunia esse tentatum,[o] non a Cluentio, sed contra Cluentium: faciamque, ut intelligatis, in tota illa causa quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit,[9] [a] quid invidia conflarit.

10. Primum igitur illud est,[10] ex quo intelligi possit, debuisse Cluentium magnopere causæ confidere, quod certissimis criminibus et testibus fretus ad accusandum descenderit.[11] Hoc loco faciendum mihi, judices, est, ut vobis breviter illa, quibus Albius condemnatus est, crimina exponam. Abs te peto,[12] Oppianice,[b] ut me invitum de patris tui causa dicere[13] existimes, adductum fide atque officio defensionis. Etenim tibi si in præsentia satisfacere non potuero, tamen multæ mihi ad satisfaciendum reliquo tempore[p] facultates dabuntur: Cluentio nisi nunc satisfecero,[14] postea mihi satisfaciendi potestas non erit. Simul et illud quis est qui dubitare debeat, contra damnatum [c] et mortuum, pro incolumi et vivo[15] [d] dicere; cum illi, in quem

[n] *Oppressum.* [o] *Solicitatum.* [p] *In posterum.*

Cap. iv. 7 C et T *Albinum.*—8 Iidem Mss. *Cum hoc doc.*—9 C *affixerit.*—10 Junt. et Lamb. *erit.* In C et T deest.—11 ψ *defenderit.*—12 *Peto* non est in ψ.—13 C *diceres.*—14 ψ *nisi hunc satisfacere.*—15 χ *pro incol. et pro vivo.*

NOTÆ

[z] *Præjudicia*] Per alia præjudicia intelligit damnationem Scamandri et Fabricii, in quorum alterius manibus venenum deprehensum est: alter vero medico venenum dedit, ut illud Cluentio porrigeret.

[a] *Error affinxerit*] Cum Oppianicus damnatus esset, nemo dubitavit quin a Cluentio judices pecunia corrupti sint; sed qui duntaxat damnatus est, quod promissa pecunia non proferebatur.

[b] *Oppianice*] Is Oppianicus Oppianici filius fuit, quem volebant tentatum fuisse veneno a Cluentio.

[c] *Damnatum*] Oppianicus pater condemnatus fuerat, et mortuus in exilio.

[d] *Vivo*] Vivit Cluentius, qui venenum evitavit, pro quo dicit Cicero.

dicitur, damnatio omne ignominiæ periculum jam abstulerit, mors vero[16] etiam doloris? [*p.* 20.] huic autem, pro quo dicitur, nihil possit offensionis accedere[q] sine acerbissimo animi sensu ac dolore, et sine summo dedecore vitæ ac turpitudine? 11. Atque, ut intelligatis, Cluentium non accusatorio[r] animo, non ostentatione aliqua[e] aut gloria adductum, sed nefariis injuriis, quotidianis insidiis, proposito ante oculos vitæ periculo,[f] nomen Oppianici detulisse, paulo longius exordium[17] rei demonstrandæ repetam: quod quæso, judices, ne moleste patiamini. Principiis enim cognitis, multo facilius extrema intelligetis.

v. A. Cluentius Avitus[18] fuit, pater hujusce, judices, homo non solum municipii Larinatis,[g] ex quo erat, sed etiam regionis illius et[19] vicinitatis, virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Is cum esset mortuus, Sulla et Pompeio consulibus,[h] reliquit hunc annos XV natum, grandem autem et nubilem[20] filiam; quæ brevi tempore post patris mortem nupsit A. Aurio Melino,[1] consobrino suo,[i] adolescenti in primis,[2] ut tum habebatur, inter suos et honesto et nobili. 12. Cum essent hæ nuptiæ plenæ dignitatis,[s] plenæ concordiæ, repente est exorta mulieris importunæ nefaria libido, non solum dedecore, verum etiam

[q] *Hic non posset damnari quem defendo.*
[r] *Non inimico.* [s] *Honestatis.*

Mox idem Ms. *damnatio esse ignom.*—16 C omittit *vero.* Tum quidam ap. Lamb. legi jubent *dolorem.*—17 Pro *exordium* in χ legitur *ex ordine.* In Ven. 1480. et Junt. *causa rei demonstr.* Dein *petam* C H S T χ ψ, Ven. 1480. 1483. Junt.

Cap. v. 18 C *Abitus:* H χ ψ *Habitus.* Vid. Nott. Varr.—19 *Et* ante *vicinitatis* in χ deest. Mox pro *existimatione* ed. Vict. habet *æstimutione.*—20 C χ ψ *nobilem.*—1 *Melino* non est in H.—2 In χ omittuntur verba *in pri-*

NOTÆ

[e] *Ostentatione aliqua*] Juniores gloriæ ducebant, aut accusare, aut defendere viros magnates.

[f] *Vitæ periculo*] Vitæ periculo Cluentius expositus est, cum deprehensum venenum est, quo ad eum perdendum uti voluit Oppianicus.

[g] *Larinatis*] Larinum oppidum fuit in Apulia.

[h] *Sulla et Pomp. coss.*] A. U. C. 665. consulatum gessere.

[i] *Consobrino suo*] Consobrini ii dicuntur, teste Nonio Marcello, qui ex duabus sororibus nati sunt.

scelere conjuncta.[t] [3] Nam Sassia, mater hujus Aviti, (mater enim a me,[4] nominis causa, tametsi in hunc hostili odio et crudelitate est, mater, inquam, appellabitur; neque unquam[5] illa ita de suo scelere et immanitate audiet, ut naturæ nomen amittat; quo enim[6] ipsum nomen amantius indulgentiusque maternum, hoc illius matris, quæ multos jam annos, et nunc cum maxime[7] filium interfectum cupit, singulare scelus, majore odio dignum esse ducetis[8]) ea igitur[9] mater Aviti, Melini illius adolescentis, generi sui, contra quam fas erat, amore capta, primo, neque id ipsum diu, quoquo modo poterat, in illa cupiditate[10] continebatur: deinde ita flagrare cœpit amentia,[k] sic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor,[l] non pudicitia, non pietas,[m] non macula familiæ, non hominum fama, non filii dolor, non filiæ mœror a cupiditate revocaret. 13. Animum adolescentis, nondum consilio ac ratione firmatum, pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri[11] potest. Filia, quæ non solum illo communi dolore muliebri in ejusmodi[12] viri injuriis angeretur, sed nefarium matris pellicatum ferre non posset, de quo ne queri quidem sine scelere[13] [n] se posse arbitraretur, ceteros sui tanti mali ignaros esse cupiebat; in hujus amantissimi sui fratris mani-

[t] *Crudelitati habens conjunctum dedecus.*

mis. In eodem Ms. legitur *habeatur.*—3 *Convicta* Vict. Rob. Steph. Manut. Lamb. *convincta* ψ, duo Pariss. et Mss. Gruteri cum Grut. Græv. Oliv. Lail. *convinctam* χ: *conjuncta* ceteri. Lamb. conjecit legend. *coinquinata.* Mox in C *Sasia* legitur.—4 Pro *a me* T habet *amici.* Pro verbis *nominis causa,* Lamb. e Ms. edidit *in omni causa.* Schutz. ea delevit.—5 C et T *neque inquam.* In ψ deest *ita.*—6 Post *quo enim* edd. ante Lamb. cum Beck. Weiske, et Orell. addunt *est.*—7 χ *et nunc eum max.* Sylvius legi voluit *et nunc ut cum max.* Quidam alii *et nunc quam max.* Mox *cupiat* H et χ: *capiat* ψ.—8 C *dicetis:* ψ *ducetis.*—9 In C *Tam igitur.*—10 *Neque in illa cupid.* Grut. errore typographico.—11 C et Orell. *deleniri.*—12 C *hujusmodi.* In eodem Ms. et χ deest

NOTÆ

[k] *Amentia*] Vehementem amorem per amentiam exprimit.

[l] *Pudor*] Pudor est animi affectio, qua veremur ne quo facto turpitudinis aliorum aures offendantur aut oculi. Pudicitia vero castitas est.

[m] *Pietas*] Pietas amor erga parentes dicitur.

[n] *Sine scelere*] Cum Sassia mater ejus esset, cui amorem et reverentiam debebat, Cluentia de ea conqueri se non posse sine scelere arbitrabatur.

bus et gremio, mœrore et lacrymis [14] consenescebat.[n] 14. Ecce autem subitum divortium; quod solatium malorum omnium fore videbatur. Discedit a Melino Cluentia;[o] ut in tantis injuriis, non invita; [15] ut a viro, non libenter. Tum vero illa egregia ac præclara mater, palam exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit, victrix filiæ, non [16] libidinis. Itaque diutius suspicionibus obscuris lædi famam suam noluit; [17] lectum illum genialem,[18 p] quem biennio ante filiæ suæ nubenti straverat, in eadem domo[q] sibi ornari et sterni, expulsa atque exturbata filia, jubet. Nubit genero socrus, nullis auspicibus,[r] [19] nullis auctoribus,[s] funestis ominibus[t] omnium omnibus.[20] VI. 15. O mulieris scelus incredibile, et præter hanc unam, in omni vita inauditum! o libidinem effrænatam et indomitam! o audaciam singularem! non timuisse,[1] si minus vim Deorum, hominumque famam, at illam ipsam noctem facesque illas nuptiales?[u] non limen[x] cubiculi?[2] non cubile filiæ? non pa-

[n] *Conficiebatur.*

viri. Mox *augeretur* C et H.—13 χ omittit verba *sine scelere.*—14 In eodem Ms. absunt verba *mœrore et lacrymis.*—15 χ *non in vita.* Pro *ut* C et χ exhibent *at.*—16 χ *non* omittit.—17 In C et H *voluit.*—18 Fulv. Ursinus scribi voluit *genitalem,* h. e. gignendis liberis dicatum.—19 χ ψ, Ald. Crat. *auspiciis.*—20 *Fun. ominibus,* omissis *omnium omnibus,* Franc. ed. 1471. Med. Junt. Græv. Lall. Beck. *fun. ominibus omnium* H S T ψ, Mss. Pariss. cum Ald. Crat. Lamb. Grut. Oliv. Schutz. Orell. et sic Quintil. IV. 2. 121. *fun. omnibus hominibus hominum* C: *fun. omnibus ominum* χ: *fun. omnibus omnium ominibus* Ven. 1483. *fun. ominibus omnium omnibus* ed. Rom. et Brix.

CAP. VI. 1 H S χ ψ *nonne timuisti.* Mox C *vim divinam, hominumque*

NOTÆ

[o] *Cluentia*] Soror Cluentii erat Cluentia, ambo ex eodem patre Cluentio geniti.

[p] *Genialem*] Lectus genialis dicebatur, qui nuptis sternebatur in honorem genii, quem vim rerum gignendarum habere veteres credebant.

[q] *Eadem domo*] Melini domum indicat, ubi, quem lectum filiæ straverat, sibi sterni jubet.

[r] *Nullis auspicibus*] Apud antiquos nihil vel publice vel privatim agebatur nisi sumtis prius auspiciis, sed maxime in nuptiis, ut auctor est Val. Max. lib. II. Rit. de Instit. Antiquis.

[s] *Nullis auctoribus*] Suasoribus viris sapientibus.

[t] *Funestis ominibus*] Id est, ominibus pessime de illis nuptiis ominantibus.

[u] *Faces nuptiales*] Sigonius de Jure Rom. I. 9. de Jure Connub. ait quod deducebatur nupta a prætextatis

rietes denique ipsos, superiorum testes nuptiarum? perfregit ac prostravit omnia cupiditate ac furore:[3] vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. 16. Tulit[4] hoc commune dedecus jam familiæ, cognationis, nominis, graviter[5] filius: augebatur autem ejus molestia quotidianis querimoniis et assiduo fletu sororis: statuit tamen nihil sibi, in tantis injuriis ac tanto scelere matris, gravius faciendum,[6] quam ut illa matre ne uteretur; [*p.* 21.] ne, quam videre sine summo animi dolore non poterat, ea si matre uteretur,[7] non solum videre, sed etiam probare suo judicio putaretur.

17. Initium quod huic cum matre fuerit simultatis,[x] audistis. Pertinuisse hoc ad causam, tunc, cum reliqua cognoveritis, intelligetis:[8] nam illud me non præterit, cujusmodicumque[9] mater sit,[y] tamen in judicio filii de turpitudine parentis dici vix oportere. Non essem ad ullam causam idoneus, judices,[10] si hoc, quod in communibus hominum sensibus atque in ipsa natura positum atque infixum[11] est, id ego, cum ad amici pericula depellenda adhiberer, non viderem. Facile intelligo, non modo reticere homines pa-

[x] *Odii.*

fam.—2 C *non linicii cubic.*—3 C H S T *cupid. et fur.* Pro *vicit* in χ *ejicit.* Dein pro *timorem* C et T exhibent *amorem.*—4 C T, Dresd. Franc. 2. et ed. 1472. *Non tulit.* Tum *jam* omittunt χ, Junt. Græv. Lall. et Schutz. In Ven. 1480. *hoc dedecus comm. jam fam.* Weiske mavult *hoc jam comm.* aut *comm. jam ded.*—5 Pro *gruviter* in C legitur *gravet.* Paulo post, in eodem Ms. *angebatur autem ejus modestia.*—6 Lamb. *gravius esse fuc.*—7 Schutz. et Orell. e conj. Garatoni ediderunt *quæ videre .... ea, si matre uter.* Mox, *sed* ante *etiam probare* omittit Cam.—8 *Intelligetis* non est in χ.—9 *Cujuscumque modi* H et Franc. *cujus modicum quia* C. Mox in χ deest præpositio ante *judicio.* —10 C et T non habent *judices.* Mox pro *hominum* in χ et ψ *omnium.*—11 C

NOTÆ

tribus pueris, quorum unus facem spineam præferebat, quod non, nisi ubi contenebrasset, in mariti domum deduceretur.

[x] *Non limen*] Referente eodem Sigonio, ubi ad limen mariti pervenerat, tum postes oleo perungebat, eosdemque laneis vittis exornabat: limen autem attingere religiosum habebatur, ne, ut Varro censet, a sacrilegio initium ducerent, si deposituræ virginitatem pedibus premerent rem Vestæ, numini castissimo, sacram.

[y] *Cujusmodicumque sit*] Dicturus de matris Cluentii turpitudine præmunit se, aitque, quantumcumque mater illa sit impudica et improba, non oportere filium in causa sua de ejus

rentum injurias, sed etiam animo æquo ferre oportere. Sed ego ea, quæ ferri possunt, ferenda; quæ taceri, tacenda esse arbitror. 18. Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adiit, nihil mali timuit, quod non totum[12] a matre esset conflatum et perfectum:[13] quæ hoc tempore sileret omnia, atque ea, si oblivione non posset, tamen taciturnitate sua tecta esse pateretur: sed ea vero sic agit,[14] ut prorsus reticere nullo modo possit. Hoc enim ipsum judicium, hoc periculum, illa accusatio,[15] omnis testium copia, quæ futura est,[z] a matre initio est adornata,[y] a matre hoc tempore instruitur, atque omnibus ejus opibus[16] et copiis comparatur: ipsa denique nuper Larino,[17] hujus opprimendi causa, Romam advolavit. Præsto est mulier audax, pecuniosa,[a] crudelis: instituit accusatores,[b] instruit testes;[18] squalore[c] hujus et sordibus lætatur; exitium exoptat; sanguinem suum profundere omnem cupit, dummodo profusum hujus ante videat. Hæc nisi omnia perspexeritis[19] in causa, temere[z] a nobis illam appellari putatote: sin autem[20] erunt et aperta et nefaria,

[y] *Instructa.* [z] *Imprudenter.*

et T *fixum.* Mox pro *cum*, quod in C et T omittitur, H χ ψ et Ms. Lamb. exhibent *qui.* Dein loco *amici pericula* in χ legitur *omnia.* Denique in χ *adhibcrier.*—12 χ *tantum.*—13 H S χ ψ, Dresd. Ms. Lamb. et edd. vett. paucæ cum Grut. Græv. Oliv. Lall. *profectum.*—14 *Sed vere sic angitur* H: *sed vero sic agitur* S χ ψ, Ms. Mureti, et ed. pr.—15 Lamb. *hæc accus.* Gulielm. verba *illa accus.* pro glossem. habuit, probantibus Grut. et Ern. Deleto pronomine *illa*, Gulielm. censuit legi posse, *accus. omnis, omnis test. copia.* Orell. conjecit *ista accus.* legend.—16 C et T *operibus.*—17 In C T et Ven. 1480. deest *Larino.*—18 *Instituit acc., instituit testes* C, Franc. 1. 2. ed. 1472. Crat. Steph. Græv. *instruit acc., instruit testes* Hervag. Cam. et Weiske: *instruit acc., instituit testes* Schutz. e conj. Lambini. Vulg. ut Ern. Pro *testes* in χ legitur *hostes.*—19 *Prospexeritis* C S χ: *spexeritis* T. Mox in C *vobis.*

NOTÆ

infamia ac turpitudine dicere.

[z] *Quæ futura est*] Testes interrogabantur, causa perorata, nisi lata lege aliter statutum esset.

[a] *Pecuniosa*] Potuit pecunia testes corrumpere, quia divitiis abundat.

[b] *Instituit* [*Instruit*] *accusatores*] Docet, quæ dicere accusatores oporteat, quos corrupit.

[c] *Squalore*] Rei ad forum veniebant squalidi et sordidati, ut sæpius videre est in his Cic. Orationibus.

Cluentio ignoscere debetis,[1] quod hæc a me dici patiatur; mihi ignoscere non deberetis, si tacerem. VII. 19. Nunc jam summatim[a] exponam, quibus criminibus Oppianicus damnatus sit; ut et constantiam A. Cluentii,[2] et rationem accusationis perspicere possitis. Ac primum causa[3] accusandi quæ fuerit, ostendam; ut id[4] ipsum A. Cluentium vi et necessitate coactum fecisse videatis.

20. Cum manifesto venenum deprehendisset, quod vir[b] matris Oppianicus ei paravisset;[5] et res non conjectura, sed oculis ac manibus teneretur,[c] neque in causa ulla dubitatio posset esse; accusavit Oppianicum; quam constanter, et quam diligenter, postea dicam: nunc hoc scire[6] vos volui, nullam huic aliam accusandi causam fuisse, nisi uti[7] propositum vitæ periculum[d] et quotidianas capitis insidias hac una[8] ratione vitaret. Atque, ut intelligatis, his[9] accusatum esse criminibus Oppianicum, ut neque accusator timere, neque reus sperare debuerit;[10] pauca vobis illius judicii crimina exponam; quibus cognitis, nemo vestrum mirabitur, illum, diffidentem rebus suis, ad Stalenum[11][e] atque ad pecuniam confugisse.

21. Larinas quædam fuit Dinea,[12] socrus Oppianici; quæ filios habuit M. et Numerium Aurios, et Cn. Magium, et filiam Magiam, nuptam Oppianico. M. Aurius adolescen-

[a] *Breviter.* [b] *Maritus.* [c] *Clarissima esset et certissima.*

—20 Taur. omittit *autem.*—1 χ *ignoscere non deberetis:* Taur. *ignoscere debebitis.*

CAP. VII. 2 C *Cluentio.*—3 Idem Ms. *causam.*—4 C et T non agnoscunt *id.* Mox *vi, a necess.* C: *vi ac necess.* T et Taur.—5 χ *paruisset.*—6 C *nunc hæc scire.*—7 *Nisi ut* C, Ven. 1480. Junt.—8 *Una* suspectum est Ernesto.—9 Lamb. et Orell. *iis.* Tum T *accusandum.*—10 Duo Mss. Lambini *sperare potuerit:* unde Lamb. conjecit, *timere debuerit, neque reus sperare potuerit.*—11 *Scalenum* C et edd. vett. *Stagnum* ψ: *Staienum* e S et Taur. edidit Orell. 'Videtur in Victoriano codice scripto ex *Staleno* factum deinde *Stajenum:* et vero utroque modo legi in exemplaribus vetustis, diu est quod judicavit Rivius. Adeatur quoque P. Victorius Varr. Lectt. XXXVII. 11.' *Grut.* Mox

NOTÆ

[d] *Propositum vitæ periculum*] Cum Cluentium Oppianicus perdere vellet, confugit ad judicium, ut vitam suam conservaret.

[e] *Ad Stalenum*] Cum Oppianicus videret Cluentii causæ æquitatem, Stalenum judicem pecunia corrumpere aggressus est.

tulus, bello Italico[f] captus apud Asculum,[g] in Q. Sergii senatoris, ejus, qui inter sicarios[h] damnatus est, manus incidit,[13] et apud eum fuit in ergastulo.[14][i] Numerius autem Aurius frater,[15] mortuus est, hæredemque Cn. Magium, fratrem suum,[16] reliquit. Postea Magia, uxor Oppianici, mortua est: postremo unus, qui reliquus erat Dineæ filius,[17] Cn. Magius, est mortuus. [*p.* 22.] Is fecit hæredem[18] illum adolescentem Oppianicum, sororis suæ filium,[k] eumque partiri cum Dinea matre[l] jussit. Interim venit index ad Dineam, neque obscurus, neque incertus, qui nuntiaret ei, filium ejus, M. Aurium, vivere, et in agro Gallico[m] esse in servitute. 22. Mulier, amissis liberis, cum unius filii recuperandi spes esset[19] ostentata, omnes suos propinquos, filiique sui necessarios convocavit, et ab iis[20] flens petivit, ut negotium susciperent, adolescentem investigarent, sibi restituerent eum filium, quem tantum[1] unum ex multis fortuna reliquum esse voluisset. Hæc cum agere instituisset,

ad ante *pecuniam* omittunt χ et nonnullæ edd. vett.—12 Taur. *Dinæa.*—13 χ *indicit.*—14 Taur. *in ergast. fuit.* In ed. Junt. *et fuit apud eum in ergast.*—15 Post *frater* H S χ, Taur. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. addunt *ejus.*—16 Taur. omittit *suum*, prob. Peyron. non improb. Orell. —17 In χ deest *filius.*—18 Taur. *heredem fecit.* Pro *adolescentem* Lamb. e conj. dedit *adolescentulum.*—19 *Esset* non est in χ.—20 Taur. *ab eis:* Ven. 1483. Junt. Lamb. *ab his.*—1 Pro vulg. *tantum* C T, Taur. Beck. Schutz. et Orell. dederunt *tamen;* Franc. 1. R. Steph. et Lamb. *tum;* sex Pall. *tandem.*

NOTÆ

[f] *Bello Italico*] Bellum Italicum contigit A. U. C. 663. coss. L. Julio Cæsare et P. Rutilio Lupo.

[g] *Asculum*] Asculum colonia in Piceno fuit, ad discrimen alterius quod Apuliæ oppidum est.

[h] *Inter sicarios*] Quicumque ferro aut cultro cædem fecisset, inter sicarios nominabatur. Sicarii a sica dicti sunt. Hæc gladius brevis erat, ita ut occultari sinu vestis posset, et facile nec opinantes confodi, et maxime in turba possent. Ita Josephus Antiq. Jud. lib. xx.

[i] *In ergastulo*] Isidorus xv. 5. dicit ergastulum esse locum ubi deputantur noxii ad aliquod opus faciendum, et tamen vinculorum custodiis alligati sunt.

[k] *Sororis suæ filium*] Sororis filius, qui imperite 'nepos' dicitur.

[l] *Partiri cum Dinea matre*] Lege Voconia mulieres hæredes fieri vetabatur: quare Magius ei legavit, ut cum sororis filio Oppianico, quem hæredem relinquebat, partiretur.

[m] *In agro Gallico*] Is ager Gallicus terræ tractus est ab Æsi fluvio ad Vitim usque exporrectus, quem Galli Senones tenuerunt. Vide Livium lib. v. Tota porro hæc regio Senogallia dicta est.

oppressa morbo est. Itaque testamentum fecit ejusmodi, ut illi filio H-S CCCCIↃↃↃↃ[n] millia[2] legaret, hæredem institueret[3] eundem illum Oppianicum, nepotem[o] suum: atque his[4] diebus paucis[p] est mortua. Propinqui tamen illi, quemadmodum viva Dinea instituerant, ita, mortua illa,[5] ad investigandum Aurium cum eodem illo indice in agrum Gallicum profecti sunt. VIII. 23. Interim Oppianicus, ut erat, sicuti multis ex rebus[6] reperietis, singulari[7] scelere et audacia, per quendam Gallicanum, familiarem suum, primum illum[8] indicem pecunia corrupit: deinde ipsum Aurium, non magna jactura facta,[d] tollendum interficiendumque curavit. Illi autem, qui erant ad propinquum investigandum et recuperandum profecti, literas Larinum ad Aurios, illius adolescentis propinquos,[9] suosque necessarios, mittunt; sibi difficilem[10] esse investigandi[q] rationem, quod intelligerent indicem ab Oppianico esse corruptum. Quas literas A. Aurius, vir fortis et experiens,[e] et domi nobilis,[11] M. illius Aurii propinquus, in foro, palam, multis[12] audientibus, cum adesset Oppianicus, recitat, et clarissima voce, se nomen Oppianici, si interfectum M. Aurium comperisset,[13] delaturum[r] esse testatur.

[d] *Data parva pecunia.* [e] *Expertus.*

Ern. melius *tantum* abfore censebat.—2 *CCCDIII.* cum asterisco in marg., C: *XL millia* H S, Ven. 1483. Junt. Crat. *CCCCLIIII* χψ: *CCCLIII millia* Franc. 1. *libras CCCLIII* Franc. 2. *CCCCL* Steph. *CCCC millia* e Taur. et ed. Manut. dedit Orell. Vulg. ut Ern. et sic Schutz. nisi quod deleverit *millia.*—3 T *instituerit.*—4 Pronomen *his* suspectum fuit Ernesto et Beckio. *Iis* dederunt Weiske et Orell. qui etiam conjecit *illis* legend.—5 χ *mortua est illa.* Mox in eodem *judice,* pro *indice.*

CAP. VIII. 6 Taur. *ex multis rebus.* χ omittit præpositionem.—7 In χ deest *singulari.*—8 *Illum* non est in ψ.—9 Taur. non habet *propinquos.*—10 χ *difficile.*—11 χ *et domi et nob.* C S χ, Taur. *et domi nob., et M.* Tum *Auri* C T χ et Taur. Denique *per propinquos* Taur.—12 A sex Oxonn. Mss. abest *mul-*

NOTÆ

[n] *H-S CCCCIↃↃↃ*] Decies centena millia sestertium, quæ librarum centum millia efficiunt. Vide orat. pro Rosc. Com. § 4. not.

[o] *Nepotem*] Id est, filiæ suæ Magiæ filium.

[p] *His diebus paucis*] Postquam nempe testatus est.

[q] *Investigandi*] Id est, inveniendi et recuperandi.

[r] *Delaturum*] Deferre nomen, est aliquem reum facere et vocare in judicium.

24. Interim brevi tempore illi, qui[14] erant in agrum Gallicum profecti, Larinum revertuntur: interfectum esse M. Aurium renuntiant. Animi non solum propinquorum, sed etiam omnium Larinatium,[15] odio Oppianici, et illius adolescentis misericordia, commoventur. Itaque cum A. Aurius, qui[16] antea denuntiarat, clamore hominem ac minis insequi cœpisset; Larino profugit, et se in castra clarissimi viri, Q. Metelli,[s] contulit. 25. Post illam fugam, et sceleris[17] et conscientiæ testem, nunquam se judiciis, nunquam legibus, nunquam inermem[18 t] inimicis committere ausus est; sed per illam L. Sullæ vim atque victoriam,[u] Larinum in summo timore omnium cum armatis advolavit; quatuor viros,[x] quos municipes fecerant, sustulit;[f] se a Sulla,[19] et alios præterea tres, factos esse dixit; et ab eodem sibi esse imperatum, ut Aurium illum, qui sibi delationem nominis, et capitis[y] periculum ostentarat, et[20] alterum Aurium, et ejus C. filium,[z] et Sex. Virbium,[1] quo se-

[f] *Necavit.*

tis. Mox, *cum esset Opp.* ψ.—13 Taur. *M. Aurium esse comp.*—14 In χ deest *qui.*—15 C *sed omnium Larinatum*, omisso *etiam.*—16 Ante *qui* Orell. auctoritate Taur. inseruit *is.* Dein *denuntiaret* C.—17 *Post illam autem fugam, scel.* H S χ ψ: *Post illam autem fugam, et scel.* Junt. *Post illam fugam autem scel.* Ven. 1483. Steph. Lamb.—18 Pro *inermem* S T, Ms. Sylvii et Ven. 1480. habent *in Larinum.* In Ms. Franc. legitur *in arinum inermem.* Vox *inimicis* non est in T, nec *committere* in χ.—19 χ *sustulisse et Sulla:* ψ *sustulit: a Sulla:* Steph. *sustulit: se vero a Sulla.*—20 χ caret copula ante *alterum.*—1 *Vi-*

NOTÆ

[s] *Q. Metelli*] Metellus ille Pius dictus est, et secutus est partes Sullanas.

[t] *Nunquam inermem*] Inermis dicitur qui sine telo aut gladio est. Porro esse cum telo legibus prohibebatur: unde Milo accusatus est fuisse cum telo in senatu.

[u] *Victoriam*] Sulla, recuperata repub. pulcherrimam victoriam crudelitate, cæsis tot civibus, inquinavit A. U. C. 671.

[x] *Quatuor viros*] In municipiis forma quædam reipub. servabatur, adeo ut in iis essent fere magistratus iidem, a quibus respub. Rom. regebatur: nam si ordines spectentur, erant decuriones, equites, et populus; si magistratus, erant sacerdotes, dictator, duumviri, quatuorviri, censores, ædiles, quæstores, et flamines.

[y] *Delationem nominis, et capitis*] Oppianicus minatus fuerat se Aurium interfecturum, quia apud prætorem in judicium capitis eum vocaverat.

[z] *Ejus C. filium*] Aurium filium C. Aurii intellige.

questre[a] in illo indice corrumpendo dicebatur esse usus, proscribendos[b] interficiendosque curaret.[2] Itaque, illis[3] crudelissime interfectis, non mediocri ab eo ceteri proscriptionis et mortis metu terrebantur.[4] His rebus in causa[c] judicioque patefactis, quis est, qui illum absolvi potuisse arbitraretur?[5] IX. Atque hæc parva sunt: cognoscite reliqua; ut non aliquando condemnatum esse Oppianicum, sed aliquamdiu[6] incolumem fuisse miremini.

26. Primum videte[7] hominis audaciam. Sassiam in matrimonium ducere, Aviti matrem, illam, cujus virum A. Aurium occiderat, concupivit. Utrum impudentior hic, qui postulet,[8] an crudelior illa, si nubat,[9] difficile dictu est: sed tamen[10] utriusque humanitatem constantiamque cognoscite. 27. Petit Oppianicus, ut sibi Sassia nubat, et id magnopere contendit.[11] Illa autem non admiratur audaciam, non impudentiam aspernatur, non denique illam[12] Oppianici domum, viri sui sanguine redundantem, reformidat:[13] sed quod haberet tres ille filios,[d] idcirco se ab his nuptiis[14] abhorrere respondit. [*p.* 23.] Oppianicus, qui pecuniam Sassiæ concupivisset, domo[15][e] sibi quæ-

rium C H, Crat. Hervag. *Virum* T: *Jubium* S, Ven. 1480. 1483. *Vibium* ψ, Junt. Lamb. prob. Garaton. Dein *quos sequestres* χ.—2 χ *curant.*—3 C et χ omittunt *illis.*—4 C *tenebantur.* Mox C et χ *qui est.*—5 Weiske e conj. dedit *arbitretur.*

CAP. IX. 6 H et χ *aliquando.*—7 χ ψ *videtis.*—8 C *postulat.*—9 Post *nubat* Ven. 1480. 1483. Beck. notam interrogationis ponunt.—10 In χ deest *tamen.* —11 *Contendit* non est in H.—12 χ *non denique illa.* Pro *Oppianici* in C legitur *A. Aurii.* Dein *domum* abest a C T, Franc. 2. quinque Pall. et ed. 1472. *dexteram*, scil. manum, habent Pal. 6. 7. Crat. Hervag. Cam.—13 χ *sanguinem red. formidabat.*—14 Idem Ms. *ab aliis nuptiis.*—15 [e] *Domo* corrup-

NOTÆ

[a] *Quo sequestre*] Sequester is dicitur apud quem pecunia deponitur, donec quis præstiterit id pro quo pecunia promittitur.

[b] *Proscribendos*] Minatus est se apud Sullam effecturum, ut proscriberentur.

[c] *In causa*] Oppianici causa intelligitur, quæ acta est ante annos octo, 679. videlicet ab urbe condita.

[d] *Tres filios*] Simulabat Sassia se a nuptiis Oppianici abhorrere, non quia priorem maritum occiderat, sed quia tres filios habebat; unum ex Magia, Oppianicum; alterum ex Papia; tertium ex Novia natum.

[e] *Domo*] Id est, ex familia et filiorum cæde remedium quæsivit, ut omne nuptiarum impedimentum removeret.

rendum remedium existimavit ad eam moram, quæ nuptiis afferebatur. Nam, cum haberet ex Novia[16] infantem filium; alter autem ejus filius, Papia[17] natus,[f] Theani[g] Appuli[18] (quod abest a Larino XVIII millia passuum) apud matrem educaretur; arcessit subito sine causa puerum Theano; quod facere, nisi ludis publicis, aut festis diebus, antea[19] non solebat. Mater nihil mali misera suspicans, mittit. Ille se Tarentum[h] proficisci cum simulasset, eo ipso die puer, cum hora undecima[20][i] in publico valens visus esset, ante noctem mortuus, et postridie, antequam luceret,[1] combustus est.[k] 28. Atque hunc tantum mœrorem matri prius hominum rumor, quam quisquam ex Oppianici familia renuntiavit.[2] Illa cum uno tempore audisset, sibi non solum filium, sed etiam exequiarum munus[l] ereptum, Larinum confestim exanimata venit, et ibi de integro[m] funus jam[3] sepulto filio fecit. Dies nondum decem intercesserant, cum ille[4] alter[n] filius infans necatur. Itaque nubit Oppianico continuo Sassia, lætanti jam animo,[5] et spe optima confirmato:[6] nec

tum videtur. Fuitne *quoquo modo?*' Orell.—16 *Novimia* C et Dresd. *Nevia* Franc. 1. *Nonimia* Franc. 2. *Nominia* T. Pro *infantem*, quod H et Dresd. omittunt, C T et Franc. 2. habent *ante*. In S deest *filium*.—17 Edd. nonnullæ *Pappia*.—18 ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. Beck. Schütz. et Orell. *Teani Apuli*. In C legitur *Traniapuli*; H *Teanopoli*; S *Teanopuli*; χ *Tarni Apuli*. Pro *abest* in C legitur *est*.—19 C et T *ante*.—20 T *duodecima*.—1 H *lucesceret*.—2 Sex Oxonn. Mss. et edd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Lamb. *nuntiavit*.—3 In χ deest *jam*.—4 Ab eodem Ms. abest *ille*. Mox *necaretur* edd. vett. paucæ cum Grut.—5 χ *lactanti animo*, omisso *jam*.—6 T, Franc. et edd. pleræque

NOTÆ

[f] *Papia natus*] Ex Papia natus.

[g] *Theani*] Theanum oppidum est duplex; Theanum nempe Sidicinum, Nola cognomine, in Appia Via situm; aliud Apulum. Plin. lib. III.

[h] *Tarentum*] Tarentum urbs est in Calabriæ finibus, a Lacedæmoniis condita.

[i] *Hora undecima*] Hora undecima, id est, hora una ante solem occidentem: nam dies civiles quocumque tempore duodecim horarum fuerunt: quare æstivo tempore longiores erant horæ, hyberno vero breviores.

[k] *Combustus est*] Mortui apud Romanos cremabantur.

[l] *Exequiarum munus*] A propinquis et affinibus cadavera abluebantur, et unguentis ungebantur. Unde mater Euryali apud Virg. 'Nec vulnera lavi, Veste tegens.'

[m] *De integro*] Mater funus iterum licet inhumato fecit.

[n] *Ille alter*] Alter, qui Novia natus est.

mirum, quæ se non nuptialibus donis,[o] sed filiorum funeribus delinitam videret. Ita, quod ceteri propter liberos pecuniæ cupidiores solent[7] esse, ille propter pecuniam liberos amittere jucundius[8] esse duxit. X. 29. Sentio, judices, vos pro vestra humanitate, his tantis sceleribus breviter a me demonstratis, vehementer esse commotos. Quo tandem igitur animo fuisse illos arbitramini, quibus his de rebus non modo audiendum fuit, verum etiam judicandum? Vos auditis de eo, in quem judices[p] non estis; de eo, quem non videtis;[9] de eo, quem odisse jam non[10] potestis;[q] de eo, qui et naturæ et legibus satisfecit; quem leges exilio, natura morte mulctavit. Auditis non ab inimico: auditis sine testibus: auditis, cum ea, quæ copiosissime dici possunt, breviter a me strictimque dicuntur. Illi audiebant de eo, de quo jurati[r] sententias ferre debebant; de eo, cujus præsentis nefarium et consceleratum vultum intuebantur; de eo, quem oderant propter audaciam; de eo, quem omni supplicio dignum esse ducebant. Audiebant ab accusatoribus;[s] audiebant verba multorum testium; audiebant, cum unaquaque de re a P. Canutio,[11] homine eloquentissimo, graviter et diu diceretur.[12] 30. Et est quisquam, qui, cum hæc cognoverit, suspicari possit, Oppianicum judicio oppressum et circumventum esse innocentem? Acervatim[t] jam reliqua, judices, dicam, ut

ante Grut. *confirmata.*—7 *Itaque ceteri .... solent* C T, Pall. sex, ed. 1472. et Orell. prob. Weiske: *Itaque quod ceteri .... solent* ψ, Vict. Manut. Lamb. *Ita cum ceteri ... soleant* e conj. Gulielm. (prob. Ern.) dederunt Beck. Weiske, et Schutz. Ceteri, ut Ern.—8 C H S T ψ, Crat. Lamb. Grut. Oliv. *jucundum.*

CAP. X. 9 C *deque eo, quem non vid.*—10 *Non* ante *potestis* in C deest. χ exhibet *quem od. jam animo pot.*—11 *Crinutio* C: *Cannutio* H: *Cannuntio* S.—

NOTÆ

[o] *Nuptialibus donis*] Illa dona exprimit, quæ vulgo in sponsas mariti conferre solent.

[p] *In quem judices*] Dicitur judex in reum, non vero in accusatorem, quia judex de reo, non vero de accusatore judicare debet.

[q] *Odisse non potestis*] Quia mortuus est.

[r] *Jurati*] Jurabant judices, quare obstricti religione sanctissime judicare tenebantur.

[s] *Accusatoribus*] Cluentio et Canutio.

[t] *Acervatim*] Acervatim dicuntur, quæ inter se magis conjuncta sunt.

ad ea, quæ propiora[13] hujus causæ et adjunctiora sunt, perveniam.

Vos, quæso, memoria teneatis, non mihi hoc esse propositum, ut accusem Oppianicum mortuum; sed, cum hoc persuadere vobis velim, judicium ab hoc[u] non esse corruptum, hoc uti initio ac fundamento defensionis; Oppianicum, hominem sceleratissimum et nocentissimum esse damnatum; qui uxori suæ Cluentiæ, quæ amita[14] [x] hujus Aviti fuit, cum ipse poculum dedisset, subito illa in media potione exclamavit, se maximo cum dolore mori: nec diutius vixit, quam locuta est;[g] nam in ipso sermone hoc[15] et vociferatione mortua est: et ad hanc mortem tam repentinam, vocemque[16] morientis, omnia præterea, quæ solent esse indicia[17] et vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt. Eodemque veneno C. Oppianicum, fratrem, necavit. XI. 31. Neque est hoc satis:[18] tametsi in ipso fraterno parricidio[y] nullum scelus prætermissum videtur;[19] tamen, ut ad hoc nefarium facinus accederet, aditum sibi aliis sceleribus ante munivit. [*p.* 24.] Nam cum esset gravida Auria,[20] fratris uxor, et jam appropinquare partus videretur; mulierem veneno interfecit, ut una illa, et quod[1] erat ex fratre conceptum, necaretur. Postea[2] fratrem aggressus est; qui sero, jam exhausto illo poculo [mortis],

[g] *Loquendo mortua est.*

12 H S ψ *dicerentur:* χ *ducerentur.*—13 *Propriora* ψ, Franc. 1. *propria* H S T χ et Ven. 1483. Pro *hujus* Lamb. conj. *huic* legend.—14 C S χ *amica.* Tum χ *habita fuit.*—15 C *hæc.*—16 C T, Junt. Lamb. *vocesque.*—17 χ *judicia.* Mox C et T non habent præpositionem ante *illius.* Tum *morte fuerint corpore* χ.

CAP. XI. 18 *Satis* non est in ψ.—19 C *præmissum,* et χ *videretur.*—20 Pro *Auria* C et T exhibent *Vina;* Steph. *Viria.*—1 *Ut una illud quod* H S χ ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. Steph. Schutz. *ut una cum illa id quod* Lamb. Conjecit Ern. *ut una ipsa, et quod.*—2 In C H S ψ *Post.* Mox Lamb. *et jam exhausto.* Dein e conj. Gruteri Schutz. delevit vocem *mortis,* quam Ern. et

NOTÆ

[u] *Ab hoc*] Cluentio.

[x] *Amita*] Amita soror patris est; sic dicta, quia a patre meo amata est; nam plus sorores a fratribus, quam fratres diligi solent: videlicet propter dissimilitudinem personarum, in quibus eo minus est dissensionis, quo minus æmulationis.

[y] *Fraterno parricidio*] Parricida a veteribus dictus est, quicumque hominem occidisset.

cum et de suo et de uxoris interitu clamaret, testamentumque mutare cuperet, in ipsa significatione hujus voluntatis, est mortuus. Ita mulierem, ne partu ejus ab hæreditate fraterna excluderetur,[3] necavit; fratris autem liberos prius vita privavit, quam illi hanc ab natura propriam[4] lucem accipere potuerunt; ut omnes intelligerent, nihil ei clausum, nihil sanctum[z] esse posse, cujus ab audacia[5] fratris liberos ne materni[6] quidem corporis custodia tegere potuisset. 32. Memoria teneo, Milesiam[7] quandam mulierem, cum essem in Asia,[a] quod ab hæredibus secundis[b] accepta pecunia, partum sibi ipsa[8] medicamentis abegisset,[h] rei capitalis esse damnatam: neque injuria;[9] quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, designatum reipublicæ civem, sustulisset. Quanto Oppianicus[10] in eadem injuria majore supplicio dignus! siquidem illa, cum suo corpori vim attulisset, se ipsa[11] cruciavit; hic autem idem illud[12] effecit per alieni corporis mortem atque cruciatum.[13] Ceteri non videntur in singulis hominibus multa parricidia suscipere[i] posse: Oppianicus inventus est, qui in uno corpore plures[14] necaret. XII. 33.

[h] *Ejecisset.* [i] *Committere.*

Beck. uncis incluserunt. Gulielm. conjecit *mortifero* legend.—3 H et S *excluderet.*—4 Schutz. delevit *propriam*, pro quo Ern. conjecerat *propositam* legend.—5 C H S T χ *cujus audacia*, omissa præpositione.—6 Pro *materni* in C *matrem* legitur.—7 Idem Ms. *Milosiam.* Mox C et T *cum esset in Asia.*—8 Post *ipsa* H et S addunt *penuria.*—9 χ *neque injuriam.*—10 *Quanto est Opp.* C S T χ, Taur. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Lamb. Weiske, et Orell.—11 *Se ipsam* S ψ, Barber. duo Mss. Quintiliani, cum Junt. Crat. Lamb. Grut. et Oliv.—12 H S χ ψ omittunt *illud.* Tum in χ legitur *fecit.*—13 Apud Quintil. VIII. 4. 11. legitur *corp. vim atque cruc.* Vid. Nott. Varr. Dein T *Ceterum non vid.* C *Ceteri vero vid.*—14 Pro *plures* Mss. ap. Lamb. habent *multos.*

NOTÆ

[z] *Nihil sanctum*] Metianus jurisconsultus, lib. Digest. I. sanctum id esse dicit, quod ab hominum injuria defensum et munitum est.

[a] *Cum essem in Asia*] Cum invectus esset vehementius in Chrysogonum in Oratione pro Roscio Amerino, metu Sullæ dictatoris, cujus is libertus erat, in Asiam profectus est. Vide Plutarchum. Tamen ipse aliam causam affert in Bruto, nempe valetudinis, et ut tantisper intermisso dicendi munere levaretur.

[b] *Hæredibus secundis*] Hæredes secundi dicuntur, qui hæredi instituto substituuntur. Boëthius lib. Comment. in Top. Ciceronis c. 2.

Itaque, cum hanc consuetudinem [15] audaciamque cognosceret avunculus illius adolescentis Oppianici, Cn. Magius, isque gravi [16] morbo affectus esset, et hæredem illum sororis suæ filium [c] faceret; amicis adhibitis, præsente matre sua, Dinea, uxorem suam interrogavit, essetne prægnans:[17] [d] quæ cum se esse respondisset, ab ea petivit, ut, se mortuo, apud Dineam, quæ tum ei mulieri [e] socrus erat, quoad pareret, habitaret, diligentiamque adhiberet, ut id, quod conceperat, servaret, ut salvum [f] parere posset.[18] Itaque ei testamento legat grandem pecuniam a filio,[g] si qui natus esset: ab secundo hærede [h] nihil legat. 34. Quid de Oppianico suspicatus sit,[i] videtis; quid judicarit, obscurum non est. Nam, cum ejus filium [19] faceret hæredem, eum tutorem [20] liberis non ascripsit. Quid Oppianicus fecerit, cognoscite; ut illum Magium intelligatis longe animo prospexisse morientem.[k] Quæ pecunia mulieri legata erat a filio, si qui natus esset, eam præsentem Oppianicus non

CAP. XII. 15 *Hanc ejus cons.* C H χ ψ, Taur. et edd. pleræque ante Grut. cum Oliv. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Mox, Orell. e Taur. edidit *cognosset.*—16 χ *is gravi:* Taur. *isque cum gravi.* Ern. conjecit Ciceronem scripsisse *affectus, hæredem,* omissis verbis *esset et.*—17 Ms. Lamb. *prægnas,* antiqua vocabuli scriptura, ut habent edd. nonnullæ in Epistt. ad Att. I. 10.—18 Taur. *servare et salvom parere et posset.*—19 Idem Ms. *Nam cujus fil.*—

NOTÆ

[c] *Sororis suæ filium*] Oppianicum Oppianici et Magiæ filium, et Sassiæ generum, intellige.

[d] *Essetne prægnans*] Prægnans dicitur, quæ sentit se recens concepisse.

[e] *Mulieri*] Illa mulier Magii uxor est.

[f] *Salvum*] Id est, tutum et incolumem infantem contra Oppianici insidias servaret.

[g] *Legat grandem pecuniam a filio*] Sensus est, si filius ex ea nascatur, qui hæres testamento instituitur. *A filio:* modus loquendi Ciceroni usitatus: ita loquitur Epistt. ad Fam. VII. 17. 'Quintus frater laborat, ut, tibi, quod debet, ab Egnatio solvat.'

[h] *Secundo hærede*] Nihil legavit a sororis suæ filio, Oppianico videlicet, qui hæres substitutus erat.

[i] *Suspicatus sit*] Suspicatus est aliquid esse timendum ab Oppianico Magius, quia voluit uxorem apud socrum Dineam esse.

[k] *Prospexisse morientem*] Divinare morientes probat Cic. de Divin. l. I. hoc exemplo: 'Cum Calanum Indum ad mortem proficiscentem rex Alexander rogaret, si quid vellet, ut diceret: 'Optime,' inquit; 'propediem te videbo:' quod ita contigit; nam Babyloniæ paucis post diebus Alexander mortuus est.'

debitam [1] mulieri solvit; si hæc solutio legatorum, et non [1] merces abortionis appellanda est. Quo illa pretio accepto, multisque præterea muneribus, quæ tum [m] ex tabulis Oppianici recitabantur, spem illam, quam in alvo commendatam a viro continebat, victa avaritia sceleri [2] Oppianici vendidit. 35. Nihil posse jam ad hanc improbitatem addi videtur: attendite exitum. Quæ mulier obtestatione [k] [3] viri decem illis mensibus [n] ne domum quidem ullam, nisi socrus suæ, nosse debuit, hæc quinto mense [4] [o] post viri mortem ipsi Oppianico nupsit: quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt; erant enim non matrimonii dignitate, sed sceleris societate conjunctæ.

XIII. 36. Quid? illa cædes Asinii [5] Larinatis, adolescentis pecuniosi, quam clara tum, recenti re! [6] quam omnium sermone celebrata! [l] Fuit Avilius [7] quidam Larinas, perdita nequitia, et summa egestate, [p] arte quadam præditus

[k] *Obsecratione.* [l] *Vulgata.*

20 *Auctorem* H S: *adjutorem* χ ψ.—1 *Non* ante *merces* in C deest. Pro verbis *si hæc solutio . . . appellanda est. Quo*, in T legitur *sed quo.* χ *appellanda esset.*—2 ψ *sceleris.*—3 Pro *obtestatione* C habet *ostentatione;* χ *obstentatione;* Dresd. *obtemperatione.*—4 Pro *mense* in T legitur *tamen.*

CAP. XIII. 5 '*Asinii*] In hoc nomine semper fluctuat Taur. inter *Asuvius* et *Asuius.* Priorem videtur probare Peyron. Nihil tamen novavi; nimis enim insolens hoc est nomen.' *Orell.* In C legitur *Asini:* χ *Asimii.*—6 *Recenti re fuit, et quam* Taur. *tum recens fuit* C T et Franc. 1. *cum recenti fuit* S χ ψ et Franc. 2. *quam clara recenti fuerit* Dresd. *cum recens fuit* edd. pleræque ante Lamb. *recenti fuit* H et Pall. unde Orell. dedit *tum, recenti re fuit.* Ceteri ut Ern. Pro *omnium* χ et ψ habent *omni sermone.*—7 *Anilius* C: *Aurilius* S: *Avulius* T: *Arulius* hic, sed *Aiulius* infra, ed. 1472. *Aiulius* nonnullæ edd. vett. *Avillius* constanter Taur. ut volebat Ursinus. Gulielm.

NOTÆ

[1] *Non debitam*] Cum nondum peperisset, hæc ei summa debita non erat.

[m] *Quæ tum*] In illo judicio ante octo annos habito contra Oppianicum, omnia illa recitata sunt ex ejus tabulis quas ille fecerat, cum ea munera emit.

[n] *Decem illis mensibus*] Decem mensium tempore lugendis viris suis conjuges, positis omnibus ornamentis, vacare debebant. Vide Ovid. Fast. l. VII.

[o] *Quinto mense*] Quinto mense post mortem viri sui, illa mulier Oppianico nupsit.

[p] *Summa egestate*] Egestas in mala re dicitur, quia hominem ad male agendum impellit.

ad libidines adolescentulorum excitandas accommodata;[8] qui, ut se blanditiis et assentationibus in Asinii[9] consuetudinem penitus immersit,[m] Oppianicus continuo sperare cœpit, hoc se Avilio,[10] tanquam aliqua machina admota,[q] capere Asinii adolescentiam, et fortunas[n] ejus patrias expugnare posse. Ratio excogitata Larini[11] est; res translata Romam: [*p.* 25.] iniri[12] enim id consilium facilius in solitudine,[r] perfici rem ejusmodi commodius in turba posse arbitrati sunt. Asinius cum Avilio[13] Romam est profectus. Hos vestigiis Oppianicus consecutus[14] est.[o] Jam ut Romæ vixerint, quibus conviviis, quibus flagitiis, quantis et quam profusis sumtibus, non modo conscio, sed etiam conviva et adjutore Oppianico, longum est mihi dicere, præsertim ad alia properanti.[s] Exitum hujus assimulatæ[15] familiaritatis[p] cognoscite. 37. Cum esset adolescens apud mulierculam[t] quandam, atque ibi pernoctaret, et ibi diem posterum[16] commoraretur; Avilius, ut erat constitutum, simulat se ægrotare, et testamentum facere velle. Oppianicus obsignatores[u] ad eum, qui neque

[m] *Devenit.* [n] *Patrimonium.* [o] *Illico post secutus est.*
[p] *Callide simulatæ.*

malnit *A. Villius.*—8 E Mss. plerisque et edd. vett. *accommodatus* edidit Beck. qui, paulo ante, de sententia Gulielmii, Gruteri, Lallemandi, et Ernesti, delevit *præditus.* Pro *excitandas* in Taur. *exercitandas*, prob. Peyron.—9 χ *Asimii*, ut semper. Tum in C *consuetudine.*—10 *Avulio* T: *Auxilio* H et ψ.—11 C *Larinii.*—12 H χ, Taur. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. et Orell. *inire.* Pro *enim id* C T habent *eum;* χ ψ *enim.* Mox pro *perfici* in C legitur *proficere;* H T χ ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. et Orell. *perficere.* In H χ ψ deest *rem.*—13 T *cum a Julio.*—14 C et Steph. *secutus.*—15 C et T *assimilitatæ.*—16 C T, Ms. Vict. et plerique Pall. *et ibidem posterum:* Lamb. 1566. Weiske, Schutz. et Orell. *et ibidem diem posterum*, prob. Ern. In Taur. *at-*

NOTÆ

[q] *Machina admota*] Similitudo ab urbium obsidione.

[r] *In solitudine*] In urbe Larino, ubi non tanta frequentia populorum est, facilius se perdendi Asinii consilium meditaturos crediderunt, et Romæ perfecturos, ubi magna frequentia populorum est, et ubi non tam manifesta sunt crimina.

[s] *Ad alia properanti*] Omittit quomodo Romæ vixerint, ut ad ea properet quæ magis ad causam Cluentii pertinent.

[t] *Apud mulierculam*] Scortillum videlicet.

[u] *Obsignatores*] Obsignatores sunt testes qui testamentum obsignabant, quos septem edicto prætoris adhiberi oportebat.

Asinium, neque Avilium nossent,[17] adducit, et illum Asinium appellat: ipse[x] testamento, Asinii nomine obsignato, discedit.[18] Avilius illico convalescit. Asinius autem brevi illo tempore, quasi in hortulos iret, in arenarias[y] quasdam extra portam Esquilinam[19][z] perductus, occiditur. 38. Qui cum unum jam et alterum diem desideraretur,[20] neque in iis locis, ubi ex consuetudine quærebatur, inveniretur, et Oppianicus in foro Larinatium dictitaret,[1] nuper se et suos amicos[2] testamentum ejus obsignasse; liberti Asinii, et nonnulli amici, quod eo die, quo[3] postremum Asinius visus erat, Avilium cum eo fuisse, et a multis visum esse constabat; in eum invadunt, et hominem ante pedes Q. Manilii,[4] qui tum erat triumvir,[a] constituunt. Atque ille continuo, nullo teste, nullo indice,[5] recentis maleficii conscientia perterritus,[6] omnia, ut a me paulo ante dicta sunt, exponit, Asiniumque ab se, consilio Oppianici, interfectum fatetur. 39. Extrahitur domo[b] latitans Oppianicus a Manilio: index Avilius ex altera parte coram tenetur. Hic jam quid reliqua quæritis? Manilium plerique noratis.[c] Non ille honorem a pueritia, non studia virtutis, non ullum existimationis bonæ fructum unquam cogitarat; sed ex petulanti atque improbo scurra, in dis-

que ubi pernoct., ibi diem posterum.—17 C *nosceret.*—18 *Disceditur* H S χ et Taur. unde dedit Peyron. *appellat ipse. Testamento . . . disceditur.*—19 C et H *Exquilinam.*—20 χ *desideratur.* Mox, Ven. 1483. Junt. Lamb. *in his locis.* Pro *ubi* H S χ habent *in quibus.*—1 ψ *dictaret.*—2 In χ deest *amicos.* Dein *test. ejus obligasse* C χ ψ.—3 T *eodem die quo:* C H S χ ψ *eodem quo,* omisso *die.* In C χ ψ quoque legitur *postremo.*—4 Al. *Manlii;* ac paulo post *Manlio*

NOTÆ

[x] *Ipse*] Oppianicus.

[y] *Arenarias*] Arenariæ sunt fodinæ unde arena eruitur.

[z] *Esquilinam*] Romæ fuit Esquilina porta, ad quam de nocentibus sumebantur pœnæ. Vide Tacit. Ann. lib. II.

[a] *Triumvir*] Triumviri capitales erant Romæ, qui carceris custodiam habebant; ad quos cum delata erant crimina, ab ipsis referebantur ad prætorem, a quo judices sorte constituebantur. Rævar. Varior. II. 18.

[b] *Extrahitur domo*] Nam Larinum jam redierat Oppianicus.

[c] *Manilium plerique noratis*] Manilium illum carpit, qui repetundarum accusatus est.

cordiis civitatis,[d] ad eam columnam,[e] ad quam multorum sæpe conviciis[7] [f] perductus erat, tum suffragiis populi pervenerat.[g] Itaque rem cum Oppianico transigit;[8] [h] pecuniam ab eo accipit; causam et susceptam et manifestam relinquit. Ac tum[9] in Oppianici causa, crimen hoc Asinianum[i] cum testibus multis, tum vero[10] indicio Avilii probabatur:[11] in quo, inter allegatos,[k] Oppianici nomen primum esse[12] constabat, ejus,[l] quem vos[m] miserum atque innocentem, falso judicio circumventum esse dicitis.

XIV. 40. Quid?[n] aviam tuam, Oppianice, Dineam, cui tu es hæres,[o] pater tuus non manifesto necavit? ad quam cum adduxisset medicum illum suum,[13] jam cognitum, et sæpe victorem,[p] [per quem interfecerat plurimos,[14]] mulier exclamat, se ab eo nullo modo velle curari, quo curante suos omnes perdidisset. Tum repente Anconitanum[q]

et *Manlium.*—5 C H S T *judice.*—6 χ *conscientiam perterritur.*—7 ψ *comitiis.* Mox pro *tum suffr.* edd. nonnullæ habent *cum suffr.*—8 χ *transfigit.*—9 ψ *Actum*, una voce.—10 C H S χ ψ omittunt *vero.* Dein *judicio* C T χ.—11 C S T χ *comprobatur:* H ψ *comprobabatur.* Tum χ *in qua.* Pro *inter allegatos* T habet *intra ad legatos;* Pal. 1. *iter ad legatos.* Turnebus Advers. XX. 5. et Lamb. legi jusserunt *inter legatos.*—12 In χ deest *esse.*

CAP. XIV. 13 χ omittit *suum.*—14 Lamb. 1566. et Schutz. deleverunt verba *per quem interfecerat plurimos;* quæ Grut. et Ern. quoque judicarunt

NOTÆ

[d] *In discordiis civitatis*] Discors fuit civitas, cum alii Sullam, alii Marium sequerentur.

[e] *Ad eam columnam*] Columnam Mœniam intelligit, ad quam debitores, fures, et servi fugitivi accusabantur.

[f] *Multorum conviciis*] Multorum conviciis ad eam columnam Manilius ductus est, qui pecuniam sibi debitam ab eo repetebant.

[g] *Pervenerat*] Triumvir factus fuerat Manilius a populo, quem scurrilitate sua delectarat.

[h] *Cum Oppianico transigit*] Cum Manilio nempe convenit Oppianicus de pecunia danda, ut liberetur a judicio: unde in crimen repetundarum incidit.

[i] *Asinianum*] Crimen quod in Asinium commissum est.

[k] *Allegatos*] Inter eos qui adhibiti sunt ad Asinium interficiendum, primus nominatus est Oppianicus.

[l] *Ejus*] Ironia: sed amara in Oppianicum.

[m] *Vos*] Illi sunt qui Cluentium accusant.

[n] *Quid*] Modus transeundi ad rem aliam: transit enim ad Oppianici filium.

[o] *Cui tu es hæres*] Oppianicus, pater hujus accusatoris, Dineam interfecit; cujus hæres erat.

[p] *Victorem*] Victorem appellat, quia, multos occidendo, votorum fuerat compos.

quendam, L. Clodium, pharmacopolam circumforaneum,[15 r] qui casu tum Larinum venisset, aggreditur, et cum eo H-S quadringentis,[16 s] id quod ipsius tabulis[t] tum est demonstratum,[17] transigit. L. Clodius, qui properaret, cui fora multa restarent, simul atque introductus est, rem confecit: prima potione[18] mulierem sustulit; neque postea Larini punctum est temporis commoratus. 41. Eadem hac Dinea testamentum faciente, cum tabulas prehendisset[r 19] Oppianicus, qui gener ejus fuisset, digito legata delevit;[u] et, cum id multis locis fecisset, post mortem ejus, ne lituris[20] coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum, signis[1] adulterinis[s] obsignavit. Multa prætereo consulto: etenim vereor, ne hæc ipsa nimium multa esse videantur: vos tamen eum similem sui[2] fuisse in ceteris vitæ partibus existimare debetis. [*p.* 26.] Illum tabulas publicas[x] Larini[3] censorias corrupisse, decuriones universi[y] judicaverunt. Cum illo jam nemo rationem, nemo rem ullam

[r] *Accepisset.* [s] *Falsis.*

spuria esse.—15 C *pharmacopulam circumforanum:* χ *pharmacopula circumforanum.*—16 Pro *H-S quadringentis* in T legitur *habes ecce;* C H S χ ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. *duo millia,* prob. Garaton. et non improb. Orell. Conjecit Manutius *H-S quadraginta.*—17 In ed. Ven. 1483. *id quod est ips. tab. tum dem.* Ven. 1480. et Junt. omittunt *tum,* pro quo T habet *cum.*—18 ψ *prima petitione.*—19 C S T *prendisset.*—20 C et ψ *literis.*—1 χ *signum.*—2 *Sui* non est in T, nec in ed. 1471. Mox post *ceteris* T, Franc. Ms. Vict. et Pall. cum Junt. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. addunt *quoque.* In C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. *vitæ suæ.* Porro *debebitis* T, Ms. Vict. Pall. cum Grut. Græv. Oliv. Lall.—3 ψ *Latini.* Quintil. IX. 3. legit *tabulas publ. violasse, censorias corrupisse.* Atque Regius ibi dicit, ap. Ciceronem legi *violasse;* quod tamen

NOTÆ

[q] *Anconitanum*] Ancona Piceni in Italia urbs est.

[r] *Pharmacopolam circumforaneum*] Pharmacopola circumforaneus dicitur, qui pharmaca sua per fora et oppida vendendi causa circumferebat.

[s] *H-S quadringentis*] Libris nostratibus quadraginta.

[t] *Ipsius tabulis*] Oppianicus summam in suas tabulas retulit.

[u] *Legata delevit*] Ut ad suum filium hæreditas perveniret, quæ a Dinea legata erant, delevit Oppianicus.

[x] *Illum tabulas publicas*] In tabulis publicis censores scribebant quæ in censura sua notaverant. Porro eæ tabulæ in æde Nympharum servabantur.

[y] *Decuriones universi*] Qui Romæ senatores, in municipiis decuriones dicebantur.

contrahebat:[t] nemo illum ex tam multis cognatis et affinibus tutorem unquam liberis suis scripsit: nemo illum aditu, nemo congressione,[u] nemo sermone, nemo convivio dignum judicabat: omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes, ut aliquam immanem ac perniciosam bestiam pestemque fugiebant. 42. Hunc tamen hominem tam audacem, tam nefarium, tam nocentem, nunquam accusasset Avitus, judices, si id prætermittere, salvo capite suo,[x] potuisset. Erat huic inimicus Oppianicus; sed tamen[4] erat vitricus: crudelis et huic infesta mater;[z] attamen mater: postremo nihil tam remotum ab accusatione, quam Cluentius, et natura, et voluntate,[a] et instituta ratione vitæ. Sed cum esset hæc illi proposita[5] conditio, ut aut juste pieque[6] accusaret, aut acerbe indigneque moreretur; accusare, quoquo modo[b] posset, quam illo modo emori, maluit.

43. Atque, ut hæc[7] ita esse perspicere possitis, exponam vobis Oppianici facinus manifesto compertum atque deprehensum;[8] ex quo simul utrumque, et huic[c] accusare, et illum[d] condemnari,[9] necesse fuisse intelligetis. XV. Martiales[e] quidam Larini appellabantur, ministri publici

[t] *Contractum faciebat de ulla re.* [u] *Congressu.* [x] *Vita sua salva.*

nulla dat editio.' *Beck.*—4 C H S T χ ψ, Ven. 1480. Junt. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *Erat huic inim. Oppianicus, erat; sed tamen, &c.* vel *Erat huic inim. Oppianicus: erat; sed tamen, &c.*—5 C S χ, Junt. *hæc ei propos.* T *hæc imposita.*—6 J. F. Gronov. ad Plin. Hist. Nat. XXXVI. 5. scribi jussit, *ut aut parum pie:* Jac. Gronov. conjecit, *ut aut non juste pieque.*—7 C H S T χ *hoc.*—8 χ *manifestum;* et H *comp. atque comprehensum.*—9 Lamb. *et illi condemnari.* In χ *condemnare,* et paulo post *intelligatis.*

NOTÆ

[z] *Mater*] Sassia, mater Cluentii, eum oderat.

[a] *Natura et voluntate*] Cum Cluentius benignus sit natura, et voluntate propensus ad bene omnibus faciendum, et vitæ genus a causis agendis penitus alienum sibi constituerit, invitus Oppianicum accusavit.

[b] *Quoquo modo*] Contra naturam, voluntatem, et vitæ rationem maluit Cluentius eum accusare, quam mortem sævam ab eo pati.

[c] *Huic*] Cluentio.

[d] *Et illum*] Oppianicum.

[e] *Martiales*] Ostendit fontem odiorum Oppianici in Cluentium; quod Martiales videlicet contra Oppianicum Cluentius defenderit. Martiales porro erant servi publici Deo Marti consecrati.

Martis, atque ei Deo veteribus institutis religionibusque Larinatium[10] consecrati; quorum cum satis magnus numerus esset, cumque item, ut[11] in Sicilia permulti Venerei[12] [f] sunt, sic illi Larini in Martis familia[y] numerarentur; repente Oppianicus eos omnes, liberos esse,[g] civesque Romanos[h] cœpit defendere. Graviter id decuriones Larinatium, cunctique municipes tulerunt.[13] Itaque ab Avito petiverunt, ut eam causam susciperet, publiceque[14] defenderet. Avitus cum se ab omni ejusmodi negotio[i] removisset, tamen pro loco,[z] pro antiquitate generis sui, pro eo, quod se non suis solum[15] commodis, sed etiam suorum municipum[k] ceterorumque necessariorum natum esse arbitrabatur, tantæ voluntati universorum[16] Larinatium deesse noluit. 44. Suscepta causa, Romamque delata, magnæ quotidie[17] contentiones inter Avitum et Oppianicum ex utriusque studio defensionis excitabantur. Erat ipse immani acerbaque natura Oppianicus: incendebat ejus amentiam infesta atque inimica filio mater Aviti:[18] magni autem illi sua[l] interesse arbitrabantur,[19] hunc a causa Martialium demovere.[20] Suberat etiam alia[1] causa major, quæ Oppianici, hominis avarissimi atque audacissimi, mentem maxime commovebat. 45. Nam Avitus, usque ad illius judicii tempus, nullum testamentum unquam fecerat:[2] neque

[y] *Cœtu.* [z] *Dignitate.*

Cap. xv. 10 C χ, hic et infra, *Larinatum.*—11 H et S omittunt *ut.*—12 Beck. e conj. Garatoni *Venerii.*—13 χ *multique munic. tulerant.*—14 χ *publice,* sine copula.—15 *Solum* non est in C et χ.—16 In χ deest *universorum.*—17 ψ *quotidianæ.*—18 'Aviti sine causa suspectum Manutio.' *Orell.*—19 In χ *arbitrabatur.*—20 Al. *dimovere.*—1 χ *aliam.*—2 C *facere.* Mox in χ deest

NOTÆ

[f] *In Sicilia permulti Venerei*] De his jam dictum est in Divinatione, et lib. II. in Verr. § 92. not.

[g] *Liberos esse*] Liberi illi non erant, sed servi; nam servi familia dicebantur.

[h] *Cives Romanos*] Contendebat quod illi servi tam liberi essent, quam reliqui cives Larinates, qui municipes erant.

[i] *Ejusmodi negotio*] A forensibus causis se Avitus removerat.

[k] *Suorum municipum*] Qui erant in municipiis, non cives municipiorum, sed municipes dicebantur.

[l] *Illi sua*] Oppianicus et Sassia e re sua crediderunt Cluentium ab hac causa avocare.

enim legare ejusmodi matri poterat in[3] animum inducere; neque testamento nomen omnino prætermittere parentis. Id cum Oppianicus sciret, (neque enim erat obscurum) intelligebat, Avito mortuo, bona ejus omnia ad matrem esse ventura:[m] quæ ab sese postea, aucta pecunia, majore præmio; orbata filio, minore periculo, necaretur. Itaque his rebus[4] incensus, qua ratione Avitum veneno tollere conatus sit, cognoscite. XVI. 46. C. et L. Fabricii,[5] fratres gemini, fuerunt ex municipio Aletrinate,[6][n] homines inter se cum forma tum moribus similes, municipum autem suorum dissimillimi; in quibus quantus splendor sit, quam prope æquabilis, quam fere omnium constans et moderata ratio vitæ, nemo vestrum, ut mea fert opinio, ignorat. His Fabriciis semper usus est Oppianicus familiarissime. Jam hoc fere scitis omnes, quantam vim habeat ad conjungendas amicitias studiorum ac naturæ similitudo. Cum illi ita viverent, ut nullum quæstum turpem esse arbitrarentur; cum omnis ab his[7] fraus, omnes insidiæ, circumscriptionesque[8][o] adolescentium nascerentur; cumque essent vitiis atque improbitate omnibus noti; [*p.* 27.] studiose,[9] ut dixi, ad eorum se familiaritatem multis jam ante[10] annis Oppianicus applicarat. 47. Itaque tum sic statuit, per C. Fabricium (nam L. erat mortuus) insidias Avito comparare. Erat illo tempore infirma valetudine Avitus: utebatur autem medico[11] ignobili, sed spectato homine, Cleo-

enim.—3 C H S χ ψ omittunt præpositionem *in.*—4 C *iis rebus.*

CAP. XVI. 5 χ *C. et Lucius Fabricii.*—6 Priscian. l. VII. p. 768. *Aletrinati;* sic etiam Lamb. et Beck. Al. *Alatrinati.* Mox T *tum forma.* Dein χ *municipium autem suorum dissimili.*—7 C *ab iis.*—8 In H deest *circumscriptionesque.*—9 Pro *studiose* T, Dresd. Franc. 2. Ms. Vict. Pall. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. habent *studio.*—10 *Jam* non est in T, nec *jam ante* in H.—11 C non ag-

NOTÆ

[m] *Ad matrem esse ventura*] Innuit hic Cicero, ætate sua jus fuisse, ut intestati filii mater hæres esset.

[n] *Aletrinate*] Aletrium sive Alatrium, et Alatrum, urbs est Hernicorum: populi vero Aletrinates dicti sunt.

[o] *Circumscriptiones*] Cum adolescentes facile in fraudem inducantur: inde natum est verbum 'circumscribere,' pro decipere: dolus autem iste malus legibus vindicabatur.

phanto; cujus servum Diogenem Fabricius ad venenum Avito dandum spe et pretio solicitare cœpit. Servus non incallidus, sed,[12] ut ipsa res declaravit, frugi atque integer, sermonem Fabricii non est aspernatus:[a] rem ad dominum detulit: Cleophantus autem cum Avito est locutus. Avitus statim [13] cum M. Bebrio, senatore, familiarissimo suo, communicavit; qui qua fide, qua prudentia, qua dignitate [14] fuerit, meminisse vos arbitror. Ei placuit, ut Diogenem Avitus emeret a Cleophanto, quo facilius aut comprehenderetur res ejus indicio,[15] aut falsa esse cognosceretur. Ne multis;[16] Diogenes emitur: venenum diebus paucis,[17] (multi viri boni cum ex occulto [18] intervenissent) pecuniaque obsignata, quæ ad eam rem [19] dabatur, in manibus Scamandri, liberti Fabriciorum, deprehenditur. 48. Pro Dii immortales! Oppianicum quisquam, his rebus [20] cognitis, circumventum esse dicet? [1] XVII. Quis unquam audacior? quis nocentior? quis apertior in judicium adductus est? [2] Quod ingenium, quæ facultas dicendi, quæ a quoquam excogitata defensio, huic uni crimini [3] potuit obsistere? simul et illud quis est qui dubitet, quin hac re comperta manifestoque [4] deprehensa, aut obeunda mors Cluentio, aut suscipienda accusatio fuerit?

49. Satis esse arbitror [5] [p] demonstratum, judices, iis criminibus accusatum esse Oppianicum, ut honeste absolvi

[a] *Non repudiavit.*

noscit *medico.*—12 Pro *sed* in Ms. Vict. legitur *et.*—13 C H S χ ψ, Ven. 1483. Crat. Lamb. Grut. Oliv. Lall. et Weiske *Avitus autem statim.* Mox *Bæbio* Ven. 1480. 1483. Junt. *Bobio* Franc. 1. *Brachio* Franc. 2. Dresd. et ed. 1471. *Bæbio* conjecit Garaton. ut in Pison. c. 36.—14 Mss. Lambini *qua diligentia.*—15 χ *judicio.*—16 Idem Ms. *Ne multi:* Lamb. *Ne multa.*—17 Post *diebus paucis* edd. vett. addunt *comparatur.*—18 Verba *ex occulto* in C H S χ ψ omittuntur.—19 *Ob eam rem* C H S χ ψ, non improb. Beck.—20 T *quispiam;* et C *iis rebus.*—1 C S T ψ *dicit esse:* Vict. Manut. *esse dicit.*

CAP. XVII. 2 χ *quis actior in jud. add.* omisso *est.*—3 *Crimini* non est in C.—4 ψ *comperata;* et C *manifesto* sine copula.—5 Steph. *Satis est, arbitror.*—

NOTÆ

[p] *Satis esse arbitror*] De Oppianici criminibus ad hunc usque locum dicit; nunc de præjudiciis quæ a Scamandro et Fabricio condemnatis desumuntur.

nullo modo potuerit. Cognoscite nunc ita reum citatum[6] esse illum,[b] ut, re semel atque iterum[q] præjudicata, condemnatus[7] in judicium venerit. Nam Cluentius, judices, primum nomen ejus detulit, cujus in manibus venenum deprehenderat. Is erat libertus Fabriciorum, Scamander. Integrum consilium:[r] judicii corrupti nulla suspicio: simplex in judicium causa,[s] certa res, verum[8] crimen[t] allatum est. Hic tum Fabricius, is, de quo ante dixi, qui, liberto damnato, sibi illud impendere periculum videret; quod mihi cum Aletrinatibus vicinitatem, et cum plerisque eorum magnum usum[c] esse sciebat, frequentes eos[9] ad me domum adduxit. Qui quanquam de homine,[u] sicut necesse erat, existimabant; tamen, quod erat ex eodem municipio, suæ dignitatis esse arbitrabantur, eum,[10] quibus rebus possent, defendere: idque a me, ut facerem, et ut causam Scamandri susciperem, petebant: in qua causa patroni omne periculum[x] continebatur. 50. Ego, qui neque illis talibus viris, ac tam amantibus mei, rem possem ullam negare; neque illud crimen tantum ac tam manifestum esse arbitrarer, sicut ne illi[11] quidem ipsi, qui mihi tum illam causam commendabant, arbitrabantur;[12] pollicitus iis sum, me omnia,

[b] *Vocatum esse in judicium.* [c] *Consuetudinem.*

6 Pro *reum citatum* in ψ legitur *renuntiatum.* Pro *illum* T habet *illis.*—7 χ *re simul atque istorum præjudicata, condemnatur.* In C *præjudicate.*—8 Pro *verum* C H S T χ ψ, Ven. 1483. Junt. exhibent *unum.* Dein C *illatum.*—9 In C deest *eos.*—10 C et χ *cum.*—11 C H S T χ ψ, Ven. 1483. Junt. *nec illi.*—12 C omittit *arbitrabantur;* et, paulo post, legit *poll. his sum.*

NOTÆ

[q] *Re semel atque iterum*] Damnato primum Scamandro, et iterum damnato Fabricio, Oppianicus vocatus est in judicium.

[r] *Integrum consilium*] Tunc totus judicum cœtus corruptus non erat.

[s] *Simplex causa*] Simplex causa est, quæ unum tantum statum, nec alium sibi adjunctum habet.

[t] *Verum crimen*] Verum illud crimen dicitur, quod negari non potest: tunc autem simplex causæ status, quia non alia amplectitur.

[u] *De homine*] De Fabricio idem censebant quod alii omnes; nempe, eum Scamandrum impulisse ut venenum Cluentio daret.

[x] *Patroni omne periculum*] In summum discrimen existimationis bonæ patronum venire oportebat, si Scamandri causam defenderet.

quæ vellent, esse facturum. XVIII. Res agi cœpta est: citatus est Scamander reus. Accusabat P. Canutius,[13] homo in primis ingeniosus, et in dicendo exercitatus: accusabat autem ille quidem[14] Scamandrum verbis tribus, 'venenum esse deprehensum:' omnia tela totius accusationis in Oppianicum conjiciebantur: aperiebatur causa insidiarum:[y] Fabriciorum familiaritas commemorabatur: hominis[z] vita et audacia proferebatur: denique omnis accusatio varie graviterque tractata, ad extremum manifesta veneni deprehensione conclusa est. 51. Hic ego tum[15] ad respondendum surrexi,[a] qua cura! [*p.* 28.] Dii immortales! qua solicitudine animi! quo timore! Semper equidem magno cum metu incipio dicere. Quotiescumque dico, toties mihi videor in judicium venire, non ingenii solum, sed etiam virtutis atque officii; ne aut id profiteri videar, quod non possim implere,[16] quod est impudentiæ; aut id non efficere, quod possim, quod est aut perfidiæ, aut negligentiæ. Tum vero ita sum perturbatus, ut omnia[17] timerem; si nihil dixissem, ne infantissimus; si multa in ejusmodi causa dixissem, ne impudentissimus[d] existimarer. XIX. Collegi me[e] aliquando, et ita constitui, fortiter esse agendum; illi ætati, qua tum eram,[b] solere laudi dari, etiamsi in[18] minus firmis causis hominum periculis non defuissem. Itaque feci: sic pugnavi,[19] sic omni ratione

[d] *Mendacissimus.* [e] *Redii ad me.*

CAP. XVIII. 13 *Camnicius* C: *Canitius* H S: *Camucius* T: *Cannicius* χ ψ.—14 χ non habet *autem.* Dein H S T χ ψ omittunt *quidem.*—15 Ern. e conj. cum Beck. Schutz. et Orell. *Hic ego tum.* Omnes aliæ edd. *Hic ego cum.*—16 ψ *possum implere.*—17 Idem Ms. *omnis.*

CAP. XIX. 18 χ omittit præpositionem ante *minus firmis.* Orell. conjecit legend. *etiam in minus . . . non defuisse.*—19 In ψ *sed sic pugnavi.* Mox, in

NOTÆ

[y] *Causa insidiarum*] Causa, cur veneno Cluentium Oppianicus interficere voluerit, proferebatur.

[z] *Hominis*] Oppianici vita et fraudes aperiebantur.

[a] *Surrexi*] Stabant dicentes in foro.

[b] *Illi ætati, qua tum eram*] Adolescens Cicero Scamandrum defendit, antequam in Asiam proficisceretur; sed hæc oratio periit.

contendi, sic ad omnia confugi, quantum ego assequi potui, remedia ac perfugia causarum, ut hoc, quod timide dicam, consecutus sim, ne quis illi causæ patronum defuisse arbitraretur. 52. Sed, ut quicquid[20] ego apprehenderam,[c] statim accusator extorquebat e manibus. Si quæsieram,[1] an inimicitiæ Scamandro cum Avito; fatebatur,[2] nullas fuisse; sed Oppianicum, cujus ille minister fuisset, huic inimicissimum fuisse atque esse dicebat. Sin autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Aviti venturum emolumentum fuisse; concedebat; sed ad uxorem[3] Oppianici, hominis in uxoribus necandis exercitati, omnia bona Aviti ventura esse dicebat. Cum illa defensione usus essem, quæ in libertinorum[d] causis honestissima semper existimata est, Scamandrum[4] patrono[e] esse probatum; fatebatur: sed quærebat, cui probatus esset[5] ipse patronus.[f] 53. Cum ego pluribus verbis in eo commoratus essem, Scamandro factas insidias esse per Diogenem,[g] constitutumque[6] inter eos de alia re fuisse, ut medicamentum, non venenum[h] Diogenes afferret: hoc cuivis[7] usu venire posse:[i] quærebat, cur in ejusmodi locum, tam abditum,

eodem Ms. legitur *fugi*.—20 Junt. Crat. *quidquam*, non improb. Ern. Tum Ven. 1480. *ego apprehenderem*.—1 χ *Sic quæsieram*. Dein *quæ inimicitiæ* C H χ ψ, Ven. 1483. Lamb. et Orell. *an quæ inim.* S, Beck. Schutz. Ceteri ut Ern.—2 H S T χ *fatebantur*. In χ quoque *nulla fuisse*.—3 ψ *sed ut ad ux.*—4 χ *Scamandro*.—5 Mss. ap. Sylvium *prob. fuisset*.—6 T *constitutum*, sine copula.—7 Pro *cuivis* χ habet *cujus*: ψ *cui*. Tum *usui* Franc. 1. 2. et Ms.

NOTÆ

[c] *Apprehenderam*] Accusator statim responderat omnibus quæ a Cicerone in Scamandri defensionem proferebantur.

[d] *Libertinorum*] Libertini dicuntur, qui justa servitute manumissi sunt.

[e] *Patrono*] Fabricius patronus fuit Scamandri; patronus autem, quasi pater, dictus est.

[f] *Patronus*] Fabricius pessime audiebat.

[g] *Per Diogenem*] Diogenes famulus erat Cleophanti medici.

[h] *Medicamentum, non venenum*] Egit Scamander cum Diogene, ut a Cleophanto medicamenta emeret. Diogenes pro medicamento venenum attulit, quod in Scamandri manibus deprehensum est: quare factas esse Scamandro insidias per Diogenem dicit.

[i] *Cuivis usu venire posse*] Id est, omnibus evenire posse, ut pro medicamento venenum ab improbo medici servo detur.

cur solus, cur cum obsignata[8] pecunia[k] venisset. Denique hoc loco causa testibus, honestissimis hominibus, premebatur. M. Bebrius[9] de suo consilio Diogenem emtum; se præsente Scamandrum cum veneno pecuniaque deprehensum esse dicebat. P. Quintilius Varus,[10] homo summa religione[l] et summa auctoritate præditus, de insidiis, quæ fierent Avito,[11] et de solicitatione Diogenis, recenti re, secum Cleophantum locutum esse dicebat. 54. Atque in illo judicio cum Scamandrum nos defendere videremur,[12] verbo ille reus erat, re quidem vera,[m] et periculo,[n] et tota accusatione[o] Oppianicus. Neque id obscure ferebat,[f] nec dissimulare ullo modo poterat: aderat frequens,[p] advocabat, omni studio gratiaque pugnabat:[g 13] postremo, id quod maximo malo illi causæ fuit, hoc ipso in loco, quasi reus ipse esset,[q] sedebat. Oculi omnium judicum non in Scamandrum, sed in Oppianicum conjiciebantur: timor ejus, perturbatio, suspensus[h] incertusque vultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antea suspiciosa,[r] hæc aperta

[f] *Occultabat.* [g] *Litigabat.* [h] *Dubius.*

Sylvii cum Nang.—8 T ψ *cur non obs.* Pro *venisset* Mss. nonnulli habent *tenuisset.*—9 H S T χ *Bebius.* In C H ψ deest præpositio ante *suo consilio.*—10 Ern. e conj. Lambini cum Beck. Schutz. et Orell. edidit *P. Quintilius Varus.* Omnes aliæ edd. et Mss. *P. Quintius Varus.*—11 χ *quæ fecerant Avito.* Mox pro *recenti re* in ψ legitur *recreati et.*—12 χ *videmur.*—13 In edd. Lamb. deest *pugnabat,* improbb. Grut. et Beck. Tum *postr. ad quod maximo malo ulli causæ* χ. Pro *maximo* in H legitur *maxime.*

NOTÆ

[k] *Obsignata pecunia*] Id est, cum loculis obsignatis, in quibus pecunia danda Diogeni esset.

[l] *Summa religione*] Cum esset summa vir religione Quintilius Varus, ab omni fraude et mendacio abhorrebat.

[m] *Re quidem vera*] Non apparebat Scamandri consilio venenum illud datum fuisse, sed Oppianici, qui veneficii illius reus habendus erat.

[n] *Periculo*] Periculum Oppianico, Scamandro condemnato, impendebat, cum veneni dandi ipse auctor esset.

[o] *Tota accusatione*] Tota in Oppianicum recidebat accusatio, qua reus Scamander factus est.

[p] *Aderat frequens*] Advocabat quamplurimos Oppianicus, ut Scamandro liberando faverent.

[q] *Reus ipse esset*] Reus sedebat, dum in judicio ab oratore causa agebatur.

[r] *Suspiciosa*] Ex vultu ipso conjiciebatur, quod Oppianicus venenum Scamandro dedisset ad Cluentium enecandum.

ac manifesta faciebant. XX. 55. Cum in consilium iri[i] oporteret, quæsivit ab reo[14] C. Junius, quæsitor[s] ex lege illa Cornelia,[t] quæ tum erat, clam an palam de se sententiam ferri vellet. De Oppianici sententia responsum est, quod is Aviti familiarem[u] Junium esse dicebat, clam velle ferri.[15] Itum est in consilium.[k] Omnibus sententiis, præter unam, quam suam Stalenus esse dicebat, Scamander prima actione[x] condemnatus est. [*p.* 29.] Quis tum erat omnium, qui, Scamandro condemnato, non judicium de Oppianico factum esse arbitraretur?[16] quid est illa damnatione judicatum, nisi venenum id, quod Avito daretur, esse quæsitum?[l] Quæ porro tenuissima suspicio collata in Scamandrum est, aut conferri potuit, ut is sua sponte necare voluisse Avitum putaretur?

56. Atque, hoc tum judicio facto, et Oppianico, re[y] et existimatione, jam; lege[z] et pronuntiatione, nondum[17] condemnato; tamen Avitus Oppianicum reum statim non fecit. Voluit cognoscere, utrum judices in eos solos essent[18] severi, quos venenum habuisse ipsos[19] comperissent, an etiam

[i] *Ferri sententias.* [k] *Sententiæ latæ sunt.* [l] *Comparatum.*

Cap. XX. 14 χ *ab eo.*—15 Idem Ms. *velle fieri.* Tum ψ *Iterum est in cons.* —16 χ *arbitrarentur.*—17 χ omittit *nondum.*—18 Pro *essent* in ψ *esse ut.*—

NOTÆ

[s] *Quæsitor*] Quæsitor est, qui actioni præest, sive ille sit prætor, sive a prætore constitutus.

[t] *Lege illa Cornelia*] Lex a Sulla dictatore lata est A. U. C. 671. qua volebat ut quæsitor petiturus sententias, prius a reo quæreret, palamne an clam vellet de se ferri judicium. Clam porro sententia ferebatur, cum nota in urnam mittebatur; palam vero, cum ore pronuntiabatur. Sed hæc lex ab eo tempore, quo Cluentius hanc causam egit, aut abrogata est, aut desiit observari.

[u] *Aviti familiarem*] Hæc familiaritas auxit suspicionem corrupti judicii ab Cluentio.

[x] *Prima actione*] Pluribus actionibus significat hanc causam actam fuisse: quod non raro contingebat in iis causis, quæ erant intricatæ et difficiles.

[y] *Re*] Damnato Scamandro, damnatus revera est Oppianicus, etiamsi de eo non jam lata esset sententia.

[z] *Lege*] Cum nulla lex de Oppianico constituta esset, de eo nihil adhuc erat pronuntiatum: potest tamen præjudiciis, re, et communi existimatione, quis, nondum vel lege vel lata sententia, condemnari.

consilia conscientiasque[a] ejusmodi facinorum supplicio dignas judicarent. Itaque C. Fabricium, quem propter familiaritatem Oppianici conscium illi facinori fuisse arbitrabatur, reum statim fecit:[b] utique[20] ei locus[c] primus constitueretur, propter causæ conjunctionem impetravit. Hic tum Fabricius non modo ad me meos vicinos et amicos, Aletrinates, non adduxit, sed ipse iis[1] neque defensoribus uti postea, neque laudatoribus potuit.[d] 57. Rem enim integram[m] hominis non alieni,[e] quamvis suspiciosam, defendere, humanitatis esse putabamus;[2] judicatam labefactare[n] conari, impudentiæ. Itaque tum ille, inopia et necessitate coactus, in causa ejusmodi ad Cepasios[3] fratres[f] confugit, homines industrios, atque eo animo,[4] ut, quæcunque dicendi potestas esset data,[o] in honore atque in beneficio ponerent. XXI. Jam hoc quoque[5] prope iniquissime com-

[m] *Nondum judicatam.* [n] *Immutare.*
[o] *Quamcumque haberent facultatem dicendi.*

19 χ *ipse.*—20 Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. *utque.* Pro *ei* C H S χ ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. habent *ejus.*—1 Weiske censebat legend. *ipsis* aut *ipsis iis.* Mox in ψ *defensionibus.*—2 ψ *putamus.*—3 *Cefasios* C ψ: *Cefafios* χ: *Cepasinos* Ms. Vict. In ed. Oliv. *Cæpasios.* Gulielm. scribi voluit *Ceparios.*—4 Pro *animo* in Mss. nonnullis et ed. Steph. legitur *modo.*

CAP. XXI. 5 C H S T χψ, Ven. 1480. omittunt *quoque;* quod Beck. et

NOTÆ

[a] *Consilia conscientiasque*] Id est, eos ipsos qui dederant consilium, et veneni dati conscii fuerant. Talis fuit ille Fabricius, qui veneni consilium dedit.

[b] *Reum fecit*] Cluentius Fabricii nomen detulit ad prætorem; quo delato, postulavit ut in tabulas inter reos nomen ejus reciperetur.

[c] *Utique ei locus*] Cluentius impetravit a judicibus, ut damnato Scamandro constituta lege, prima omnium Fabricii causa ageretur, dum adhuc recens erat memoria judicum.

[d] *Laudatoribus potuit*] Moris fuit ut rei præter patronos, laudatores etiam adhiberent. Hi fuere aut cives summa auctoritate viri, aut municipes, aut homines provinciales, quos singulæ provinciarum civitates ab eo administratæ cum publica laudatione ad sublevandum rei periculum mittebant. Vide Sigonium de Jud. II. 19.

[e] *Non alieni*] Non alienus, propinquus vel popularis est: nullus autem ejusmodi repertus est, qui pro Fabricio deprecaretur; in quo summa fuit illius inopia.

[f] *Cepasios fratres*] C. et L. Cepasii fratres fuerunt; qui multorum opera, licet ignoti homines et repentini, quæstores tamen statim facti sunt: oratores illi oppidano quodam et incondito genere dicendi. De his Cic. in Bruto.

paratum[p] est, quod in morbis corporis, ut quisque est difficillimus,[q] ita medicus nobilissimus atque optimus quæritur: in periculis capitis, ut quæque causa difficillima est, ita deterrimus[6] obscurissimusque[g] patronus adhibetur.[7] 58. Citatur reus: agitur causa: paucis verbis accusat,[8] ut de re judicata, Canutius. Incipit, longo[h] et alte petito prooemio, respondere major[9] Cepasius. Primo attente auditur[10] ejus oratio. Erigebat animum, jam demissum[11] et oppressum, Oppianicus; gaudebat ipse Fabricius. Non intelligebat,[i] animos judicum, non illius eloquentia, sed defensionis impudentia commoveri. Posteaquam de re cœpit dicere, ad ea quæ erant in causa, addebat etiam ipse nova quædam vulnera.[k] Hoc quanquam sedulo[l] faciebat, tamen interdum non defendere, sed prævaricari[m] [accusationi[12]] videbatur. Itaque cum callidissime[r] se dicere putaret, et cum illa verba gravissima ex intimo artificio depromsisset: 'Respicite, judices, hominum fortunas, respi-

[p] *Constitutum.* [q] *Periculosissimus.*
[r] *Artificiosissime.*

Orell. uncis incluserunt.—6 *Deterrimus* non est in χ.—7 Post *adhibetur* Ms. Vict. edd. Junt. Hervag. Vict. Manut. Cam. Lamb. Grut. Oliv. addunt hæc verba, *nisi forte hæc causa* (Ms. Vict. *hoc causa*, unde Lamb. *hoc causæ*) *est, quod medici nihil præter artificium, oratores etiam auctoritatem præstare debent.* Vid. Nott. Varr.—8 In χ deest *accusat.* Idem pro *judicata* habet *judicat.*—9 C H S χ ψ omittunt *major.*—10 *Audiatur* C χ: *audiebatur* H S.—11 Græv. *dimissum.*—12 *Accusatori* Franc. 1. Naug. Lamb. *defensioni* alii, teste Lam-

NOTÆ

[g] *Deterrimus obscurissimusque, &c.*] In causis ubi agitur de certo capitis periculo deterrimi sumuntur oratores, quia nocentis rei nemo bonus causam suscipere vult.

[*Artificium*] Artificium seu scientia solum requiritur in medico, ne in curando peccet; quare tantum diligens esse debet, et sedulus circa ægrotum: at in oratore auctoritas etiam requiritur. Cum itaque facilius sit artificium solum, quam artificium simul et auctoritatem, ita difficilius est bonum oratorem, quam bonum medicum invenire.

[h] *Incipit longo*] Cepasium oratorem ineptiam suam statim ab exordio patefecisse Cicero cavillatur.

[i] *Non intelligebat*] Nempe Fabricius, &c.

[k] *Nova quædam vulnera*] Cepasius addebat male suæ causæ multa alia, quæ pejorem eam reddebant.

[l] *Sedulo*] Id agebat bona fide, quia non vulnera causæ suæ, sed remedia putabat esse.

[m] *Prævaricari*] Dicitur is prævaricari, qui prodita causa sua contrariam adjuvat.

cite dubios variosque casus, respicite C. Fabricii senectutem :' cum hoc, ' Respicite,' ornandæ orationis causa sæpe dixisset,[13] respexit ipse: at C. Fabricius a subselliis,[n] demisso capite, discesserat.[14] 59. Hic judices ridere; stomachari[o] atque acerbe ferre patronus, causam[15] sibi eripi, et se cetera de[s] illo loco, ' Respicite, judices,'[16] non posse dicere:[p] nec quicquam propius est factum, quam ut illum persequeretur, et collo obtorto[q] ad subsellia reduceret, ut reliqua posset perorare. Ita tum[17] Fabricius, primum suo judicio,[r] quod est gravissimum, deinde legis vi,[s] et sententiis judicum, est condemnatus.

XXII. Quid est, quod jam de Oppianici causa[18] plura dicamus? Apud eosdem judices reus[19] est factus, cum is duobus præjudiciis jam damnatus esset: ab iisdem autem judicibus,[20] qui Fabriciorum damnatione de Oppianico judicarant, locus ei primus est constitutus:[t] accusatus est

[s] *Ab.*

bino. Schutz. delevit vocem *accusationi.*—13 In χ *dixisse.* Mox in C *ac C. Fabr.*—14 *Discesserat* non est in C. Mox in eodem Ms. deest *judices.*—15 H S χ ψ *causas.*—16 χ *Respicere jud.* Dein T omittit *posse.* Porro in H et S *nequicquam.*—17 Ms. Vict. unus Pariss. ed. Hervag. ed. Argent. 1550. Cam. Ern. Lall. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *Ita tum.* Omnes aliæ edd. et Mss. *Jam tum.*

CAP. XXII. 18 Ms. Lamb. *de Opp. persona causaque.*—19 In χ deest *reus.* Dein *cum iis duobus* C, Lamb. et Orell. *cum his duobus* S T ψ, Dresd. Franc. 1. 2. edd. 1471. 1472. Ven. 1480. Junt. Græv. Lall. Ceteri ut Ern.—20 χ *ab*

NOTÆ

[n] *A subselliis*] Cum audisset Fabricius tam inepte pro se dicere e subselliis, ubi reus sedebat, aufugit.

[o] *Stomachari*] Supple, cœpit Cepasius patronus stomachari in clientem, quia sibi vincendi spes et facultas eripiebatur.

[p] *Non posse dicere*] Quia cum desperata causa abiisset Fabricius, hæc verba amplius proferre non potuit, ' respicite, judices;' a quibus suam orationem incipiebat; nam ita erat ille imperitus, ut aliud quid dicere non posset, quam quod præmeditatus scripserat.

[q] *Collo obtorto*] Id est, invitum et reluctantem reduceret ad subsellia, in quibus oratores, rei, testes, et alii sedebant.

[r] *Suo judicio*] Ita parum causæ suæ fidebat, ut statim discesserit a subselliis.

[s] *Legis vi*] Corneliam legem de veneficiis significat, quam tulit Cornelius Sulla, ut qui venenum dederit, judicio publico damnetur.

[t] *Locus ei primus est constitutus*] Tanquam sceleris auctor esset Oppianicus, primus vocatus est in judicium.

criminibus gravissimis, et[1] iis quæ a me breviter dicta sunt, et præterea multis, quæ ego omnia[2] nunc omitto: accusatus est apud eos, qui et[3] Scamandrum, ministrum Oppianici, et Fabricium, conscium maleficii, condemnarant.[4] 60. Utrum, per Deos immortales! magis est mirandum, quod is condemnatus est, an quod omnino[5] respondere ausus est? [*p.* 30.] Quid enim illi judices facere potuerunt? qui si innocentes Fabricios condemnassent, tamen in Oppianico sibi constare, et superioribus consentire[6] judiciis debuerunt. An vero illi[7] sua per se ipsi judicia rescinderent, cum ceteri soleant, in judicando, ne ab aliorum judiciis discrepent, providere? et illi, qui[8] Fabricii libertum,[u] quia minister in maleficio fuerat; patronum, quia conscius,[9] condemnassent; ipsum principem atque architectum[10] sceleris absolverent? et qui ceteros,[x] nullo præjudicio facto, tamen ex ipsa causa condemnassent; hunc, quem bis condemnatum[11] jam acceperant, liberarent? 61. Tum vero illa judicia senatoria,[y] non falsa invidia,[12] sed vera atque insigni turpitudine notata, atque operta dedecore[13] et infamia, defensioni locum nullum reliquissent.[z] Quid enim tandem illi judices responderent, si

iis autem jud.—1 Edd. ante Grut. omittunt copulam ante *iis*. In Franc. 1. legitur, *et huc usque a me breviter expositis*. Pro verbis *iis quæ a me* in T est *usque a me bene*. Dresd. Franc. 2. ed. 1472. Steph. h. l. ita exhibent, *iis, quæ a me bene breviter, ut cum omnia pæne dixere* (Steph. *dixerit*) *multa adhuc sibi reservasse videantur* (Steph. *videatur*).—2 Pro *omnia* C χ ψ habent *jam*.—3 C H S χ ψ omittunt copulam ante *Scamandrum*. In C H S T χ ψ deest copula ante *Fabricium*.—4 T *condemnarent*.—5 C caret *omnino*.—6 *Constare* C H S χ ψ: *consistere* T, Dresd. Franc. 1. 2. ed. 1472. Steph.—7 *An vero illa* C H S T, Pal. 3. Grut. Oliv. Lall. *An vero illi* ceteri. In edd. vett. deerat *ipsi*, quod Lamb. e Ms. Vict. et Grut. e Pall. addiderunt.—8 *Et ii qui* C S: *et hi qui* H χ.—9 χ *conscium*.—10 Franc. *principem architectum*, sine copula.—11 C *bis condemnassent*.—12 ψ *falsa judicia*.—13 T *operata dedecora*: unus Ms. teste Grævio, *operata dedecore*: Mss. nonnulli, teste eodem, *cooperta dedecore*; et sic

NOTÆ

[u] *Libertum*] Scamander libertus Fabricii fuit.

[x] *Qui ceteros*] Cum Scamandrum et Fabricium condemnarint judices, non credibile est ut salvum et incolumem Oppianicum dimiserint, qui bis condemnatus fuit.

[y] *Judicia senatoria*] Senatoria judicia sunt, quæ a senatoribus fiebant, cum illi soli judicabant; quæ corruptissima fuerunt. Vide orat. pro Font. § 16. not.

[z] *Defensioni locum nullum reliquissent*] Si senatores pecuniam a Cluen-

quis ab iis[14] quæreret? Condemnastis Scamandrum,[a] quo crimine? nempe quod Avitum, per servum medici, veneno necare voluisset. Quid[15] Aviti morte Scamander consequebatur? nihil: sed administer[16] erat Oppianici. Condemnastis C. Fabricium: quid ita? quia, cum ipse[17] familiarissime Oppianico usus, libertus autem ejus in maleficio deprehensus esset;[18] illum expertem ejus consilii fuisse non probabatur. Si igitur[19] ipsum Oppianicum, bis suis judiciis[20] condemnatum, absolvissent,[1] quis tantam turpitudinem judiciorum, quis tantam inconstantiam rerum judicatarum, quis tantam libidinem judicum ferre potuisset?

62. Quodsi hoc videtis, quod jam hac omni oratione[2] patefactum est, illo judicio reum[3] condemnari, præsertim ab iisdem judicibus, qui duo præjudicia fecissent,[4] necesse fuisse; simul illud videatis necesse est, nullam accusatori[b] causam esse potuisse, cur judicium vellet corrumpere. XXIII. Quæro enim abs te,[5] T. Atti,[c] relictis jam ceteris argumentis omnibus, num Fabricios quoque innocentes condemnatos existimes?[6] num etiam illa judicia pecunia corrupta esse dicas; quibus judiciis alter a Staleno solo

etiam edidit Schutz. Tum C *atque infamia.*—14 C et H *ab his.*—15 Gulielm. conjecit, *necare voluit: sed quid, &c.*—16 *Sed minister* Steph. *at minister* Franc. 1. ed. 1471. Ven. 1480. probb. Ern. et Garaton. *At* quoque legitur in Pall. 1. 3. 4. 5.—17 H *tum ipse.*—18 C H S χ ψ *depr. erat.*—19 χ *Sic igitur.*—20 Pantagathus legit *Opp., his præjudiciis.*—1 ψ *absolvisset.*—2 C *hac omni ratione:* Junt. *in hac omni oratione.*—3 χ *rerum.* Mox pro *præsertim* in χ legitur *sed non.*—4 χ *prævidentia fuissent.*

CAP. XXIII. 5 χ *ex te.* Dein *T. Acci* quidam: *T. Acti* alii.—6 C *existi-*

NOTÆ

tio accepissent, nullum locum defensioni Oppianici reliquissent. Si autem reliquerunt, manifestum est ab Oppianico accepisse.

[a] *Condemnastis Scamandrum*] Jam dialogismo utitur, quo sic concludit: si Scamander Oppianici minister condemnatus est; si Fabricius ejus libertus, cum veneno deprehensus, liberari suspicione veneni non potuit; si ipse Oppianicus, bis condemnatus, absolutus esset, non evitavissent corruptionis infamiam judices; ergo eam ut effugerent, Oppianicum condemnaverunt.

[b] *Accusatori*] Cluentius nullam habuit judicii corrumpendi causam.

[c] *T. Atti*] Attius Oppianici erat advocatus.

absolutus est,[d] alter etiam ipse se condemnavit?[e] Age, si nocentes, cujus maleficii? numquid præter venenum [7] quæsitum, quo Avitus necaretur, objectum est? numquid aliud in illis judiciis versatum est,[8] præter hasce insidias Avito ab Oppianico per Fabricios factas? Nihil, nihil [9] inquam, aliud, judices, reperietis. Extat memoria: [10] sunt tabulæ publicæ:[f] redargue me, si mentior: testium dicta recita: doce, in illorum judiciis quid, præter hoc venenum Oppianici, non modo in criminis, sed in maledicti loco[g] sit objectum. 63. Multa dici possunt, quare ita necesse fuerit judicari; sed ego occurram[t] expectationi vestræ, judices. Nam, etsi a vobis [11] sic audior, ut nunquam benignius, neque attentius quenquam auditum putem; tamen vocat me alio jamdudum tacita vestra expectatio, quæ mihi obloqui[u] videtur.[12] Quid ergo? negasne, illud judicium esse corruptum? non nego: sed ab hoc [13] corruptum non esse confirmo. A quo igitur est corruptum? opinor, primum, si incertum fuisset, quisnam exitus illius judicii futurus esset; verisimilius tamen esset,[14] eum potius corrupisse, qui metuisset, ne ipse condemnaretur, quam illum,[15] qui veritus esset, ne alter absolveretur: deinde, cum esset nemini dubium, quid judicari [16] necesse esset, eum certe potius, qui sibi aliqua ratione [17] diffideret, quam eum, qui omni ratione confideret:

[t] *Satisfaciam.* [u] *Contra me loqui.*

mas.—7 C *propter venenum.*—8 In χ *natum est.*—9 In Mss. quibusdam et edd. Ven. 1483. Junt. Crat. deest alterum *nihil.* Pro *inquam* in Ven. 1483. et Junt. legitur *unquam.*—10 Mss. nonnulli et ed. Steph. *Exstant memoriæ.*—11 C H S T χ ψ *Nam si a vobis.*—12 χ *jamd. tanta vestra exp., quæ mihi obsequi vid.*—13 ψ *ob hoc.*—14 Ern. mavult *esse.*—15 χ *quia illum.*—16 Ed. Vict.

NOTÆ

[d] *A Staleno solo absolutus est*] Et ab omnibus aliis judicibus condemnatus est Oppianicus, et a solo Staleno absolutus.

[e] *Se condemnavit*] Cum nempe demisso capite e subselliis recessit Fabricius. Vide § 58.

[f] *Sunt tabulæ publicæ*] In tabulis publicis publicæ causæ scribebantur.

[g] *Maledicti loco*] Maledicta proprie sunt illa crimina, quæ extra causam erant, et ab accusatore objiciebantur.

postremo, certe potius illum, qui[18] bis apud eos judices offendisset,[x] quam eum qui bis causam iis[19] probavisset. 64. Unum quidem certe, nemo erit tam iniquus[20] Cluentio, qui mihi non concedat: si constet, corruptum illud esse judicium, aut ab Avito, aut ab Oppianico esse corruptum: si doceo non ab Avito, vinco ab Oppianico: si ostendo ab Oppianico, purgo Avitum. [*p.* 31.] Quare, etsi satis[1] docui, rationem nullam huic[h] corrumpendi[2] fuisse; (ex quo intelligitur, ab Oppianico esse corruptum[3]) tamen de illo ipso[i] separatim cognoscite. XXIV. Atque ego illa non[4] argumentabor,[y] quæ sunt gravia[z] vehementer; eum corrupisse, qui in periculo fuerit; eum, qui metuerit; eum, qui spem salutis in alia ratione[5] non habuerit; eum, qui semper singulari fuerit audacia. Multa sunt ejusmodi: verum cum habeam rem non dubiam, sed apertam atque manifestam, enumeratio singulorum argumentorum non est necessaria. 65. Dico, C. Ælio Staleno, judici, pecuniam grandem Statium Albium[k] ad corrumpendum judicium dedisse. Num quis negat? Te appello, Oppianice;[l] te, T. Atti; quorum alter eloquentia[m] damnationem illam, alter tacita pietate deplorat.[6] Audete negare, ab Oppianico Staleno judici pecuniam datam: negate, negate, inquam, in eo loco.[7] Quid

[x] *Damnatus fuisset ab iis judicibus.*
[y] *Probabo.* [z] *Efficacia.*

quod jud.—17 C H χ ψ, Dresd. et edd. nonnullæ *alia ratione.*—18 χ *potius illam quam.* Tum Lamb. *apud eosdem judices.*—19 In T deest *iis.*—20 *Inimicus* habeut χ, Ms. Vict. et Quintil. lib. v.—1 H et S *Quare si satis.* Dein χ *rationem utlam.*—2 Al. teste Grævio, post *corrumpendi* addunt *judicii.*—3 Verba *ex quo intell., ab Oppianico esse corruptum* Ernesto suspecta sunt.

CAP. XXIV. 4 χ non habet negativam particulam ante *argumentabor.*—5 In H S ψ legitur *in hac ratione.* H caret *non* ante *habuerit.* Pro *eum* χ habet *cum.* Dein ψ *singularis fuerit audaciæ.*—6 χ *deplora.*—7 Pal. 2. et Ms. Ursini *inquam meo loco.* Lamb. scribi jubet *inquam, in isto loco.* Gulielm. et

NOTÆ

[h] *Huic*] Cluentio.

[i] *De illo ipso*] Oppianicus.

[k] *Statium Albium*] Oppianicus Statius Albius nominabatur.

[l] *Oppianice*] Oppianicus ille filius est Oppianici, qui corrupisse judicium arguitur.

[m] *Alter eloquentia*] Attius ille Cluentii accusator insignis interfuit, de quo loquitur in Claris Oratoribus.

reticetis? At negare non potestis, quod repetistis,[8 n] quod confessi estis, quod abstulistis.[o] Quo tandem igitur ore[9] mentionem corrupti judicii facitis, cum ab ista parte[p] judici[10 q] pecuniam ante judicium datam, post judicium ereptam esse fateamini? 66. Quonam igitur[11] hæc modo gesta sunt? repetam[12] paulo altius, judices, et omnia quæ in diuturna obscuritate[a] latuerunt, sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. Vos quæso, ut adhuc me attente audistis, item, quæ reliqua sunt, audiatis: profecto nihil a me dicetur, quod non dignum hoc conventu et silentio, dignum vestris studiis atque auribus esse videatur.

Nam, ut primum Oppianicus, ex eo, quod Scamander reus erat factus, quid sibi impenderet, cœpit suspicari; statim se ad hominis egentis, audacis, in judiciis corrumpendis exercitati,[13] tum autem judicis, Staleni familiaritatem applicavit.[14] Ac primum Scamandro reo, tantum donis, datis,[15] muneribusque perfecerat, ut eo auctore[16] uteretur cupidiore,[b] quam fides judicis postulabat. 67. Post autem, cum esset Scamander unius Staleni sententia absolutus, patronus autem[r] Scamandri ne sua quidem sententia liberatus; acrioribus[17] saluti suæ remediis subveniendum putavit. Tum a[18] Staleno, sicut ab homine ad excogitandum acutissimo, ad audendum[19] impudentissimo, ad effi-

[a] *Quæ diu latuerunt.*
[b] *Adjutore uteretur magis avaro.*

Orell. conjecerunt *illico.* In Franc. 1. ita interpungitur et legitur: *inquam. In eo loco qui reticetis.* Pro *reticetis* C H S T χ ψ, Dresd. Ven. 1483. Junt. habent *tacetis,* prob. Garaton. In ed. Ven. 1480. *tacitus.*—8 C χ ψ *recepistis:* H *reperistis.*—9 χ non habet *ore.*—10 In eodem Ms. deest *judici.*—11 Steph. *fatemini:* et ψ *Quidnam agitur.*—12 *Ereptam* χ: in quo Ms. omittitur copula ante *omnia.*—13 C *excitati.*—14 Ante *applicavit* C H S χ addunt *se.*—15 Edd. ante Græv. *donis datis* sine commate. Vid. Nott. Varr. Mox Lamb. *profecerat.*—16 *Eo fautore* Ms. Vict. prob. Lamb.—17 *Aptioribus* Franc. 2. ed. 1472. Ven. 1480. Junt. In Franc. 1. *artioribus saluti remediis.*—18 Præpositionem ante *Staleno* omittunt C H S χ.—19 χ *audiendum.*

NOTÆ

[n] *Quod repetistis*] Damnato Oppianico, recuperata est pecunia, quæ data fuerat Staleno ad corrumpendum judicium.

[o] *Abstulistis*] A Staleno ablata est pecunia quam apud se retulerunt.

[p] *Ab ista parte*] Ab Oppianico.

[q] *Judici*] Staleno judici data est pecunia, ut Oppianicum liberaret.

[r] *Patronus autem*] Fabricius patronus fuit Scamandri.

ciendum acerrimo, (hæc enim ille et aliqua ex parte habebat, et majore ex parte se habere simulabat) auxilium capiti et fortunis suis petere cœpit. XXV. Jam hoc[20] non ignoratis, judices, ut etiam bestiæ, fame dominante,[1] plerumque ad eum locum, ubi pastæ aliquando sint, revertantur. 68. Stalenus ille biennio[s] ante, cum causam[2] bonorum Safinii Atellæ recepisset,[c] sexcentis millibus nummum se judicium corrupturum esse dixerat: quæ cum accepisset a pupillo,[t] suppressit;[u] judicioque facto, nec Safinio,[3] nec bonorum emtoribus[x] reddidit. Quam cum pecuniam[4] profudisset, et sibi nihil, non modo ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem[5] quidem reliquisset; statuit ad easdem[6] sibi prædas ac suppressiones judiciales revertendum. Itaque cum Oppianicum jam perditum, et duobus jugulatum[d] præjudiciis videret; promissis eum suis excitavit abjectum, et simul saluti desperare vetuit. Oppianicus orare hominem cœpit, ut sibi rationem[e] ostenderet judicii corrumpendi. 69. Ille autem (quemadmodum ex ipso Oppianico postea est auditum) negavit, quenquam esse in civitate, præter se, qui id efficere posset:[7] sed primo gravari cœpit,[y] quod ædilitatem se petere cum hominibus no-

[c] *Suscepisset.*
[d] *Condemnatum.*
[e] *Modum.*

CAP. XXV. 20 C H S χ ψ *Jam hæc.* Negandi particula abest a Franc. 1. 2. sex Pall. sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. probante Grævio, si locus interrogative accipiatur, ut est in Franc. 1.—1 *Dominatione* Pal. 1. *domitæ* quidam legi volunt, teste Lambino. Ex Ammiano Marcellino et marg. Ms. Vict. *monitæ* dederunt Schutz. et Orell. probb. J. F. Gronovio, Grutero atque Ernesto. *Domitæ* conj. Gesner.—2 C T χ ψ *quam causam.* Tum *Safini* C H S χ ψ: *Satrini* T. Porro *Attellæ* ψ.—3 *Safino* C: *Fasinio* χ.—4 χ *pecunia.*—5 Idem Ms. *necessitates.* Tum H et S *reliquisse.*—6 Post *easdem* H S χ, Ven. 1483. Junt. Steph. addunt *esse.* In C et T *prædas et suppr.*—7 C, Manut.

NOTÆ

[s] *Biennio*] Duobus annis antequam Oppianici causa ageretur.

[t] *A pupillo*] Safinio videlicet.

[u] *Suppressit*] Id est, sibi injuste retinuit pecuniam, quæ alteri usui data et destinata fuerat.

[x] *Emtoribus*] Qui bona emerant pupilli Safinii.

[y] *Gravari cœpit*] Stalenus dixit se hoc non libenter facere; astuti enim est hominis fingere se id nolle quod vehementer cupit.

bilissimis, et invidiam atque offensionem timere [z] dicebat. [*p.* 32.] Post exoratus, initio permagnam pecuniam poposcit; deinde ad id pervenit, quod [8] confici potuit,[a] et sestertium sexcenta quadraginta [b] millia [9] deferri ad se domum jussit. Quæ pecunia simul atque ad eum delata est, homo impurissimus[f] statim cœpit in ejusmodi mente et cogitatione versari; nihil esse suis rationibus utilius,[g] quam Oppianicum condemnari: [10] illo absoluto, pecuniam illam aut judicibus [11] dispertiendam, aut ipsi esse reddendam; damnato, repetiturum esse [12] neminem. 70. Itaque rem excogitat [13] singularem. Atque hæc, judices, quæ vere dicuntur a nobis, facilius credetis,[14] si cum animis vestris longo intervallo recordari C. Staleni vitam et naturam volueritis: nam perinde [15] ut opinio est de cujusque moribus, ita, quid ab eo factum et non factum sit,[16] existimari potest. XXVI. Cum esset egens, sumtuosus, audax, callidus, perfidiosus, et cum domi suæ, miserrimis in locis et inanissimis,[17] tantum nummorum positum vide-

[f] *Avarissimus.* [g] *Commodius sibi.*

Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *posset.* Ceteri *possit.*—8 Pro *quod* in ψ legitur *cur.*—9 *Potuit, nummum sexcenta quadraginta millia* C: *potuit, et sexcenta quadraginta millia* H S: *potuit, et sextercia sexcenta quadraginta millia* χ: *potuit, et sestertia sexcenta quadraginta*, omisso *millia*, Mss. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Crat. Græv. Oliv. Lall. et sic Grut. nisi quod det *sestertium.* Orell. dedit *potuit, et H-S sexcenta quadraginta millia.*—10 C *Oppianicus;* et Steph. *damnari.*—11 χ *illam aut ipsi jud.* Dein al. *dispartiendam.* Mox ψ *redeundam.*—12 In C omittitur *esse.*—13 χ *cogitat.*—14 C H χ *creditis.*—15 Lamb. *proinde.*—16 In χ deest *sit.*

Cap. XXVI. 17 *Miserrimus in locis et inanissimis* C H S χ ψ, edd. Rom. Brix. Ven. 1483. *miserrimus et inanissimus* T, Franc. 1. Mediol. Ald. Crat. Græv. Oliv. Lall. *domi suæ miserrimus tantum* Junt. Vict. *domi miserrimus tantum* ed. 1471. Ven. 1480. Ceteri ut Ern. qui conjecit *in loculis* legend. prob. Weiske. Mavult Schutz. *domi suæ miserrimus, in loculis inanissimis,* prob. Orell. Dein, pro *tantum nummorum* in T *tantummodo;* C ψ *tantum pecuniæ.* Mox, χ omittit *suam*, post quam vocem in S et nonnullis edd. vett. additur *hæc secum cogitans.* Porro pro *demne* sex Oxonn. Mss. habent *de me.* Pro *judicibus* in T *judices;* et pro *igitur* in ψ *agitur.* Ed. Junt. h. l. ita exhibet, *versare suam mentem in locis et inanissimis cœpit. Quidni tandem? Mihi*

NOTÆ

[z] *Offensionem timere*] Timebat Stalenus, ne videlicet ab ædilitate removeretur, quam petebat.

[a] *Quod confici potuit*] Ad æquam pecuniæ summam descendit.

[b] *Sestertium sexcenta quadraginta*] Id est, sexcenta et quatuor librarum millia.

ret; ad omnem malitiam et fraudem versare mentem suam cœpit: Demne judicibus? Mihi igitur ipsi, præter periculum et infamiam, quid quæretur? Nihil excogitem,[18] quamobrem Oppianico damnari necesse sit? qui[h] tandem?[19] nihil enim est, quod fieri non possit. Si quis eum forte casus ex periculo eripuerit, nonne reddendum est?[c] Præcipitantem[i] igitur impellamus, inquit, et perditum prosternamus. 71. Capit hoc consilium, ut pecuniam quibusdam judicibus[20] levissimis polliceatur; deinde eam postea supprimat; ut, quoniam graves[k] homines sua sponte[l] severe judicaturos putabat; hos,[1] qui leviores erant, destitutione[d] iratos Oppianico redderet. Itaque, ut erat semper præposterus atque perversus,[m] initium facit a Bulbo; et eum, quod jamdiu nihil quæsierat,[n] tristem atque oscitantem, leviter[o] impellit. Quid tu? inquit; ecquid[2] me adjuvas, Bulbe, ne gratis reipublicæ[e] serviamus? Ille vero, simul atque hoc audivit, 'Ne gratis;' Quo voles, inquit, sequar:[p 3] sed quid affers? Tum ei quadraginta millia, si esset absolutus Oppianicus, pollicetur: et eum, ut ceteros appellet, quibuscum loqui consuesset,[4] rogat: atque etiam ipse, conditor[f] totius negotii, Guttam[5] aspergit[g] huic Bulbo.[h] 72. Itaque minime amarus[6 i] is visus est,

[h] *Quomodo.*
[i] *Periclitantem.*
[k] *Integros.*
[l] *Sine pretio.*
[m] *Impurus.*
[n] *Nullum quæstum fecerat.*
[o] *Facile.*
[p] *Faciam quod voles.*

igitur ipsi, &c.—18 χ *quæritur? nihil excog.* ψ *quæretur mihi excog.*—19 ψ *quid tandem.* Mox χ *posset.*—20 Lamb. *consilii.* Mox χ *quibusdam in judiciis.* —1 C H S *eos.* Tum ψ *qui leves erant.*—2 C H S T *eo quid.* Mox χ *servemus.*—3 Dresd. *sequor*, prob. Grævio. Deiu C *affer.*—4 χ *consuescit.*—5 C

NOTÆ

[c] *Nonne reddendum est*] Reddenda erat pecunia accepta ab Oppianico, si aliquo casu a periculo liberaretur.

[d] *Destitutione*] Statuit apud se Stalenus levioribus jndicibus pecuniam promittere, et promissam non dare, ut eos Oppianico iratos redderet.

[e] *Ne gratis reipub.*] Lege Cincia vetabatur, ne quis pro causa peroranda aut judicanda munus acciperet.

[f] *Conditor*] A condiendo.

[g] *Guttam aspergit*] Gutta cujuslibet liquoris est.

[h] *Huic Bulbo*] Bulbus est genus ceparum. Hic autem festive jocatur

qui aliquid[7] ex ejus sermone speculæ degustarat.[k] Unus et alter dies intercesserat, cum res parum certa[g 8] videbatur: sequester[l] et confirmator[m] pecuniæ desiderabatur. Tum appellat hilari vultu hominem[n] Bulbus, ut blandissime potest: Quid tu,[9] inquit, Pæte? (hoc enim sibi Stalenus cognomen ex imaginibus Æliorum[o] delegerat, ne, si se Ligurem fecisset,[p] nationis magis suæ, quam generis uti cognomine videretur) qua de re mecum locutus es, quærunt[q] a me, ubi sit pecunia.[10] Hic ille[11] planus improbissimus, quæstu judiciario[12] pastus,[r] qui illi pecuniæ, quam condiderat,[r] spe jam atque animo incubaret,[s] contra-

[g] *Pecunia promissa incerta.*
[s] *Inhiaret.*
[r] *Occultaverat.*

Guctam.—6 Vet. Steph. *Ita minime;* et χ *avarus.*—7 T *qui aliud.* Mox *spegulæ* C S T ψ, Franc. 1. Pall. septem, Ven. 1480. 1483. Junt. *spegulæ* H. Vid. Nott. Varr.—8 C *intercesserant, cum res parum cepta.*—9 T *Quid tum.* Dein *Pacete* C T χ et al. *Facete* H S, Ms. Vict. et Pall. *Fatere* ψ: *Pæte* edd. nonnullæ. Porro in χ deest *enim.*—10 In T omittuntur verba *ne si se Lig. ... pecunia.* Pro *ne* C H S habent *nec.*—11 Nonnullæ edd. vett. teste Ursino, *Hic ipse.* Pro *planus* C H χ ψ, Ven. 1483. *plane:* Naug. *Plancus.*—12 χ *judi-*

NOTÆ

Cicero; nam Gutta et Bulbus judices erant: ait autem hunc Bulbum gutta fuisse aspersum, quia uterque pecunia corruptus est.

[i] *Minime amarus*] Dioscorides lib. II. ait omnes Bulbos acrimoniam habere.

[k] *Aliquid speculæ degustarat*] Id est, acceperat aliquam parvam spem ex responso Guttæ. Specula a spe deducitur.

[l] *Sequester*] Sequester dicitur, apud quem pecunia promissa deponitur.

[m] *Confirmator*] Id est, qui se pecuniam daturum sponderet a Staleno promissam, cum absolutus esset Oppianicus.

[n] *Hominem*] Stalenum.

[o] *Ex imaginibus Æliorum*] Æliorum familia nobilissima fuit apud Rom. et antiquissima: in familiis autem majorum imagines in ædium vestibulo conservabantur, cum nominum inscriptione. Cicero in Claris Oratoribus ait hunc Stalenum ex Æliorum gente non fuisse; sed semetipsum adoptasse, et de Staleno se Ælium fecisse.

[p] *Ligurem fecisset*] Melius Stalenus se Ligurem quam Ælium appellasset, nempe vanum et fallacem, quales vulgo illi populi habebantur; ut ex Virgil. Æneid. XI. patet: 'Vane Ligur, frustraque animis elate superbis,' &c. Sunt autem illi populi in Italia ad Mare Mediterraneum, seu Ligusticum spectantes, quorum Genoa urbs est primaria.

[q] *Quærunt*] Ii nempe judices, Gutta et Bulbus.

[r] *Quæstu judiciario pastus*] Id est, nutritus lucro, quod corruptis judiciis sibi fecerat.

hit frontem:[t] (recordamini faciem, atque illos[13] ejus fictos simulatosque vultus) queritur se ab Oppianico destitutum: et, qui esset totus ex fraude[14] et mendacio factus, quique ea vitia, quæ a natura habebat, etiam studio atque artificio quodam malitiæ[u] condivisset, pulchre asseverat se ab Oppianico destitutum: atque hoc addit testimonii,[15] sua illum sententia, quam palam[16] omnes laturi essent, condemnatum iri.

XXVII. 73. Manarat sermo in consilio,[x] pecuniæ quandam mentionem inter judices esse versatam. Res neque tam fuerat occulta,[17] quam erat occultanda; neque tam[18] erat aperta, quam reipublicæ causa aperienda. In ea obscuritate ac dubitatione omnium, Canutio, perito homini, qui quodam odore suspicionis Stalenum corruptum esse sensisset,[y] neque dum rem perfectam arbitraretur, placuit[s] repente pronuntiare judices.[19] Dixerunt, se id velle. [*p.* 38.] Hic tum Oppianicus non magnopere pertimuit: rem a Staleno perfectam esse arbitrabatur. 74. In consilium erant ituri judices XXXII: sententiis XVI absolutio confici poterat.[t] H-S quadragena[u] in singulos[20] judices distributa,

[t] *Simulat tristitiam.* [u] *Calliditatis.*
[x] *Sermo sparsus fuerat in cœtu.* [y] *Olfecisset.*

catio.—13 χ *illius.* Idem pro *vultus* legit *multis.*—14 χ *et fraude.*—15 ψ *testimonium.*—16 H S χ ψ *cum palam.*

CAP. XXVII. 17 Lamb. *occultata.*—18 Grut. et Græv. *neque tum.*—19 Vocab. *judices* abest a Franc. 2. sex Oxonn. Mss. ed. 1472. et *se id velle* a sex Oxonn. Mss. In Franc. 1. Ms. Vict. Pall. 2. 6. Ven. 1480. 1483. *placuit repente pronunciari. Dixerunt. Hic, &c.* Manut. Lamb. et Weiske *placuit repente judices pronunciare. Judices se id velle dixerunt. Hic, &c.* Crat. Hervag. Cam. *placuit repente judices pronuntiare. Dixerunt se id velle. Hic, &c.* Orell. edidit *placuit repente pronunciari.* [*Judices*] *dixerunt se id velle. Hic, &c.* Vulg. ut Ern.—20 In C et H est, *poterat. Sexcenta millia nummum in singulos:* S χ *poterat. Quadragena nummum in sing.* T *poterat quadragena millia in sing.* cum spatiis. ψ *poterat sexcenta quadraginta millia nummum in sing.* Naug. Crat. Manut. *poterat. H-S quadraginta millia nummum*

NOTÆ

[s] *Placuit*] Placuit Canutio et Cluentio, ut quamprimum sententia pronuntiaretur, si judices vellent.

[t] *Absolutio confici poterat*] Majore sententiarum numero rei absolvebantur.

[u] *Quadragena* [*quadraginta millia*] Unicuique judicum data sunt quadraginta millia, quatuor nempe librarum millia.

eum numerum[x] sententiarum conficere debebant,[1] ut ad cumulum,[y] spe majorum præmiorum, ipsius Staleni sententia septimadecima accederet.[2] Atque etiam casu tum,[3] quod illud repente erat factum, Stalenus ipse non aderat: causam nescio quam apud judicem[z] defendebat.[4] Facile hoc Avitus patiebatur:[a] facile Canutius: at non Oppianicus,[5] neque patronus ejus L. Quintius; qui cum esset eo tempore[6] tribunus plebis,[b] convicium C. Junio, judici quæstionis,[z] maximum fecit, ut ne sine Staleno[7] in consilium iretur: cumque id ei per viatores[8][c] consulto negligentius agi videretur, ipse a publico judicio[9][d] ad privatum[e] Staleni judicium profectus est, et illud pro potestate[f] dimitti jussit: Stalenum ipse ad subsellia[g] adduxit. 75. Consurgitur in consilium,[10] cum sententias Oppianicus

[z] *Causæ.*

in sing., et sic. Lamb. nisi quod notam *H-S* delevit. Ven. 1480. 1483. Junt. et Orell. *poterat. Quadragena millia nummum in sing.* Vulg. ut Ern.—1 χ *debebat*, et paulo post, *spem malorum præmiorum illius Stal.*—2 S χ *cederet.*—3 *Tum* non est in ψ. Pro *quod* C et ψ habent *quodam.*—4 C *ap. judices*, et ψ *defendebantur.*—5 Verba *at non Oppianicus* in T desunt.—6 Taur. *illo temp.*—7 Pro *Staleno* in Taur. legitur *illo.* Pro *in consilium iretur* T exhibet *consultum irent.*—8 Loco *viatores* in C H S ψ *lictores;* in χ *victores.* Mox, ante *agi* C H S addunt *id.*—9 *E publ. jud.* omnes Mss. et edd. præter Lamb. Ern.

NOTÆ

[x] *Eum numerum*] Decem et sex judices erant.

[y] *Ad cumulum*] Id est, ad numerum decem et sex judicum Staleni sententia debebat accedere, ut a majore parte ferretur sententia, et sic vinceret Oppianicus.

[z] *Apud judicem*] In privato judicio causam aliquam defendebat Stalenus.

[a] *Hoc Avitus patiebatur*] Abesse Stalenum non molestum erat Cluentio et Canutio.

[b] *Eo tempore tribunus plebis*] Quintius A. U. C. 679. L. Licinio Lucullo et M. Aurelio consulibus, tribunus plebis fuit.

[c] *Per viatores*] Viatores dicti sunt qui accersebant homines ad senatum: per illos autem Stalenus a Quintio advocatus est.

[d] *A publico judicio*] Publicum judicium est, quod ejus injuriæ causa susceptum est, quam respub. lege aliqua lata, ad se pertinere statuit, et semper in crimine aliquo cognoscendo versatur.

[e] *Ad privatum*] Privatum judicium est, quod rei privatæ causa institutum est, neque ad rempub. directo pertinet; veluti cum de re pecuniaria, aut privati hominis injuria quæritur.

[f] *Pro potestate*] Tribuni plebis dimittere judicium poterant.

[g] *Ad subsellia*] In subselliis sedebant senatores qui judicabant.

(quæ tum erat potestas)[h] palam ferri velle dixisset, ut Stalenus scire posset, quid cuique deberetur. Varia judicum genera: nummarii[i] pauci; sed omnes irati. Ut qui[11] accipere in campo[k] consuerunt, iis candidatis,[l] quorum nummos suppressos esse putant, inimicissimi solent esse; sic ejusmodi[m] judices, infesti tum reo[12] venerant: ceteri[n] nocentissimum[13] esse arbitrabantur; sed spectabant[14] sententias eorum, quos corruptos putabant; ut ex iis constituerent, a quo judicium corruptum videretur. XXVIII. Ecce tibi ejusmodi sortitio,[o] ut in primis Bulbo, et Staleno, et Guttæ[p] esset judicandum. Summa omnium expectatio, quidnam sententiæ ferrent[15] leves ac nummarii judices. Atque illi omnes sine ulla dubitatione condemnant.[q] 76. Hic tum injectus[16] est hominibus scrupulus, et quædam dubitatio, quidnam esset actum. Deinde homines sapientes, ex vetere[17] illa[r] disciplina judiciorum, (qui neque absolvere hominem nocentissimum possent, neque eum, de quo esset orta suspicio, pecunia oppugnatum, re illa incognita, primo condemnare vellent) non liquere[s] dixerunt.

Beck. Weiske, et Schutz. qui habent *a publ. jud.*—10 H *consilio.*—11 Vict. Junt. Manut. Lamb. *Ut enim qui.*—12 ψ *cum reo.*—13 *Nocentissimi* C H S ψ: *innocentissimum* Lamb.—14 C H S χ ψ *sed sperabant:* Taur. Lamb. 1566. et Orell. *expectabant,* omisso *sed,* ut Pantagathus volebat. Mox in Taur. legitur *corruptos esse putabant.*

CAP. XXVIII. 15 χ *ferret.* Schutz. *leves et numm. jud.*—16 χ *injectum.*—

NOTÆ

[h] *Quæ tum erat potestas*] Ex lege Cornelia, vel clam vel palam sententiam ferebant. Vide § 55. not.

[i] *Nummarii*] Nummarii dicuntur judices qui pecunia corrupti sunt: tales erant illi, quibus a Staleno pecunia promissa erat.

[k] *In campo*] In Campo Martio populi suffragiis magistratus creabantur.

[l] *Iis candidatis*] Candidati dicuntur, qui ad magistratus aspirabant.

[m] *Ejusmodi*] Qui pecuniam accipiunt.

[n] *Ceteri*] Integri et justi.

[o] *Sortitio*] Sortiebantur judices ex lege Cornelia de ferendarum sententiarum loco.

[p] *Bulbo, et Staleno, et Guttæ*] Hi tres, qui a ceteris judicibus corrupti putabantur, primi sententias ex sortitione dixerunt.

[q] *Condemnant*] Condemnatur Oppianicus a tribus illis judicibus, quia Stalenus retinere pecuniam volebat, et alii duo irati erant, quia nihil acceperant.

[r] *Ex vetere illa, &c.*] Id est, boni et sancti judices.

[s] *Non liquere*] Judices illi corrupti

Nonnulli autem, severi homines, hoc statuerunt,[18] quo quisque animo quid faceret, spectari oportere: et, si alii pecunia accepta verum judicabant,[19] tamen nihilo minus se superioribus[t] suis judiciis constare putabant oportere. Itaque damnarunt. Quinque omnino fuerunt, qui illum vestrum[20] innocentem Oppianicum, sive imprudentia, sive misericordia, sive aliqua suspicione, sive ambitione[u] adducti,[1] absolverent.

77. Condemnato Oppianico, statim L. Quintius, homo maxime popularis, qui omnes rumorum et concionum[2] ventos colligere[a] consuesset, oblatam sibi facultatem putavit, ut ex invidia senatoria[x] posset crescere, quod ejus ordinis judicia minus jam probari populo arbitrabatur. Habetur una atque altera concio[3] vehemens et gravis: accepisse pecuniam judices, ut innocentem reum condemnarent,[4] tribunus plebis clamitabat: agi fortunas omnium dicebat; nulla esse judicia;[y] qui pecuniosum inimicum haberet, incolumem esse neminem posse. Homines totius ignari negotii,[5] qui Oppianicum nunquam vidissent, virum optimum, et hominem pudentissimum,[6] pecunia oppressum arbitrarentur, incensi suspicione, rem in medium vocare cœpe-

[a] *Jactare se et gloriari in concionibus.*

17 Orell. e Taur. dedit *et ex vet.*—18 Ante *hoc statuerunt* Orell. auctoritate Taur. addidit *qui.*—19 Ern. conjecit *judicarent* vel *judicassent* legend. unde Schutz. edidit *judicassent.*—20 Pro *vestrum* in C legitur *verum.*—1 Ms. Vict. *abducti*, prob. Græv. Dein *absolverunt* C T et Taur. prob. Peyron.—2 χ *contentionum.*—3 Idem Ms. *una alia concio.*—4 C *condemnarentur.* In T desunt verba *tribunus plebis.* Dein Taur. *clamabat.*—5 Pro *negotii* in C *judicii.*—6 Ven. 1483. Junt. Manut. Lamb. *prudentissimum.* Vid. Nott. Varr. Mox

NOTÆ

dixerunt causam satis non cognoscere, ideoque ampliandam esse, et iterum agendam.

[t] *Superioribus*] Alii omnes latis de Scamandro et Fabricio judiciis standum esse dixerunt.

[u] *Sive ambitione*] Id est, desiderio gloriæ; nam volebant videri homines mansueti et misericordes in civibus conservandis.

[x] *Invidia senatoria*] Per invidiam senatoriam intelligit senatorum judicia, qui lege Cornelia judicabant. Credidit autem Quintius sibi apud populum gloriam et nomen facturum, si male judicavisse illos senatores diceret, eosque in invidiam vocaret.

[y] *Nulla esse judicia*] Quia pecunia corrupti judices erant.

runt, et causam illam totam deposcere.[b] 78. Atque illo ipso tempore in ædes T. Annii,[7] hominis honestissimi, necessarii et amici mei, noctu Stalenus, arcessitus ab Oppianico, venit. [*p.* 34.] Jam cetera nota sunt omnibus: ut cum illo Oppianicus egerit[8] de pecunia; ut ille se redditurum esse dixerit; ut eorum sermonem omnem audierint viri boni, qui tum consulto propter[9] in occulto stetissent; ut res patefacta, atque in forum[c][10] prolata, et pecunia omnis a Staleno[11] extorta atque erepta sit. XXIX. Hujus Staleni persona, populo jam nota atque perspecta, ab nulla turpi suspicione abhorrebat: suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronuntiasset,[12] qui erant in concione, non intelligebant; neque enim docebantur:[z] versatam esse in judicio mentionem pecuniæ sentiebant:[13] innocentem reum condemnatum[a] esse[14] audiebant: Staleni sententia condemnatum videbant: non gratis id ab eo factum esse, quod hominem norant, judicabant. Similis in Bulbo, in Gutta, in aliis nonnullis suspicio consistebat. 79. Itaque confiteor, (licet enim jam impune, hoc præsertim in loco, confiteri) quod Oppianici non modo vita,[15] sed etiam nomen ante illud tempus populo ignotum fuisset; indignissimum porro videretur, circumventum esse innocentem pecunia; hanc deinde suspicionem augeret Staleni improbitas, et nonnullorum ejus similium judicum turpitudo; causam autem ageret[16] L. Quintius, homo cum summa potestate præditus, tum ad inflammandos[17] animos[b] multitudinis

[b] *Vocare in judicium.* [c] *In judicium.*

in χ *oppr. arbitraretur:* Taur. *oppr. esse arbitrarentur.*—7 Pro *Annii* C et S habent *Antonii.*—8 C *agens.*—9 χ ψ, Ms. Vict. Pall. 2. 5. Ven. 1480. 1483. Mediol. Junt. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. et Weiske *prope.*—10 H T, Taur. ed. Junt. *et in forum.*—11 In Taur. deest præpositio ante *Staleno.*

CAP. XXIX. 12 ψ *promisisset,* ut volebat Sylvius.—13 Ms. Lambini *sciebant.*—14 Taur. omittit *esse* post *condemnatum.* Mox, in χ deest *esse* post *factum.*—15 C *vitam.*—16 χ *judicium turp.: causam autem augeret.*—17 C H S

NOTÆ

[z] *Neque enim docebantur*] Celabat in concione Quintius, promissam esse pecuniam.

[a] *Reum condemnatum*] Oppianicum.

[b] *Ad inflammandos animos*] Cicero in Bruto ait Quintium aptissimum

accommodatus; summam illi judicio[18] invidiam infamiamque esse conflatam. Atque in hanc flammam recentem,[19] C. Junium, qui illi quæstioni[d] præfuerat, injectum[20] esse memini; et illum, hominem ædilitium,[c] jam prætorem opinionibus hominum constitutum, non disceptatione[d] dicendi,[1] sed clamore hominum, de foro atque adeo de civitate esse sublatum.

80. Neque me pœnitet[2] hoc potius tempore, quam illo, causam A. Cluentii defendere. Causa enim manet eadem, quæ mutari[3] nullo modo potest: temporis iniquitas atque invidia recessit, ut, quod in tempore mali fuit, nihil obsit; quod in causa boni fuit, prosit. Itaque nunc quemadmodum audiar,[4] sentio, non modo ab iis, quorum judicium atque potestas est; sed etiam ab illis,[5][e] quorum tantum est existimatio. At tum[6] si dicerem, non audirer; non quod alia res esset, immo eadem, sed tempus aliud. Id adeo[7] sic cognoscite. XXX. Quis tum auderet dicere, nocentem[8] condemnatum esse Oppianicum? quis nunc id audet negare? Quis tum posset arguere, ab Oppianico judicium tentatum esse pecunia? quis id hoc tempore inficiari potest?[9] Cui tum liceret docere, Oppianicum reum factum esse tum denique, cum duobus proximis præjudi-

[d] *Causæ.*

inflammandum. Dein T *commodatus.*—18 C H S χ ψ, Dresd. Franc. 1. 2. Pall. septem, et edd. pr. omnes omittunt *judicio.* In C quoque deest *illi.* Ms. ap. Lamb. habet *summam habito illo judicio, &c.* unde suspicari quem posse ait, *summam Avito, illo judicio, &c.* Gulielm. e Ms. Vict. ita attulit varietatem, *summam illi judicio invid.* alias *illi Avito invid.* In Pal. 1. et 4. legitur *summam illam invidiam.*—19 Ante *C. Junium* C H S, Ven. 1483. Junt. Lamb. addunt *tum;* χ *tunc.*—20 In χ *inventum.*—1 Idem Ms. *discendi.*—2 S *Nec me pœn.*—3 Unus Ms. *juvari,* teste Grævio.—4 χ *audiat.*—5 C *sed et ab illis.*—6 C H S T χ *Ac tum.* Mox C *auderer.*—7 Pro *Id adeo* in ψ *Ideo.* Tum C H S ψ *agnoscite.*

CAP. XXX. 8 Pro *nocentem* χ exhibet *nocte.*—9 *Id hoc temp. infitiari au-*

NOTÆ

fuisse turbulentis concionibus.

[c] *Ædilitium*] Junius gesserat ædilitatem.

[d] *Non disceptatione*] Ille Junius, sine ulla actione causæ, vel causa non attente considerata, in exilium missus est, et spoliatus jure civitatis, quia nemo apud Romanos duarum civitatum civis esse poterat.

[e] *Sed etiam ab illis*] Populum indicat, qui dicentem eum audiebat.

ciis[10] condemnatus esset? Quis est, qui id hoc tempore infirmare conetur? 81. Quare, invidia remota,[11] quam dies[e] mitigavit, oratio mea deprecata est, vestra fides atque æquitas a veritatis disceptatione rejecit; quid est præterea, quod in causa relinquatur?

Versatam esse in judicio pecuniam, constat: ea, quæritur, unde profecta sit? ab accusatore,[f] an ab reo.[g] Accusator dicit[h] hæc: Primum,[12] gravissimis criminibus accusabam, ut nihil opus esset pecunia: deinde, condemnatum[i] adducebam,[13] ut ne eripi quidem pecunia posset: postremo, etiamsi absolutus esset, mearum tamen omnium fortunarum status incolumis maneret. Quid contra reus?[k] Primum, ipsam multitudinem et atrocitatem criminum pertimescebam: deinde, Fabriciis[14] propter conscientiam mei sceleris[f] condemnatis, me esse condemnatum, sentiebam: postremo, in eum casum[15] veneram, ut omnis mearum fortunarum status unius judicii periculo contineretur.

82. Age,[16] quoniam corrumpendi judicii causas ille multas et graves habuit, hic nullam; profectio[17][l] ipsius pecuniæ requiratur. Confecit tabulas[m] diligentissime Cluentius: hæc autem res habet[n] hoc certe, ut nihil possit neque additum, neque detractum de re familiari latere. [*p.* 35.]

[e] *Tempus.* [f] *Consciis mei sceleris.*

det H: *hoc temp. inficiatur. Potest cui, &c.* T. Dein χ *licere.*—10 χ *præjudicii.* Mox, idem Ms. caret *id* ante *hoc temp.*—11 C H S ψ *remota est.*—12 C *Primis.*—13 Idem Ms. *adducebant.*—14 χ *Fabricius.*—15 Idem Ms. *postremum, in eam causam.*—16 T *Agi vel age.*—17 H *hinc nullam;* et C *profecto.*—

NOTÆ

[f] *Ab accusatore*] Cluentio.

[g] *Ab reo*] Oppianico.

[h] *Accusator dicit*] Prosopopœia Cluentii accusantis.

[i] *Condemnatum*] Oppianicus duobus præjudiciis condemnatus erat; de quibus jam sæpe dixit.

[k] *Quid contra reus*] Oppianicus reus respondet se accusanti.

[l] *Profectio*] Id est, unde pecunia hæc profecta sit, requiratur, aut quis eam dederit.

[m] *Confecit tabulas*] Cluentius accepit pecuniam mutuo, ideoque tabulas confecit creditori.

[n] *Hæc autem res habet*] Confectis tabulis omnia patent, vel quæ in domo sunt, vel quæ auferuntur a domo.

Anni sunt octo, cum ista causa[18] in ista meditatione[g] versatur; cum omnia, quæ nunc ad eam rem pertinent, et ex hujus, et ex aliorum tabulis,[19] agitatis, tractatis, inquiritis; cum interea Cluentianæ pecuniæ vestigium nullum invenitis. Quid? Albiana pecunia[200] vestigiisne nobis[1] odoranda[p] est, an ad ipsum cubile, vobis ducibus, venire possumus?[2] Tenentur uno in loco H-S IↃCXL:[3] tenentur apud hominem audacissimum:[q] tenentur apud judicem. 83. Quid vultis amplius? At enim Stalenus non fuit ab Oppianico, sed a Cluentio ad judicium corrumpendum constitutus. Cur eum, cum in consilium iretur,[4] Cluentius et Canutius[r] abesse patiebantur? Cur[5] cum in consilium mittebant,[s] Stalenum judicem, cui pecuniam dederant, non requirebant?[6] Oppianicus quærebat: Quintius flagitabat: sine Staleno ne in consilium iretur, tribunicia potestate perfectum[7] est. At condemnavit.[t] Hanc enim damnationem[8]

[g] *Inquisitione.*

18 C H ψ *cum in ista causa.*—19 χ *et al. tab.* omissa præpositione. Pro *agitatis* in C H S ψ *agitis.*—20 H et χ *Abbiana pec.*—1 Pro *nobis*, quod C H S omittunt, edd. ante Lamb. habent *vobis.* Pro *odoranda est* in T *adornanda.*—2 H S χ *possimus.*—3 '*H-S IↃCXL.*] Codices etiam hic variant: C legit *DCXL.* omiss. voc. *H-S.* In H et S, *DCXL millia:* T, *IIC vex vel:* χ, *sextertia dcxl:* ψ, *sexcenta quadraginta millia.* In Pal. 2. etiam abest *H-S.* Ven. 1480. 1483. *DC sestertia, XL millia:* Naug. *H-S sexcenta quadraginta millia nummum*, quæ usque ad Grut. fuit vulg. lectio, in qua Lamb. recte notam *H-S* delevit. Etiam *in* ante *loco* in Ms. quodam deest.' *Beck.*—4 T *Cur enim, cum in cons. ir.* χ *Cur enim in cons. ir.*—5 Mss. plerique et nonnullæ edd. vett. omittunt *cur.* Tum in Franc. *mittebantur*, prob. Græv.—6 χ *requirebantur.* Dein *querebatur* T, Dresd. Franc. 1. 2. unus Paris. Ms. Vict. ed. 1472. Lamb. *quærebatur* χ: *requirebat* Pal. 1. prob. Grævio.—7 *Confectum* S: *effectum* H χ et Ms. Lamb.—8 Ms. Lamb. *condemnationem.*

NOTÆ

[o] *Albiana pecunia*] Id est, Albii Oppianici pecunia.

[p] *Odoranda*] Allegoria a canibus. Nota quod active etiam 'odoro' dicitur. Sic in orat. post Red. in Sen. 'Hi voluptates omnes investigant, atque odorant.' Sæpius tamen deponens usurpatur.

[q] *Audacissimum*] Stalenum, qui judex erat.

[r] *Cluentius et Canutius*] Accusatores Oppianici ambo erant.

[s] *In consilium mittebant*] Mittere in consilium judices, est eos ad sententiam ferendam dimittere.

[t] *At condemnavit*] Hoc proponit refutandum.

dederat obsidem[h] Bulbo et ceteris, ut destitutus ab Oppianico videretur. Quare si istinc causa corrumpendi judicii, istinc pecunia, istinc Stalenus, istinc denique omnis fraus et audacia est; hinc pudor, honesta vita, et nulla suspicio pecuniæ, nulla corrumpendi judicii causa; patimini,[9] veritate patefacta, atque omni errore sublato, eo transire illius turpitudinis infamiam, ubi cetera maleficia consistant;[10] ab eo invidiam discedere aliquando, ad quem nunquam accessisse culpam videatis.[11]

XXXI. 84. At enim pecuniam[12] Staleno dedit Oppianicus, non ad corrumpendum judicium, sed ad conciliationem gratiæ.[u] Tene hoc, Atti,[13] dicere,[x] tali prudentia, etiam usu atque exercitatione præditum? Sapientissimum esse dicunt[y] eum, cui, quod opus sit, ipsi veniat in mentem; proxime accedere[14] illum, qui alterius bene inventis obtemperet. In stultitia contra est. Minus enim stultus est is, cui nihil in mentem venit, quam ille, qui, quod stulte alteri venit in mentem, comprobat. Istam conciliationem gratiæ Stalenus tum recenti re,[z] cum faucibus premeretur,[a] excogitavit, sive ut homines tum loquebantur, a P. Cethego admonitus, istam dedit conciliationis et[15] gratiæ fabulam.

[h] *Testem.*

—9 Mss. pauci et edd. pleræque ante Lamb. *patiamini.* Tum χ *veritate perfecta.* In Franc. deest *omni.*—10 *Consistebant* S T: *consistunt* Junt. Lamb. Schutz. et Orell.—11 Ern. e conj. cum Beck. et Weiske edidit *videatis.* Edd. ante Ern. cum Schutz. et Orell. *videtis.*

CAP. XXXI. 12 χ *pecunia.*—13 *Actice* C ψ: *Athice* H: *Attice* S: *Acti* al. Mox Lamb. *tali etiam usu:* χ *et usu.*—14 Dresd. *pone accedere.* Mox, pro *inventis* in C *viventis.*—15 Pal. 3. a m. pr. et Lamb. omittunt copulam *et*, ut Manutius volebat. Orell. uncis includit. In Franc. 1. legitur, *conciliationis*

NOTÆ

[u] *Ad conciliationem gratiæ*] Objectio, quod nempe data sit pecunia Staleno, ad reconciliandum Cluentium cum Oppianico.

[x] *Tene hoc, Atti, dicere*] Oratio indignantis cum interrogatione, cum infinitivo modo, quod familiare Virgilio est. Sic Æn. lib. I. 'Mene incepto desistere victam?' &c.

[y] *Sapientissimum esse dicunt*] Hesiodi sententia e libro primo desumta, qui Ἔργων inscribitur, et quam Livius protulit lib. II.

[z] *Tum recenti re*] Cum causam ageret non multo post Oppianici damnationem.

[a] *Cum faucibus premeretur*] Id est, cum in summum discrimen salus ejus venisset.

85. Nam fuisse hunc hominum sermonem, recordari[16] potestis: Cethegum, quod hominem odisset,[17] et quod ejus improbitatem versari in republica nollet, et quod videret, eum, qui se ab reo[b] pecuniam, cum judex esset, clam atque extra ordinem accepisse confessus esset,[c] salvum esse non posse, minus ei fidele[i][18] consilium dedisse. In hoc si improbus Cethegus fuit, videtur mihi adversarium removere voluisse.[d] Sin erat[19] ejusmodi causa, ut Stalenus nummos se accepisse negare non posset, (nihil autem erat periculosius, nec turpius,[20] quam, ad quam rem[e] accepisset, confiteri) non est consilium Cethegi reprehendendum.[f] 86. Verum alia causa tum Staleni fuit, alia nunc, Atti, tua est. Ille, cum re premeretur,[1] quodcumque diceret, honestius diceret, quam si, quod erat factum, fateretur: te vero illud idem, quod tum explosum et ejectum[2] est, nunc retulisse demiror. Qui enim poterat tum in gratiam[3] redire cum Oppianico Cluentius? qui cum matre[4] habebat simultates: hærebat in tabulis publicis[g] reus et accusator: condemnati erant Fabricii: nec elabi alio accusatore[h] poterat Albius, nec sine ignominia calumniæ relinquere accu-

[i] *Bonum.*

fabulam et gratiæ.—16 χ *recordare.*—17 ψ *cur hominem;* et Vict. *occidisset.*—18 C *fides.*—19 Pro *Sin erat* C H S T habent *In erat;* χ *Inerat.*—20 χ *peric. ac turp.*—1 *Cum reprehenderetur* C H S ψ et edd. ante Ald. *cum reprimeretur* Franc. 1. 2. ed. 1472. et Grut. *cum re premeretur* ceteri.—2 χ *expl. et electum:* Lall. e conj. Grævii edidit *expl. atque rejectum.* Mox, pro *retulisse* in H *intulisse;* χ *rei tulisse;* C S ψ *re intulisse.*—3 C et ψ *in gratia:* χ *ingratia.*—4 'Omittunt *habebat simultates* Mss. nonnulli, unde Garaton. suspic. *qui cum matre?* scil. in gratiam redire poterat.' *Orell.* Vulgo post *Cluentius* interrogandi nota, post *simultates* colon ponitur. Pro *tabulis publicis reus* T exhibet *talibus publicis rebus.* In Franc. 1. h. l. ita legitur, *qui cum hærebat in tabulis, matre habebat simultates; hærebat in tabulis publicis reus et accusator.*

NOTÆ

[b] *Ab reo*] Oppianico.

[c] *Confessus esset*] In ædibus T. Annii, viris probis in occulto audientibus.

[d] *Removere voluisse*] Nempe, a judicum sententiis.

[e] *Ad quam rem*] Ad corrumpendos judices.

Reprehendendum] Tanquam minus bonum.

[g] *Hærebat in tabulis publicis*] Id est, ita scriptus erat, ut non posset obliterari reus Oppianicus et accusator Cluentius.

[h] *Nec elabi alio accusatore*] Si Cluentius accusationem destituisset, alius accusasset Oppianicum.

sationem Cluentius. XXXII. 87. An ut prævaricaretur?[i] Jam id quoque[5] ad corrumpendum judicium pertinet. Sed quid opus erat ad eam rem judice sequestre?[6] et omnino, quamobrem tota ista res per Stalenum potius, hominem ab utroque alienissimum,[k] sordidissimum, turpissimum,[k] quam per bonum aliquem virum ageretur, et amicum necessariumque communem?[l] [*p.* 36.] Sed quid ego hæc pluribus, quasi de re[7] obscura, disputo; cum ipsa pecunia, quæ Staleno data est, numero ac summa sua[8] non modo, quanta fuerit,[l][9] sed etiam ad quam rem[m] data fuerit, ostendat? Sexdecim dico judices, ut Oppianicus absolveretur, corrumpendos fuisse;[n] ad Stalenum sexcenta et quadraginta millia nummum esse delata. Si, ut tu dicis, gratiæ[10] conciliandæ causa, quadraginta istorum accessio[o] millium[11] quid valet? si, ut nos dicimus, ut quadragena millia nummum sedecim judicibus darentur; non Archimedes[12][p] melius potuit describere.[m]

[k] *Avarissimum, improbissimum.*
[l] *Quanto numero, et quanta summa.* [m] *Numerare.*

CAP. XXXII. 5 Pantagathus mavult *Nam id quoque.*—6 Junt. *sequestri*, ut volebat Sylvius.—7 χ *de rebus.* Dein *disputem* Franc. 1. 2. Dresd. sex Oxonn. Mss. et edd. pr. usque ad Vict. cum Beck. Schutz. et Orell.—8 T *summa suo.* —9 χ *qua nata fuerit.* Verba *sed etiam ad quam rem data fuerit* in χ desunt. Franc. 1. 2. Dresd. ed. 1472. et Ven. 1480. omittunt *data.* In H S et ed. 1488. legitur *data fuerat.*—10 Dresd. Franc. 1. 2. et ed. 1472. *Si ut auditis, gratiæ &c.* Pro *causa* in C et S *gratia.*—11 Lamb. *millium accessio.* Gruter. *millium* pro glossa habebat. Mox Lamb. et Orell. dederunt *sin ut nos dic.* Tum vulg. *ut DCXL millia.* In H, omisso *ut*, est *DCXL millia:* in T *ut* $\overline{CC}$ *qua-*

NOTÆ

[i] *An ut prævaricaretur*] Prævaricari quis dicitur, quando cum reo colludit proprias probationes dissimulans, et falsas accusationes admittens.

[k] *Ab utroque alienissimum*] Neque Cluentio neque Oppianico amicus erat Stalenus.

[l] *Communem*] Cluentio et Oppianico amicum.

[m] *Ad quam rem*] Ad corrumpendos judices data illa pecunia fuit.

[n] *Corrumpendos fuisse*] Ut a majori parte Oppianicus absolveretur: nam ad eos accessurus erat Stalenus.

[o] *Quadraginta istorum accessio*] Id est, quare addita sunt quadraginta millia? nam sexcenta millia sufficiebant.

[p] *Non Archimedes*] Archimede nemo magis apud veteres in mathematicis disciplinis, ac præsertim arithmeticis excelluit.

88. At enim judicia[q] facta permulta sunt, a Cluentio judicium esse corruptum. Immo vero[r] ante hoc tempus omnino ista ipsa res suo nomine[s] in judicium nunquam est vocata. Ita multum agitata, ita diu jactata ista res est, ut hodierno die primum causa illa defensa sit, hodierno die primum veritas vocem contra invidiam, his judicibus freta, miserit.[n] Verumtamen[t] multa ista judicia quæ sunt? Ego enim me ad omnia confirmavi,[13] et sic paravi, ut docerem, quæ facta postea judicia de illo judicio[14][u] dicerentur, partim ruinæ similiora[15][x] aut tempestati, quam judicio et disceptationi fuisse; partim nihil contra Avitum[y] valere; partim etiam pro hoc esse;[z] partim esse ejusmodi, ut neque appellata[a] unquam judicia sint, neque existimata. 89. Hic ego, magis ut consuetudinem servem, quam quod vos non[16] vestra hoc sponte faciatis, petam a vobis, ut me, dum de his singulis[17] disputo judiciis, attente audiatis. XXXIII. Condemnatus est C. Junius,[b] qui ei quæstioni præfuerat. Adde etiam illud, si placet: tum est condemnatus, cum

[n] *Locuta sit.*

dragena millia.—12 T *Archimenides.*—13 C *confirmari.* Lamb. conj. *conformavi.*—14 Nonnulli omittunt *judicio.*—15 In χ *si meliora.*—16 In C deest negativa particula *non.*—17 C legit *de iis sing.*

NOTÆ

[q] *At enim judicia*] Propositio hæc fiebat ab adversariis Cluentii, quod multi judices condemnati sunt, quasi a Cluentio pecunia corrupti.

[r] *Immo vero*] Cicero hanc propositionem refutandam jam aggreditur.

[s] *Suo nomine*] Nunquam de ista corruptela lata lex est, cum nemo vocatus sit in judicium, quasi corrumpendi judicii causa, pecuniam accepisset.

[t] *Verumtamen*] Prima pars confirmationis, in qua ostendit nulla facta esse judicia, ut Attius jactabat: id autem aggreditur quadruplici divisione.

[u] *De illo judicio*] De pecunia accepta in judicio Oppianici.

[x] *Ruinæ similiora*] Judicium illud in quo Junius damnatus est propter seditionem, similius ruinæ fuit, quam judicio.

[y] *Nihil contra Avitum*] Non fuit contra Cluentium illud judicium in quo Bulbus, Popillius, et Gutta nummarii judices condemnati sunt.

[z] *Pro hoc esse*] Staleni et Falculæ judicium favit Cluentio.

[a] *Ut neque appellata*] Loquitur de Junii judicio; de quo infra.

[b] *Condemnatus est C. Junius*] A populo tumultuario, qui hanc sibi causam depoposcit, Junius condemnatus est; ideoque ejus non est habenda ratio.

esset judex quæstionis. Non modo causæ,[c] sed ne[18] legi quidem[d] quicquam per tribunum plebis[e] laxamenti[f] datum est. Quo tempore illum a quæstione ad nullum aliud reipublicæ munus abduci[19] licebat, eo tempore ad quæstionem ipse abreptus[20 g] est. At quam quæstionem? Vultus enim vestri,[h] judices, me invitant, ut, quæ reticenda putaram,[1] libeat jam libere dicere. 90. Quid? illa tandem quæstio, aut disceptatio,[i] aut judicium fuit? Putabo[2] fuisse.[k] Dicat, qui vult, hodie de illo populo concitato,[l] cui tum mos gestus est:[o] qua de re Junius[3] causam dixerit.[m] Quemcumque rogaris, hoc respondebit, quod pecuniam acceperit, quod innocentem circumvenerit. Est hæc opinio. At, si ita esset;[4] hac lege accusatum esse[n] opor-

[o] *Obtemperatum est.*

CAP. XXXIII. 18 χ non habet *ne.*—19 In χ et ψ *adduci.*—20 *Arreptus* C H et edd. nonnullæ: *arrectus* S χ: *abjectus* T. Mox Franc. 1. 2. et ed. 1471. *Ad quam quæst.* non improb. Græv. ψ *Ac quam quæst.* In χ deest *At,* etiam interrogandi nota post *quæstionem.*—1 C H S ψ *putarem.*—2 Vict. Lamb. et Weiske *putato.* Brutus reposuit *reputatote,* teste Grutero. Mox, χ *Dicat, quid vult.*—3 Pro *Junius* in χ *unius.* Mox idem Ms. *Quæcunque rog., respondebit.*—4 χ *si ita esse.* Dein *accusatum fuisse* C H S χ ψ, et *oportet* C S. Mox

NOTÆ

[c] *Non modo causæ*] Cum sibi aliquod temporis spatium illa causa deposceret, nullum datum est, ut ea examinaretur.

[d] *Sed ne legi quidem*] Lex judicem quæstionis avocari a suo munere vetabat.

[e] *Per tribunum plebis*] Quintius seditiose omnia perturbabat, ut everteret illud judicium in quo de illa causa agebatur, ut Oppianico faveret.

[f] *Laxamenti*] Dabantur reis ad suam causam defendendam decem dies, ut Plutarch. scribit in Cic.

[g] *Abreptus*] Id est, vi et nimia quadam celeritate adactus in quæstionem est a prætore ipsi infenso, quasi ab ipso Oppianici judicium pecunia corruptum esset.

[h] *Vultus vestri*] Conciliat sibi judices, ut sibi fas sit aperire omnia, quæ fortasse reticeret, nisi eorum voluntatem ex vultuum ingenuitate, qui animi sunt indices, conjiceret.

[i] *Disceptatio*] Disceptatio est consideratio earum rerum omnium quæ fieri debet a judicibus.

[k] *Putabo fuisse*] Verum non fuit illud de Junio judicium, in quo hæc omnia non observata sunt, quæ in vero et legitimo judicio observanda sunt: sed hæc adversariis condonat Cicero.

[l] *Populo concitato*] A Quintio tribuno plebis populus contra Junium concitatus est.

[m] *Qua de re Junius causam dixerit*] Non fuit locus Junio se defendendi propter concitatam in se multitudinem.

[n] *Hac lege accusatum esse*] Ea lege

tuit, qua accusatur Avitus. At ipse[o] ea lege quærebat. Paucos dies[p] expectasset Quintius. At neque privatus[q] accusare, nec, sedata jam invidia, volebat.[5] Videtis igitur, non in causa, sed in tempore ac potestate spem omnem accusatoris fuisse. 91. Mulctam[6] petivit.[r] Qua lege? quod in legem non jurasset:[s] quæ res nemini unquam fraudi[p] fuit: et quod C. Verres, prætor urbanus, homo sanctus[t] et diligens, subsortitionem[7 u] ejus in eo codice non haberet, qui tum interlitus[q 8 x] proferebatur. His de causis C. Junius condemnatus est, judices, levissimis et infirmissimis; quas omnino in judicium afferri non oportuit: itaque oppressus est, non causa, sed tempore. XXXIV. 92. Hoc vos Cluentio judicium putatis obesse[9] oportere? Quam ob causam? Si ex lege subsortitus[10] non erat Junius, aut si in legem aliquando non juraverat; idcirco illius damnatione[11] aliquid de Cluentio judicabatur? Non, inquit; sed ille idcirco his legibus condemnatus est, quod contra aliam legem commiserat.[r] Qui hoc confitentur,[12] possunt illud

[p] *Pœnæ.* [q] *Adulteratus.* [r] *Peccaverat.*

Ms. Bergeri *Ipse ea die quærebat.*—5 C *nolebat.*—6 χ *Multa.*—7 Idem Ms. *sortitionem.*—8 χ *inter littus.*

CAP. XXXIV. 9 χ *abesse.*—10 ψ *sortitus.* Mox, pro *aliquando* Pantagathus mavult legi *judicando.*—11 χ *damnationem.* Dein T et χ *judicabitur.*—12 χ *confitetur.* Tum *possunt iidem illud jud.* Taur. unus Pariss. Ven. 1483. Græv. Lall. Beck. et Orell. Ante *fuisse def.* Naug. Cam. Lamb. addunt *non.*

NOTÆ

accusari debuit Junius, qua lege Cluentius reus factus est; nempe, lege Cornelia de sicariis et veneficis.

[o] *At ipse*] Dialogismus, in quo quasi respondentis personam sustinet.

[p] *Paucos dies*] Donec Junius destitisset quærere.

[q] *Privatus*] Qui sine magistratu est, dicitur privatus: tunc autem ille tribunatu defunctus erat.

[r] *Mulctam petivit*] Petivit ut aliqua pœna mulctaretur: mulcta autem species est pœnæ pecuniariæ quæ imponitur.

[s] *Quod in lĕgem non jurasset*] In legem jurare judices, quæsitor, et judex quæstionis, non vero prætor debebat.

[t] *Homo sanctus*] Ironia: nam repetundarum reus exulabat.

[u] *Subsortitionem*] Rejectis judicibus ab accusatore et reo qui eis minus placebant, prætor alios subsortiebatur, ut justus esset judicum numerus.

[x] *Interlitus*] Vide act. III. in Verr. ubi de hoc judicio.

iidem judicium fuisse defendere? Ergo idcirco, inquit,[13] infestus tum prætor[y] Junio fuit, quod illud judicium corruptum per eum putabatur. [*p.* 37.] Num igitur hoc tempore[14] causa mutata est? num alia res, alia ratio illius judicii, alia natura totius negotii nunc est, ac tum fuit?[15] non opinor, ex iis rebus, quæ gestæ sunt, rem ullam potuisse mutari. 93. Quid ergo est causæ, quod nunc[16] nostra defensio audiatur tanto silentio, tunc[z] Junio defendendi sui potestas erepta sit? Quia tum in causa nihil erat, præter invidiam, errorem, suspicionem, conciones quotidianas, seditiose ac populariter concitatas. Accusabat tribunus[a] plebis idem in concionibus, idem ad subsellia:[17] [b] ad judicium non modo de concione, sed etiam cum ipsa concione veniebat. Gradus illi Aurelii[c] tum novi, quasi pro theatro[d] illi judicio ædificati videbantur;[18] quos ubi accusator concitatis hominibus complerat, non modo dicendi ab[s] reo, sed ne[19] surgendi quidem potestas erat. 94. Nuper apud C. Orchinium,[20] [e] collegam meum, locus[t] ab judicibus Fausto Sullæ[f] de pecuniis residuis[g] non est constitutus; non quo

[s] *Pro.* [t] *Tempus.*

Vid. Nott. Varr.—13 *Inquit* non est in T. Dein Taur. *inf. tum PR. fuit C. Junio:* ψ *inf. tribunus plebis Junio fuit.*—14 T *Num illud hoc temp.*—15 Edd. nonnullæ *ac tunc fuit.* Tum T *quæ dictæ, gestæ sunt.*—16 In χ deest *nunc.*—17 C omittit *ad subsellia.*—18 In C *pro th. judicio illo ædif. vid.*—19 χ *se ne.*—20 *Cohorginium* C: *C. Archivium* χ: *Corinthium* ψ: *C. Orchivium* duo Mss. teste Græv. *Corchium* Taur. unde *C. Orchium* placet Peyronio. Vid. Ind.

NOTÆ

[y] *Prætor*] Verres infestus fuit Junio, quod ab eo corruptum fuisse judicium existimaret.

[z] *Tunc*] Cum Junius causam dicebat, erepta ei fuit defendendi se potestas.

[a] *Tribunus*] Quintius.

[b] *Ad subsellia*] Erant in foro subsellia, ubi sedebant judices.

[c] *Gradus illi Aurelii*] In foro Aurelio acta fuit causa Junii, ubi erant illi gradus Aurelii, qui ita ab Aurelio quodam dicti sunt, quo sæpe e fæce populi multi conveniebant homines inertes, ad vim faciendam semper parati.

[d] *Pro theatro*] Tanta populi multitudo ad illud judicium Junii convenit, ut illi gradus theatro similes viderentur.

[e] *Orchinium*] Collega in prætura Ciceronis fuit Orchinius.

[f] *Fausto Sullæ*] Faustus Sulla, filius L. Sullæ, Athenis Ciceronis condiscipulus fuit: noluerunt autem judices, ut in judicium de pecuniis residuis vocaretur.

[g] *Pecuniis residuis*] Pecuniæ resi-

illi[1] aut exlegem esse[h] Sullam, aut causam pecuniæ publicæ contemtam atque abjectam putarent; sed quod, accusante tribuno plebis, conditione æqua[i] disceptari[u] posse[2] non putarent. Quid? conferam Sullamne cum Junio? an hunc tribunum plebis[k] cum Quintio? an vero tempus cum tempore? Sulla[3] maximis opibus,[l] cognatis, affinibus, necessariis, clientibus plurimis;[m] hæc autem apud Junium parva, et infirma, et ipsius labore quæsita atque collecta. Hic tribunus plebis, modestus, pudens,[4] non modo non seditiosus, sed etiam seditiosis adversarius;[5] ille autem acerbus, criminosus,[x] popularis homo ac turbulentus. Tempus hoc tranquillum ac pacatum:[6] illud omnibus invidiæ tempestatibus[7] concitatum. Quæ cum ita essent, in Fausto tamen[8] illi judices statuerunt, iniqua conditione reum causam dicere, cum adversario ejus ad jus accusationis summa

[u] *Litigari.* [x] *Contentiosus.*

Hist. in *C. Orcininus.* Tum χ *collegam,* omisso *meum.*—1 Taur. Lamb. et Orell. *non quod illi, &c.* Priscian. l. VI. p. 725. habet, *non quod illi aut exl. esse Sull. arbitrarentur* (ed. Putsch. *arbitrentur,* Krehl. *arbitrantur*); unde Schutz. pro *putarent* dedit *arbitrarentur.* Pro *exlegem* in C S *extra legem;* in ψ *ex lege.*—2 Pro *posse* S exhibet *posse p.* †; et C H ψ *posse populum R.* In χ deest *posse.* Dein *putarent* e conj. edidit Ern. quem Beck. sequitur. Schutz. dedit *putabant.* Ceteri *putaverunt.* Porro ψ *Quod? conf. Sullam ut cum Jun.* Manut. maluit locum sic distingui, *Quid conferam? Sullam ne cum Junio, an hunc trib. plebis cum Quintio, an ... tempore?*—3 ψ *Sullam.*—4 χ ψ, Franc. 1. edd. pr. pleræque, Vict. Lamb. Grut. *prudens.* Tum in ψ legitur, *non modo seditiosus.*—5 χ *adversariis.* Dein pro *acerbus* in χ *acervus;* in ψ *acerbus, seditiosus;* in Franc. 1. et ed. pr. *acerrimus.*—6 C S, Taur. Ven. 1483. Lamb. *tranq. atque pac.*—7 χ *temporibus.*—8 Pro *Fausto tamen* in T *fasto tum.* T, Franc. 1. 2. Dresd. Ms. Vict. sex Pall. ed. 1471. Steph. Græv. omittunt

NOTÆ

duæ dictæ sunt illæ, quæ ex publica administratione in privatum usum conversæ sunt. C. Julius legem tulit, qua peculatum, sacrilegium, et residuas pecunias complexus est. Vide Sigonium de Jud. II. 39.

[h] *Exlegem esse*] Exlex dicitur, qui, nulla lege constituta, vocatus est in judicium.

[i] *Conditione æqua*] Tribunus plebis summa erat potestate præditus; non autem alter, qui privatus tantum erat.

[k] *Hunc tribunum plebis*] Tribunum ait, qui Faustum de pecuniis residuis in judicium vocavit.

[l] *Sulla maximis opibus*] Plinius lib. XXXIII. refert patrem Sullæ fuisse omnium Romanorum ditissimum.

[m] *Clientibus plurimis*] Hos pater clientes reliquerat.

vis potestatis[9] [n] accederet. XXXV. 95. Quam quidem rationem[10] vos, judices, diligenter, pro vestra sapientia et humanitate, cogitare et penitus perspicere debetis, quid mali, quantum periculi unicuique nostrum inferre possit vis tribunicia, conflata præsertim invidia et concionibus seditiose concitatis. Optimis hercle[11] temporibus, tum, cum homines se non[12] jactatione[y] populari, sed dignitate atque innocentia tuebantur, tamen nec P. Popillius,[13] [o] nec Q. Metellus,[p] clarissimi atque amplissimi viri, vim tribuniciam sustinere potuerunt: nedum[14] his temporibus, his moribus, his magistratibus, sine vestra sapientia, ac sine judiciorum remediis,[15] salvi esse possimus. 96. Non fuit igitur illud judicium[16] [q] judicii simile, judices, non fuit; in quo non modus est habitus,[17] non mos consuetudoque servata,[r] non causa defensa. Vis illa fuit, et, ut sæpe[18] jam dixi, ruina quædam atque tempestas, et quidvis potius, quam judicium, aut disceptatio, aut quæstio. Quodsi quis est, qui illud judicium fuisse arbitretur,[19] et qui his rebus

[y] *Concitatione.*

verba *illi judices*, quæ Orell. uncis includit.—9 ψ *potestas.*

CAP. XXXV. 10 Ed. 1471. Ven. 1480. 1483. *Ad quam quidem rat.* prob. Ern. Mox, pro *sapientia* χ habet *diligentia.*—11 Al. *hercule.* In Franc. 1. deest *tum*, non improb. Græv.—12 Ante *jactatione* C addit *cum.*—13 *Caius Pompilius* ψ: *C. Popillius* χ et edd. ante Græv.—14 χ *necdum.* Mox C *iis moribus.*—15 Crat. Grut. Græv. *ac jud. rem.* sine præpositione. Tum in ψ *possumus.*—16 Post *judicium* distinguunt Græv. et Schutz. In Franc. 1. ita distinguitur, *Non fuit igitur illud jud., non judicii simile, judices, fuit.*—17 C T, Hervag. Cam. Manut. Lamb. Grut. Oliv. *adhibitus.*—18 Græv. solus *ut et*

NOTÆ

[n] *Summa vis potestatis*] Tribunitia potestas maxima fuit propter populi voluntatem, quæ fere semper tribunis favebat.

[o] *Nec P. Popillius*] Popillium Gracchus tribunus plebis expulit, quod ille prætor amicos Tiberii Gracchi in exilium ejecerat. Vide Plut. in vita Gracchi.

[p] *Q. Metellus*] Metellus Numidicus nunquam adduci potuit, ut in eam legem juraret, quam Agrariam Saturninus trib. pleb. tulerat: quare Rhodum in exilium profectus est. Lege Livium lib. LXIX.

[q] *Illud judicium*] De judicio, quo Junius damnatus est, loquitur.

[r] *Non mos consuetudoque servata*] Ideo consuetudo servata non fuit, quia tempus datum non est, et quæsitor arreptus est, quem abduci ad aliud reipub. munus non oportebat.

judicatis standum putet; is tamen hanc causam[s] ab illa debet sejungere: ab illo enim, sive quod in legem non jurasset,[20] sive quod ex lege subsortitus judicem non esset, mulcta petita esse dicitur. Cluentii autem ratio[1] cum illis legibus, quibus a Junio mulcta petita est, nulla potest ex parte esse conjuncta. 97. At etiam[2] Bulbus est condemnatus. Adde, majestatis:[t] ut intelligas, hoc judicium cum illo[u] non esse conjunctum. At est hoc[3] illi crimen[x] objectum. Fateor: sed etiam legionem esse ab eo solicitatam[y] in Illyrico,[z] C. Cosconii[a] literis et multorum testimoniis planum factum est: quod crimen[4] erat proprium illius quæstionis, et quæ res lege majestatis tenebatur.[b] At hoc obfuit ei maxime. Jam ista divinatio est: qua si uti licet; vide, ne mea conjectura multo sit verior. [*p.* 38.] Ego enim sic arbitror, Bulbum, quod homo nequam, turpis, improbus, multis flagitiis contaminatus in judicium sit adductus, idcirco facilius esse damnatum.[5 c] Tu mihi ex tota causa Bulbi, quod tibi commodum est, eligis, ut id esse secutos judices dicas. XXXVI. 98. Quapropter hoc Bulbi judicium non plus obesse huic causæ debet, quam illa, quæ commemorata sunt ab accusatore, duo judicia, P.

sæpe.—19 C H S T *arbitraretur.*—20 H S χ *non jusserat.*—1 Steph. *Cluentii tamen ratio.* Mox in χ deest *quibus.*—2 ψ *Ac etiam.*—3 C H S ψ *At etiam hoc.*—4 ψ *factum est ut quod crimen.*—5 Naug. Cam. *condemnatum.*

NOTÆ

[s] *Hanc causam*] Causa Junii ab hac Cluentii separari debuit.

[t] *Adde, majestatis*] Crimen majestatis erat omnium gravissimum, et illud est, quod adversus pop. Rom. amplitudinem ac civitatis dignitatem committitur.

[u] *Cum illo*] Judicium Bulbi non fuit conjunctum cum crimine, quo Cluentius accusatus est.

[x] *Hoc crimen*] Corrupti judicii crimen Cluentio objectum est.

[y] *Solicitatam*] Ad defectionem solicitaverat legionem Bulbus, quare gravissimum erat illius crimen.

[z] *In Illyrico*] Illyricum, Illyris, et Illyria regio est in ora Maris Adriatici, Italiæ opposita. Vulgo hodie *Sclavonia.*

[a] *Cosconii*] Cosconius Calidianus orator fuit nullo acumine. De hoc loquitur in Claris Oratoribus.

[b] *Lege tenebatur*] Lege tenentur ii, qui contra legem peccaverunt.

[c] *Facilius esse damnatum*] Non propter hæc quidem crimina damnatus est, de iis enim non agebatur: tamen his additi sunt alii judices, ut eum facilius majestatis condemnarent.

Popillii[d] et T. Guttæ;[6] qui causam de ambitu[e] dixerunt; qui accusati sunt ab iis, qui erant ipsi ambitus condemnati: quos ego non idcirco esse arbitror in integrum restitutos, quod planum fecerint, illos ob rem judicandam pecuniam accepisse; sed quod judicibus probarint, quod[7] in eodem genere, in quo ipsi offendissent,[8] alios reprehendissent, se ad præmia legis[f] venire oportere. Quapropter neminem dubitare existimo, quin illa damnatio[9] ambitus nulla ex parte cum causa Cluentii vestroque judicio conjuncta esse possit. 99. Quid, quod[g] Stalenus[10] est condemnatus? Non dico hoc tempore, judices, id quod nescio an dici oporteat, illum majestatis esse damnatum: non recito testimonia hominum honestissimorum, quæ in Stalenum sunt dicta ab iis, qui M. Æmilio,[11][h] clarissimo viro, legati, et præfecti,[12] et tribuni militares fuerunt; quorum testimoniis planum factum est, maxime ejus opera, cum quæstor esset, in exercitu seditionem esse conflatam.[z] Ne illa quidem testimonia recito, quæ dicta sunt, de H-S IↃC;[13] quæ ille

[z] *Factam.*

CAP. XXXVI. 6 T et Lamb. *L. Guttæ.* 'Garaton. ei mavult *Tiberii* nomen dari, quia ap. Quintil. v. 10. *Tiberium* explanate in omnibus Mss. etiam Barber. legitur, et tantum duæ ejus edd. *Titum*, duæ aliæ *T.* habent.' *Beck.* Schutz. edidit *Ti. Guttæ.*—7 Ursini Ms. *quom:* C H χ ψ, Ven. 1483. Junt. *quum.*—8 C H χ ψ *ipsi defendissent.* Tum H *alios deprehendissent*, ut volebat Garaton. Porro in C et T *sed ad præm.*—9 ψ *dominatio.*—10 ψ *Quod cur Stal.*—11 Manut. Schutz. et Orell. *Mam. Æmilio;* et sic Pighius ad a. 677. Vid. Nott. Varr.—12 χ *profecti.*—13 Pro *H·S IↃC* in C *nummum DCXL.* χ *ffxxxxclc:* ψ *sexcenta quadraginta millia.* Lamb. addit *millibus.*—

NOTÆ

[d] *Popillii*] Non is est Popillius qui a Graccho ejectus est, sed qui judex fuit in causa Oppianici.

[e] *De ambitu*] Ambitus crimen illud appellatum est, quo quis se in ambiendo magistratu obstringit. Ambire vero erat petere, verum studiosius impensiusque quam mores legesque civitatis ferrent.

[f] *Ad præmia legis*] Legem Aciliam seu Calpurniam intelligit, A. U. C. 697. a M' Acilio Glabrione et Calp. Pisone coss. latam, quæ et pœnas damnatis constituebat, et præmia accusatoribus proponebat. Vid. Dionem.

[g] *Quid, quod*] Affert præjudicium, quod favere Cluentio Cicero contendit de damnato Staleno et Falcula.

[h] *M. Æmilio*] Æmilius consul fuit cum Catulo A. U. C. 675. Putant aliqui Mam. Æmilium Lepidum legendum esse, qui cum D. Bruto consul fuit. Neque enim ita laudaret M. Æmilium, qui a collega Catulo dissidens bellum patriæ intulit.

cum accepisset nomine judicii Safiniani,[14] sicut in Oppianici judicio postea, retinuit atque suppressit. 100. Omitto et hæc, et alia permulta, quæ illo judicio in Stalenum dicta sunt: hoc dico, eandem tum[15] fuisse P. et L.[16] Cominiis,[i] equitibus Romanis, honestissimis hominibus, et disertis, controversiam cum Staleno, quem accusabant, quæ nunc mihi est cum Attio. Cominii dicebant idem,[17] quod ego dico: Stalenum ab Oppianico pecuniam accepisse, ut judicium corrumperet: Stalenus conciliandæ gratiæ[k] causa se accepisse dicebat. 101. Irridebatur hæc illius reconciliatio,[18] et persona viri boni[19] suscepta, sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Juturnæ;[l] quibus[20] subscripsit, 'Reges ab se in gratiam esse reductos.' Exagitabantur[m] omnes ejus fraudes atque fallaciæ: tota vita in ejusmodi[a] ratione versata aperiebatur: egestas domestica, quæstus forensis in medium[1] proferebatur: nummarius interpres[n] pacis et concordiæ non probabatur.[o] Itaque tum Stalenus, cum idem defenderet, quod Attius, condemnatus est. 102. Cominii cum hoc agerent, quod nos in tota causa egimus,[2]

[a] *Tali modo.*

14 χ *jud. Safiani;* et mox *sustinuit atque suppr. Omitto hæc.*—15 Idem Ms. non habet *tum.*—16 'Qui hic *Lucius*, Asconio in argum. Cornelianæ est *Caius.*' Orell. Mox Lamb. *honestis hom.*—17 Steph. *id.*—18 χ *recordatio:* ψ *conciliatio.*—19 ψ *bona.*—20 Pro *ad Juturnæ: quibus*, in C H S χ legitur *ad diuturna e quibus;* T *ad diuturna equitibus;* ψ *a diuturna e quibus.*—1 Sex Oxonn. Mss. *in medio.*—2 '*In tota causa egimus*] Hæc usque ad verba, c. 38.

NOTÆ

[i] *P. et L. Cominiis*] P. Cominius Spoletinus eques Rom. fuit, et Ciceronis amicus; quem in Claris Oratoribus ipse laudat.

[k] *Conciliandæ gratiæ*] Stalenus dicebat se accepisse pecuniam, ut Oppianicum et Cluentium inter se conciliaret.

[l] *Ad Juturnæ*] Id est, ad ædem Juturnæ, quæ in Campo Martio sita fuit. Juturna autem illa Turni soror fuit, et nympha quæ stagnis et fluminibus præsidet. Vid. Virg. Æn. XII. Ad hanc autem ædem Stalenus sibi statuam posuerat.

[m] *Exagitabantur*] Fraudes Staleni latentes proferebantur in medium.

[n] *Interpres*] Interpres hic, seu sequester illius pecuniæ dicitur apud quem pecunia deponitur, de qua est controversia; non autem ad corrumpendum judicium, sed ad gratiam conciliandam, sibi ab Oppianico datam esse hanc pecuniam Stalenus dicebat.

[o] *Non probabatur*] Non dicenti Staleno credebatur, cum se ad reconciliationem illam faciendam accepisse diceret.

probaverunt. Quamobrem si Staleni damnatione,[3] Oppianicum judicium corrumpere voluisse, Oppianicum judici ad emendas sententias dedisse pecuniam, judicatum est; cum ita constitutum sit, uti in illa culpa[4] aut Cluentius sit, aut Oppianicus; Cluentii nummus nullus judici[5] datus ullo vestigio reperitur; Oppianici pecunia post judicium factum[p] a judice ablata est;[6] potest esse dubium, quin illa damnatio Staleni, non modo non sit contra Cluentium, sed maxime nostram causam defensionemque confirmet? XXXVII. 103. Ergo adhuc[7][q] Junii judicium video esse ejusmodi, ut incursionem[b] potius seditionis, vim multitudinis, impetum tribunicium, quam judicium appellandum putem. Quodsi quis[8] illud judicium appellet, tamen hoc confiteatur necesse est, nullo modo illam mulctam, quæ a Junio petita sit, cum Cluentii causa posse conjungi. Illud igitur Junianum per vim factum est: Bulbi, et Popillii, et Guttæ, contra Cluentium non est: Staleni, etiam pro Cluentio est.[9] Videamus ecquod aliud judicium, quod pro Cluentio sit, proferre possimus.

[b] *Invasionem.*

L. Caulius Mergus desiderantur in Dresd. in Franc. 2. et in edd. 1471. 1472. Gruter. inferius observat, ea etiam in omnibus Pall. desiderari; unde Græv. colligit, hos omnes codd. ex uno manasse, in quo folium exciderit. Ex Oxonn. nihil adnotatum; vidi tamen, ex uno, T, nullam varietatem ad eum usque locum esse adlatam, cum ex reliquis afferatur.' *Beck.*—3 ψ *dominatione.*—4 C H S ψ *in nulla culpa.*—5 χ *judicii.* Dein *reperietur* H, Taur. et Orell. *reperiatur*, ut Sylvius volebat, dederunt Lamb. et Schutz. qui e conj. Grævii edidit *Cluentii nummos ulli datos judici nullo vest. reperiatur.* In Franc. 1. *Cluentii nummos illi datos esse nullo vest. reperitur.*—6 *Oblata est* C χ: *ablata sit* e conj. Sylvii dederunt Lamb. et Schutz.

CAP. XXXVII. 7 χ *Ego adhuc:* C ψ *Ergo ad hoc:* H S χ *Ergo ad hæc.*—8 χ *Quod si quid.*—9 *Est*, post *Cluentio*, omittunt C H S χ et edd. ante Lamb. Tum C *Vid. etiam quod:* χ *Vid. et quod.* Paulo post, ψ habet *possumus.* In Franc. 1. legitur, *pro Cluentio videmus. Et quid aliud jud., ... prof. possumus,*

NOTÆ

[p] *Post judicium factum*] Loquitur de judicio quo damnatus est Oppianicus; quo damnato, pecunia, quam promiserat, a judice Staleno ablata est.

[q] *Ergo adhuc*] Conclusio, per quam repetit ea præjudicia partim non esse contra Cluentium, partim pro eo esse.

[*p.* 39.] Dixitne tandem causam C. Fidiculanius[10] Falcula,[r] qui Oppianicum condemnarat, cum præsertim, id quod fuit in illo judicio invidiosissimum,[11] paucos dies[s] ex subsortitione sedisset?[c] dixit, et bis quidem dixit.[12] In summam enim L. Quintius invidiam concionibus eum[13] quotidianis, seditiosis et turbulentis, adduxerat. Uno judicio[t] mulcta est ab eo petita, sicut ab Junio, quod non suæ decuriæ[u] munere, neque ex lege sedisset: paulo sedatiore tempore est accusatus, quam Junius, sed eadem fere lege et crimine. Quia nulla in judicio seditio, neque vis,[14] neque turba versata est, prima actione facillime est absolutus. Non numero hanc absolutionem: nihilominus enim potest, ut illam mulctam non commiserit,[x] accepisse tamen[15] * ob rem judicandam, quam Stalenus, qui causam nusquam eadem lege dixit: proprium crimen illud quæstionis ejus non

[c] *Judicasset.*

non improb. Græv. qui pro *et quid* legi jussit *et quod.*—10 Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. cum Grut. Græv. Oliv. *Fidiculanus.*—11 ψ *invidiosissimos.* Dein *post paucos dies* edd. pleræque ante Grut.—12 χ *et bis dixit:* H S *et bis quem enim dixit.*—13 ψ *eam.*—14 Pro *neque vis*, quæ Manut. omittit, in ψ legitur *neque jus.*—15 C H S χ ψ, Franc. 1. Ven. 1480. 1483. Mediol. *accep. tandem.* Tum Naug. Cam. Grut. Græv. Oliv. Lall. *ob rem jud. pecuniam, quam captam nusquam Stal. eadem lege dixit;* et sic Orell. qui cum C H S χ ψ omittit verba *pecuniam quam.* Pro *captam nusquam* C S χ habent *Captanus quam;* H *captamque;* et ψ *Capta nusquam.* In Ms. Vict. scribitur *ob rem jud. captamus quam Stalenus, &c.* In Franc. 1. *ob rem jud. captamus, quam Stal. eadem lege dixit:* Mediol. *accep. tandem ob rem jud.; captam nusquam Stal. eadem lege dixit:* Lamb. 1566. e conj. dedit, *ob rem jud. pecuniam, quam Stal., qui causam nusquam eadem lege dixit;* sic etiam Ern. et Beck. nisi quod omittant *pecuniam.* Schutz. vero, quasi Lambinum secutus, *pecuniam ob rem jud., quam Stal., qui causam nusquam eadem lege dixit:* Weiske quoque, quasi a Lambino, *ob rem jud., qui causam nusquam, quam Stal., eadem lege dixit.* Gulielm. legi voluit, *ob rem jud., capta; nusquam. Stalenus eadem lege dixit:* Sylvius maluit, *ob rem jud. pecuniam accusatus est.* Orell. conj. *ob rem jud., quam Staienus.*

NOTÆ

[r] *Fidiculanius Falcula*] Asconius Falculam ait ad complendam Oppianici condemnationem fuisse suppositum.

[s] *Paucos dies*] Post paucos dies a subsortitione facta.

[t] *Uno judicio*] Priore scilicet causa.

[u] *Suæ decuriæ*] Condemnatus est Falcula, quod non judicavisset secundum sui ordinis judices, et legem datam. Nota autem quod sicut populus in centurias, sic senatus in decurias divisus erat.

[x] *Illam mulctam non commiserit*] Id est, culpam ob quam mulctabatur.

fuit.[y] 104. Fidiculanius quid fecisse[16] dicebatur? accepisse a Cluentio H-S CCCC.[z] Cujus erat ordinis? Senatorii.[a] Qua[17] lege[b] in eo genere a senatore ratio repeti solet, de pecuniis repetundis, ea[18] lege accusatus, honestissime est absolutus. Acta est enim[19] causa more majorum, sine vi, sine metu, sine periculo: dicta, et[20] exposita, et demonstrata sunt omnia. Addocti[1] judices sunt,[c] non modo potuisse[2] honeste ab eo reum condemnari, qui non perpetuo sedisset; sed, si aliud[3] is judex nihil scisset, nisi quæ præjudicia[d] de eo facta esse constarent,[4] audire præterea nihil debuisse. XXXVIII. 105. Tum etiam illi quinque, qui imperitorum hominum[5] rumusculos aucupati,[d] tum illum absolverunt, jam suam clementiam[e] laudari magnopere nolebant:[6] a quibus si qui quæreret, sedissentne judices in C. Fabricium, sedisse se dicerent: si interrogarentur, num quo crimine is esset accusatus, præterquam veneni ejus, quod quæsitum Avito[e] diceretur, negarent: si deinde essent rogati, quid judicassent, condemnasse se dicerent:

[d] *Captantes gloriam.* [e] *Paratum Cluentio.*

Causam Staienus eadem lege dixit. Vid. Nott. Varr.—16 C H S χ ψ *fecisset.* In iisdem quinque Mss. desunt verba *accep. a Cluentio H-S CCCC.* Lamb. 1566. *H-S XLCIↃ*, prob. Garaton.—17 χ *Quam.*—18 Pro *ea* C habet *esse.*—19 *Enim* non est in H.—20 χ *sine motu.*—20 Copulam ante *exposita* omittunt χ, Franc. 1. et Græv.—1 *At docti* H S: *Ac docti* ψ: *Addocti* C, ed. 1472. Ven. 1483. Med. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *Adducti* ceteri.—2 ψ *potius se.*—3 C H χ *sed aliud*, omisso *si.* Dein C *scisse.*—4 Lamb. *constaret.*

CAP. XXXVIII. 5 *Qui hi peritorum hom.* C: *qui ii peritorum hom.* χ: *qui*

NOTÆ

[y] *Quæstionis ejus non fuit*] Non agebatur de pecunia, sed de majestate; de qua quæstio contra Stalenum constituta est, ut supra jam dictum est § 99.

[z] *H-S CCCC*] Quadraginta librarum millia.

[a] *Senatorii*] Senatores tum soli judicabant.

[b] *Qua lege*] Lege Cincia vetabatur ne quis pro re judicanda vel oranda pecuniam vel munus sumeret.

[c] *Addocti* [*Adducti*] *judices sunt*] Judices adducti sunt, ut crederent potuisse Oppianicum condemnare, etiamsi Falcula totam accusationem et defensionem non audisset, quod ei tanquam probrum objiciebatur.

[d] *Quæ præjudicia*] Præjudicia, quæ et in Scamandrum et Fabricium facta sunt, intelligit.

[e] *Suam clementiam*] In Oppianico absolvendo.

nemo enim absolvit.[7] Eodem modo quæsitum si esset de Scamandro, certe idem respondissent: tametsi ille una sententia [f] est absolutus; sed illam unam nemo tum istorum suam dici vellet. 106. Uter igitur [8] facilius suæ sententiæ rationem reddet; isne, qui se et sibi, et rei judicatæ [g] constitisse dicit;[9] an ille, qui se in principem maleficii, lenem; in adjutores [10] ejus, et conscios, vehementissimum esse respondet? [11] Quorum ego de sententia non debeo disputare: neque enim dubito, quin ii tales viri, suspicione aliqua percussi [12] repentina, de statu suo [f] declinarint.[13] Quare eorum, qui absolverunt, misericordiam non reprehendo: eorum, qui in judicando superiora judicia secuti sunt sua sponte,[g] non Staleni fraude,[14] constantiam comprobo: eorum vero, qui sibi non liquere dixerunt, sapientiam laudo; qui absolvere eum, quem nocentissimum cognorant, et quem ipsi bis jam antea [15] condemnarant, nullo modo poterant; condemnare, cum tanta [16] consilii [h] infamia et tam atrocis [h] rei suspicio esset injecta, paulo posterius patefacta re,[i] maluerunt. 107. Ac ne ex facto solum sapientes illos judicetis,[k] sed etiam ex nominibus [17] ipsis,

[f] *De constantia animi.* [g] *Æquo animo.* [h] *Judicum.*

peritorum hom. ψ.—6 ψ *volebant.* Mox C *si quis,* et χ *quærerent.*—7 In C deest *absolvit.*—8 χ *Utinam igitur.* Mox, *reddere* C H S χ: *reddere potest* Franc. 1. non improb. Ern. qui e conj. dedit *reddet;* et sic Beck. Omnes aliæ edd. *redderet.* Pro *is ne qui se* in C S χ *iis nequisse;* H et nonn. edd. vett. *his nequisse.*—9 Lamb. *diceret.*—10 C H χ *adjutorem.*—11 *Responderet* Lamb. *respondit* Mss. plerique et edd. ante Græv. qui e Franc. 1. recepit *respondet;* et sic Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell.—12 Edd. ante Ern. præter Lamb. cum Græv. Oliv. Lall. *perculsi.* Dein Franc. 1. *repente.*—13 Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Ern. *declinarent.*—14 ψ *fraudem.*—15 χ *et quem bis is antea.* —16 C *nullo modo poterant absolvere, cum tanta, &c.* In χ deest *condemnare.* Dein in χ legitur *et tanta atrocis rei.*—17 Naug. Grut. Ern. Beck. Weiske,

NOTÆ

[f] *Una sententia*] Absolutus est Oppianicus Staleni sententia.

[g] *Rei judicatæ*] Id est, præjudiciis de Scamandro et Fabricio factis.

[h] *Tam atrocis*] Quia vir innocens condemnabatur, ideo res atrox censebatur.

[i] *Patefacta re*] An Oppianicus aut Cluentius pro corrumpendis judicibus pecuniam dedisset.

[k] *Sapientes illos judicetis*] Aut qui rem ampliandam esse voluerunt, aut qui damnaverunt.

quod ii fecerint,[18] rectissime ac sapientissime factum probetis; quis P.[19] Octavio Balbo ingenio prudentior, jure peritior, fide, religione, officio diligentior, aut sanctior commemorari potest? Non absolvit.[20] Quis Q. Considio constantior? quis judiciorum, atque ejus dignitatis, quæ in judiciis publicis versari debet,[1] peritior? quis virtute, consilio, auctoritate præstantior? Ne is quidem absolvit. Longum est de singulorum virtute ita dicere: quæ, quia cognita sunt[2] ab omnibus, verborum ornamenta[i] non quærunt. [*p.* 40.] Qualis vir M. Juventius Pedo[3] fuit ex vetere illa judicum disciplina? qualis L. Caulius Mergus?[4] M. Basilius? C. Caudinus? qui omnes in judiciis publicis,[5] jam tum florente republica,[l] floruerunt. Ex eodem numero L. Cassius, Cn. Heius,[6] pari et integritate et prudentia; quorum nullius sententia est Oppianicus absolutus. Atque ex his omnibus, natu minimus,[7][m] ingenio, et diligentia, et religione par iis quos antea commemoravi, P. Saturius,[8] in eadem sententia fuit. 108. O innocentiam[n] Oppianici singularem! quo in reo, qui absolvit, ambitiosus; qui distulit, cautus; qui condemnavit, constans existimatur.

XXXIX. Hæc tum agitante[o] Quintio,[9] neque in concio-

[i] *Laudes.*

Schutz. et Orell. *nominibus.* Ceteri *hominibus.*—18 ψ *fecerunt.*—19 Ex II. Verr. 12. Ern. in Ind. Histor., assentiente Garaton., *Lucii* prænomen b. l. reponi vult.—20 Franc. 1. *Num absolvit.* Tum C et χ *Quisque consilio const.* —1 H S χ *debent.*—2 χ *cogn. sint.*—3 ψ *Predo.* Dein Lamb. conj. legend. *judiciorum disciplina*, ut § 76. In ψ *judicium disciplina.*—4 Pro *Caulius* H habet *Calius*, et pro *Mergus* ψ *Nervus.* Tum C *Qualis vir M. Basilius:* H S χ ψ *M. Basilius.*—5 ψ *in consiliis publ.* Dein C *jam tam flor.*—6 *Cn. Heuius* edd. vett. pancæ: *Cn. Nævius* Junt. Lamb. Dein χ *pari integr.*—7 χ *minimis.* Verba *et diligentia* in C H S χ desunt. In ψ tantum vocab. *diligentia* omittitur.—8 *Saturnius* χ: *Staturius* ψ: *Satacius* Pal. 1. *Statarius* Pal. 4. *Satarius* Ms. Vict. et reliqui Pall. *Satureius* Lamb.

NOTÆ

[l] *Florente repub.*] Mortuo Sulla, floruit, vivo opprimebatur reipub. libertas.

[m] *Natu minimus*] Debebat agere annum ætatis 35. neque enim fas fuit ante hanc ætatem Romanis judicare. Appellat autem 'natu minimum,' quod alii ceteri huic ætate præstarent.

[n] *O innocentiam*] Ironia est cum distributione.

[o] *Agitante*] Quintius populum con-

ne, neque in judicio demonstrata sunt. Neque enim ipse dici patiebatur, nec per multitudinem concitatam consistere cuiquam in dicendo licebat. Itaque ipse, postquam Junium pervertit, causam totam[10] reliquit: paucis enim diebus illis et ipse privatus est factus,[p] et hominum studia[q] deferbuisse intelligebat.[11] Quodsi, per quos dies Junium accusavit, Fidiculanium accusare voluisset, respondendi Fidiculanio potestas facta[12] non esset. Ac primo[13] quidem, omnibus illis judicibus, qui Oppianicum condemnarant,[14] minabatur. 109. Jam insolentiam[15] noratis hominis: noratis animos ejus ac spiritus tribunicios. Quod erat odium! Dii immortales! quæ superbia! quanta ignoratio[16] sui! quam gravis atque intolerabilis arrogantia! qui illud etiam ipsum[17] acerbe tulerit, (ex quo illa nata sunt omnia[r]) non sibi ac defensioni suæ[s] condonatum esse[18] Oppianicum: proinde quasi non satis signi[k] esse debuerit, ab omnibus eum fuisse desertum,[19] qui se ad patronum illum contulisset. Erat enim Romæ summa copia patronorum, hominum eloquentissimorum atque amplissimorum, quorum certe aliquis defendisset equitem Romanum,[t] in municipio[u] suo nobilem, si honeste putasset ejus-

[k] *Probationis.*

Cap. xxxix. 9 ψ *agente Quintio.*—10 Lamb. *totam causam.*—11 *Deseruisse intell.* C H S T: *deseruisse intelligebant* ψ: *deservisse deferbuisse intelligebat* χ. Tum C *Quid si.*—12 In C et χ deest *facta.*—13 χ *At primo.*—14 C H S ψ *condemnarunt*: T *condempnaverunt.*—15 Schutz. e conj. Gœrenzii *Nam insol.*—16 T *ignorantia.* Mox idem Ms. *arrogantia sui.*—17 χ et Schutz. omittunt *ipsum.*—18 In C et ψ *at def. suæ*; et sex Oxonn. Mss. *condemnatum esse.*—19 χ *ab omn. ipsum fuisse des.* Idem Ms. non agnoscit *illum* ante *contulisset.*

NOTÆ

citabat: quare hæc in judicio, quod contra Junium factum est, non potuerunt demonstrari.

[p] *Privatus est factus*] Quintius tribunus plebis esse desiit: qui enim erant sine munere publico, privati dicebantur.

[q] *Studia*] Invidiam adversus judices conflatam significat.

[r] *Nata sunt omnia*] Id est, quæ dicta sunt vel facta a Quintio, ut populum concitaret.

[s] *Non sibi ac defensioni suæ*] Moleste tulit Quintius, quod Oppianicus propter se, et propter defensionem suam absolutus non sit; tantum enim sibi arrogabat, ut causa sua Oppianicum absolutum iri putaret.

[t] *Equitem Romanum*] Oppianicum.

[u] *Municipio*] Larino, de quo supra.

modi causam posse defendi. XL. 110. Nam Quintius quidem, quam causam unquam[20] antea dixerat, cum annos ad quinquaginta[l] natus esset? quis eum unquam[1] non modo in patroni, sed in laudatoris,[x] aut[2] advocati[y] loco viderat? qui quod[3] Rostra jamdiu vacua, locumque illum, post adventum L. Sullæ a tribunicia voce desertum,[4][z] oppresserat, multitudinemque jam desuefactam a concionibus ad veteris consuetudinis similitudinem[a] revocaverat, idcirco cuidam hominum generi[b] paulisper jucundior fuit. Atque idem quanto in odio postea[5] suis illis ipsis[c] fuit, per quos in altiorem locum ascenderat! Neque injuria.[6] 111. Facite enim, ut[7] non solum mores ejus et arrogantiam, sed etiam vultum atque amictum, atque illam usque ad talos demissam purpuram[d] recordemini. Is, quasi non esset ullo modo ferendum, se ex judicio discessisse[8] victum,[e] rem ab subselliis in rostra[9][f] detulit. Et jam queri-

[l] *Circiter quinquaginta.*

CAP. XL. 20 *Unquam* non est in χ.—1 ψ *quis enim unq.*—2 C H S χ omittunt *aut* ante *advocati.*—3 In H et S *quid quod.*—4 χ *a trib. lege des.*—5 ψ *posita.*—6 C *Neque injuriam.*—7 *Ut* ante *non solum* omittit χ. *Et* ante *arrogantiam* in C H S T χ deest.—8 ψ *sed ex jud.* et C *discepsisse.*—9 Lamb. *ad*

NOTÆ

[x] *Laudatoris*] Mittebantur e municipiis homines, qui reos laudarent.

[y] *Advocati*] Advocatus dicitur, inquit Asconius, quicumque alterum in judicio defendens, aut jus suggerit, aut præsentiam suam amico commodat.

[z] *Tribunicia voce desertum*] Sulla tribunis concionandi potestatem ademit.

[a] *Ad veteris consuetudinis similitudinem*] Id est, ad eas conciones revocarat, quæ habebantur ante potestatem tribuniciam sublatam.

[b] *Hominum generi*] Plebeio.

[c] *Illis ipsis*] Populo Rom. videlicet, cujus suffragiis tribunus creatus est.

[d] *Usque ad talos demissam purpuram*] Non hunc arguit Cicero, quod ad talos usque demissam vestem; (nam Quintiliano teste, lib. XII. 'togam veteres Rom. ad calceos usque demittebant;') sed quod purpuram habuerit, qua præter ætatem utebatur: nam genus istud vestis purpureæ tantum a junioribus oratoribus gestabatur.

[e] *Discessisse victum*] Qui causam amiserat, victus dicebatur.

[f] *Rem ab subselliis in rostra*] In subselliis exercentur judicia, in rostris vero conciones habentur ad populum. Causam itaque a judicibus ad populum detulit.

mur[10] sæpe, hominibus novis[g] non[11] satis magnos in hac civitate esse fructus? Nego usquam[12] unquam fuisse majores: ubi, si quis[13] ignobili loco natus, ita vivat, ut nobilitatis[14] dignitatem[h] virtute tueri posse[15] videatur, usque eo pervenit,[i] quoad eum industria cum innocentia prosecuta[m] est. 112. Si quis[16] autem hoc uno nititur, quod sit ignobilis; procedit sæpe longius, quam si idem ille esset cum iisdem suis vitiis nobilissimus: ut Quintius (nihil enim dicam de ceteris) si fuisset homo nobilis; quis eum cum illa superbia[17] atque intolerantia ferre potuisset? Quod eo loco[k] fuit; ita tulerunt, ut, si quid haberet a natura[18] boni, prodesse ei putarent oportere: superbiam autem[19] atque arrogantiam ejus deridendam magis[20] arbitrarentur propter humilitatem hominis, quam pertimescendam. XLI. Sed, ut[1] illuc revertar; quo tempore Fidiculanius est absolutus, tu,[l] qui ea judicia[m] facta commemoras, quæro, quid tum esse existimas[2] judicatum? [*p.* 41.] certe gratis judicasse.[n] 113. At condemnarat:[3°] at causam totam non audierat: at in concio-

[m] *Comitata.*

rostra.—10 T *queruntur.* Gulielm. legi voluit, *Etiam querimur.*—11 In H deest *non.*—12 Pro *Nego usquam*, quæ T omittit, in C legitur *Neque usquam.*—13 H S T *si qui.* Dein Naug. *nobili loco.*—14 C H S χ *vivit;* et χ *ut nobilitas.*—15 C non habet *posse.* Pro *usque* in χ *iisque.* Tum χ *quod ad eum*, et T *persecuta est.*—16 S *Si qui.* Mox χ *quod si ignob.*—17 χ *cum sua sup.*—18 C H χ ψ *in nat.*—19 ψ caret *autem.*—20 In χ deest *magis.*

CAP. XLI. 1 χ *Si ut.*—2 Ern. conjecit *existimes* legend. prob. Weiske.—

NOTÆ

[g] *Hominibus novis*] Homines novi ex iis majoribus nati sunt, qui nullum in repub. munus exercuerunt.

[h] *Ut nobilitatis dignitatem*] Nobilitatis dignitatem tueri is dicitur, qui quam virtute comparavit, virtute tueri potest.

[i] *Usque eo pervenit*] Ad honores scilicet et magistratus pervenit.

[k] *Eo loco*] Quintius erat plebeius et ignobilis; patricii vero tribunatum non gerebant.

[l] *Tu*] Redit ad Attium.

[m] *Ea judicia*] Judicia commemorat Attius, quæ facta sunt de Junio, Bulbo, Popillio, Gutta, et Staleno; quos volebat accusator ideo damnatos fuisse, quod accepta a Cluentio pecunia, Oppianicum damnassent.

[n] *Gratis judicasse*] Qui nullam pecuniam accipiunt, gratis judicare dicuntur.

[o] *At condemnarat*] Attii objectio est enim quasi hic dialogus, ubi Cicero et accusatoris et defensoris partes agit.

nibus omnibus a L. Quintio vehementer erat et sæpe vexatus. Illa igitur[p] omnia Quintiana, iniqua, falsa, turbulenta, popularia,[4] seditiosa judicia fuerunt. Esto:[q] potuit esse innocens Falcula. Jam ergo[r] aliquis[5] Oppianicum gratis condemnavit: jam non eos[6] Junius subsortitus est, qui pecunia accepta condemnarent: jam potuit aliquis[7] ab initio non sedisse, et tamen Oppianicum gratis condemnasse. Verum, si innocens Falcula, quæso,[8] quis nocens? si hic gratis condemnavit, quis accepit? Nego rem esse ullam in quenquam illorum[s] objectam, quæ Fidiculanio objecta non sit; neque[9] aliquid fuisse in Fidiculanii causa, quod idem non esset in ceterorum.[t] 114. Aut hoc judicium reprehendas tu, cujus accusatio rebus judicatis[n] niti videbatur,[10] necesse est; aut, si hoc verum esse concedis,[11] Oppianicum gratis condemnatum esse fateare.

Quanquam satis magno argumento esse debet, quod ex tam multis judicibus, absoluto Falcula, nemo reus factus est. Quid enim mihi damnatos ambitus colligitis, alia lege, certis criminibus, plurimis testibus? cum primum illi ipsi debuerint potius accusari[12] de pecuniis repetundis, quam ambitus: nam, si in ambitus judiciis hoc his obfuit, cum alia lege causam dicerent; certe, si propria lege[u] hujus

[n] *Præjudiciis.*

3 C *Et cond.* H S *At condemnaret.*—4 In χ deest *popularia.*—5 χ *Jam vero aliq.*—6 Pro *eos* Dresd. habet *omnes*, prob. Græv. et non improb. Ern.—7 χ *condemnarant;* et Ms. Lambini *jam potuerunt aliqui.* Edd. Lamb. omittunt *non* ante *sedisse.*—8 In C H S χ ψ, Franc. 1. Pall. 2. 3. 4. 5. et nonn. edd. vett. *quæro.* Tum χ *quis noces?*—9 *Neque* ante *aliquid* abest ab sex Oxonn. Mss. et Ven. 1483. non improb. Orell. *nego aliquid* ediderunt Junt. Lamb. 1566. Schutz. et Orell.—10 *Inniti videbantur* Junt. *nitebatur* Lamb.—11 χ

NOTÆ

[p] *Illa igitur*] Responsio Ciceronis ad Attium.

[q] *Esto*] Attius Ciceroni concedit Falculam potuisse innocentem esse.

[r] *Jam ergo*] Respondet Cicero, quod si innocens Falcula fuit, Oppianicum gratis condemnavit.

[s] *In quenquam illorum*] Eos dicit, qui vocati sunt in judicium, Oppianico damnato.

[t] *In ceterorum*] Judices indicat, qui, damnato Oppianico, rei facti sunt.

[u] *Propria lege*] Lege de repetundis pecuniis vocati fuissent in judicium.

peccati adducti essent, multo plus obfuisset. 115. Deinde, si tanta vis fuit[13] istius criminis, ut, qua quisque lege ex illis judicibus reus[14] factus esset, tamen hac plaga periret;[x] cur, in tanta multitudine accusatorum, tantis præmiis,[y] ceteri rei facti non sunt? Hic profertur id, quod judicium appellari non oportet, P. Septimio Scævolæ[15][z] litem eo nomine esse æstimatam.[a] Cujus rei quæ consuetudo sit, quoniam[16] apud homines peritissimos dico, pluribus verbis docere[17] non debeo. Nunquam enim ea diligentia, quæ solet adhiberi in ceteris judiciis, eadem, reo damnato, adhibita est.[18] 116. In litibus æstimandis fere judices, aut, quod sibi eum, quem semel condemnarunt, inimicum putant esse, si qua[19] in eum lis capitis illata est,[p] non admittunt;[b] aut, quod se perfunctos[20] jam esse arbitrantur, cum de reo judicarunt, negligentius attendunt cetera. Itaque et majestatis absoluti sunt permulti, quibus damnatis, de pecuniis repetundis, lites essent æstimatæ:[c] et hoc quotidie fieri videmus, ut, reo damnato de pecuniis repetundis, ad quos pervenisse pecunias[d] in litibus æstiman-

[p] *Si qua lis capitalis inchoata est in illum.*

conceditis.—12 χ *debuerunt potius accusatori.*—13 Idem Ms. *tanta vis obfuisset.*—14 χ *ut quisque lege ex criminibus reus, &c.* Weiske censuit legend. *ut quacumque lege.*—15 In C legitur *L. Septimio Scævolæ:* al. *P. Septimio Scævulæ.* Dein χ *litem meo nom. esse existimatam.*—16 χ *quando.*—17 H S χ ψ *dicere.* In ψ deest negativa particula.—18 ψ *reo condemnando;* et C S χ ψ, Ven. 1483. Junt. *adhibenda est;* nisi quod χ *est* omittat.—19 C H S T χ et edd. pleræque

NOTÆ

[x] *Tamen hac plaga periret*] Id est, licet diversis legibus Junius, Bulbus, Stalenus, Popillius, et Gutta damnati sint, tamen hoc corrupti judicii crimine damnaretur Oppianicus.

[y] *Tantis præmiis*] Accusatoribus, qui vicissent, constituta lege præmium decernebatur, ut testatur Asconius in Orat. pro Mil. Dabatur autem quarta pars bonorum.

[z] *Septimio Scævolæ*] Scævola ex iis judicibus fuit, qui Oppianicum damnaverunt.

[a] *Litem eo nomine esse æstimatam*] Litem æstimare, est pecuniam, de qua lis fuit, et propter quam reus est condemnatus, in summam redigere, ut de bonis ejus ei reddatur, cui ademta fuerat.

[b] *Non admittunt*] Judices non litem æstimant, ne, si eum iterum damnaverint, inimicum damnasse videantur.

[c] *Lites essent æstimatæ*] In causis repetundarum, damnato reo, fiebat litis æstimatio, ut tantum solveret quantum abstulerat.

[d] *Ad quos pervenisse pecunias*] Si reus

dis statutum sit, eos illi judices absolvant:[1] quod cum fit, non judicia rescinduntur, sed hoc statuitur, æstimationem[2] litium non esse judicium.[e] Scævola condemnatus est aliis criminibus, frequentissimis Apuliæ testibus. Omni contentione[3] pugnatum est, ut lis hæc capitis æstimaretur: quæ res si rei judicatæ pondus habuisset, ille postea vel iisdem, vel aliis inimicis, reus hac lege ipsa factus esset.[4]

XLII. 117. Sequitur id, quod[5] illi[f] judicium appellant, majores autem nostri nunquam neque judicium nominarunt, neque perinde,[6] ut rem judicatam,[g] observaverunt, animadversio atque auctoritas censoria.[7] Qua de re antequam incipio, perpauca mihi de meo officio verba faciunda sunt; ut a me cum[8] hujusce periculi,[h] tum ceterorum quoque officiorum et amicitiarum ratio conservata esse videatur. Nam mihi cum viris fortibus,[i] qui censores proxime[9] fuerunt, ambobus est amicitia: cum altero vero (sicut[10] et plerique vestrum sciunt) magnus usus et summa utriusque

ante Lamb. *si quæ.*—20 χ *profunctos.*—1 Idem Mss. *in lit. existimandis stat. sit, eo illi jud. absolvunt.* Dein C H S χ ψ *fiat.*—2 χ *existimationem.*—3 ψ *Omni concione.*—4 χ *factus,* omisso *esset.*

CAP. XLII. 5 T et Lamb. *Sequitur illud quod.*—6 C H S T χ et Lamb. *proinde.*—7 *Animadversionem atque auctoritatem censoriam* χ ψ, Pariss. Pall. septem, Junt. Crat. Hervag. Cam. Steph. Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. et Orell. Ceteri ut Ern. Mox ante *incipio* Mss. multi et edd. vett. pleræque cum Oliv. Lall. Beck. et Orell. inserunt *dicere;* quod Gruter. auctoritate Pal. 2. delevit, et quem Græv. Ern. Weiske et Schutz. secuti sunt. In Dresd. Franc. 2. et ed. 1742. *Qua de re initio perpauca, &c.* in T *Qua de re incipio ab initio perpauca, &c.* Steph. et Lamb. *Qua de re priusquam dicere incipio, perpauca, &c.*—8 *Tum* edidit Schutz. e conjectura Gœrenzii ad Acadd. l. II. p. 122.—9 Franc. 2. Dresd. et ed. 1472. *proxima.*—10 Edd. pleræque cum

NOTÆ

solvendo par non esset, agebatur in eos ad quos pecunia pervenisset.

e *Non esse judicium*] Si judicium esset, non absolveretur.

f *Quod illi*] Accusatores.

g *Rem judicatam*] Res judicata tanquam certissima semper habita est a majoribus; non autem animadversio censoria, quam nunquam illi rem judicatam appellarunt.

h *Hujusce periculi*] In quo Cluentius versatur.

i *Viris fortibus*] Fuerunt illi Cn. Lentulus et L. Gellius, qui censuram exercuerunt A. U. C. 683. et qui eos præcesserunt, qui tum hoc munere fungebantur, cum Cluentii causa acta est.

officiis[11] constituta necessitudo est. 118. Quare, quicquid de subscriptionibus[k] eorum[12] mihi dicendum erit, eo dicam animo, [*p.* 42.] ut omnem orationem meam non de illorum facto, sed de ratione censoria habitam existimari velim: a Lentulo autem, familiari meo, (qui a me, pro eximia sua virtute summisque honoribus, quos a populo Romano adeptus est, honoris causa nominatur) facile hoc,[13] judices, impetrabo, ut, quàm ipse adhibere consuevit in amicorum periculis fidem[14] et diligentiam, tum vim animi libertatemque dicendi; in hac mihi concedat, ut tantum mihi sumam, quantum sine hujus periculo[15] præterire non possum. A me tamen, ut æquum est, omnia caute pedetentimque dicentur, ut neque fides hujus defensionis[16] relicta, neque cujusquam aut dignitas læsa, aut amicitia violata esse videatur.

119. Video igitur, judices, animadvertisse censores in judices quosdam illius consilii Juniani, cum istam ipsam causam subscriberent. Hic primum illud commune proponam, nunquam animadversionibus censoriis hanc civitatem ita contentam, ut rebus judicatis, fuisse. Neque in re nota consumam tempus exemplis: ponam illud unum: C. Getam,[17][l] cum a L. Metello et Cn. Domitio, censoribus,[m] ex senatu ejectus esset,[18] censorem ipsum postea esse factum:

Grut. Græv. Oliv. Lall. et Orell. *sicuti.*—11 *Officio* H S T χ ψ: *officii* Ven. 1483. Junt. Tum pro *necessitudo* Mss. ap. Lamb. habent *consuetudo.* In Pal. 6. legitur, *constituta consuetudo vel necessitudo est.*—12 ψ *quidquid descriptionibus eorum.* Mox *eo dico animo* χ; et *omnem rationem* C χ ψ. In ψ deest *meam.* —13 C *facile hæc.* Dein χ *quem ipse adhibere.*—14 Orell. ex edd. Junt. Lamb. ante *fidem* inseruit vocem *quum,* existimans edd. seqq. eam omisisse errore librariorum. Mox *animi* non est in Mss. ap. Lamb. In Franc. 2. Dresd. et ed. 1472. legitur *tum vim tum libertatemque dicendi.* Porro *in hoc mihi conc.* Pall. 1. 4. 5. 7. ed. 1471. et Orell. probb. Lambino, Pantagatho et Gœrenzio. Ern. opinatur locum esse vitiosum.—15 Pantagathus malnit *sine ejus periculo.*—16 χ *offensionis.*—17 Pro *C. Getam* Pal. 3. habet *Gretani;* Pal. 7. *Gutam;* al. *Guttam.* Tum præpositio ante *L. Metello* non est in C.—

NOTÆ

[k] *De subscriptionibus*] Cum aliquis a censoribus notabatur, causas, cur damnaretur, subscribebant.

[l] *C. Getam*] De hoc exemplo commemoratur a Val. Max. lib. II.

[m] *L. Metello et Cn. Domitio, censoribus*] A. U. C. 638. censores fuere Metellus et Domitius.

et, cujus mores a censoribus erant reprehensi, hunc postea et populi Romani, et eorum, qui in ipsum[19] animadverterant, moribus præfuisse. Quodsi illud judicium putaretur; ut ceteri, turpi judicio[n] damnati, in perpetuum omni honore ac dignitate privantur; sic hominibus ignominia notatis,[20] neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. 120. Nunc, si quem[o] Cn. Lentuli, aut L. Gellii[1] libertus furti condemnarit; is, omnibus ornamentis amissis, nunquam ullam[2] honestatis suæ partem recuperabit: quos autem ipse L. Gellius et Cn. Lentulus, duo censores, clarissimi viri, sapientissimique homines,[3] furti et captarum[4] pecuniarum[p] nomine, notaverunt; ii[5] non modo in senatum redierunt, sed etiam illarum ipsarum rerum[6 q] judiciis absoluti sunt. XLIII. Neminem voluerunt majores nostri non modo de existimatione[7] cujusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse judicem, nisi qui inter adversarios convenisset.[r] Quapropter in omnibus legibus, quibus exceptum est,[s] de quibus causis aut magistratum capere non liceat, aut judicem legi, aut alterum accusare, hæc

18 C *ejectum esse.*—19 ψ *qui in id ipsum.*—20 ψ *privarentur;* et χ *si omnibus ignom. not.*—1 H S χ *Gelli.*—2 Edd. nonnullæ *illam*, errore typographico. Tum χ omittit *suæ.*—3 χ *sapientissimi hom.* sine copula.—4 Post *captarum* ψ addit *ipsarum*, et ψ *rerum et ipsarum.*—5 *Ii* non est in C H S T χ. Dein C *in senatu.*—6 Pro *rerum* C S exhibent *pecuniarum;* χ ψ et ed. Junt. *pecuniarum nomine.* Porro, χ *judicii absoluti sunt:* ψ *judiciis absoluta sunt.*

NOTÆ

[n] *Turpi judicio*] Furtum, cædes, &c. inter turpia judicia habita sunt.

[o] *Nunc si quem*] Ostendit discrimen quod notam censoriam inter et judicium reperitur. Si quis enim ab inferiore aliquo, v. g. liberto, turpi judicio damnatus sit, omnia dignitatis ornamenta amittit: si quis a censoribus clarissimis notatus sit, hæc ornamenta non amittit.

[p] *Captarum pecuniarum*] Pecuniam intelligit, quæ judicandi causa accepta fuit.

[q] *Ipsarum rerum*] Id est, quæ de captis pecuniis essent.

[r] *Inter adversarios convenisset*] Sortitione judices constituebantur; fas tamen erat reo et accusatori rejicere quos volebant: quare subsortitio fiebat, et alii in rejectorum locum substituebantur. Id autem non fiebat in censorum animadversionibus, quare judicia non illæ sunt appellandæ.

[s] *In omnibus legibus, quibus exceptum est*] Nonnullæ causæ sunt, in quibus non licet aut accusare, aut judicem esse, aut gerere magistratum, ut habetur in jure civili: in illis causis censoriam animadversionem non valere Cicero contendit.

ignominiæ causa prætermissa est. Timoris enim causam,[t] non vitæ pœnam in illa potestate esse voluerunt. 121. Itaque non solum, judices, illud[8] ostendam, quod jam videtis, populi Romani suffragiis[u] sæpenumero censorias subscriptiones[9] esse deletas, verum etiam judiciis eorum, qui jurati[x] statuere majore cum religione et diligentia debuerunt. Primum judices, senatores equitesque Romani, in compluribus jam reis, quos contra leges pecunias accepisse[10] subscriptum est, suæ potius religioni, quam censorum opinioni, paruerunt. Deinde[11] prætores urbani, qui jurati debent optimum quemque in selectos[12] judices referre, nunquam sibi ad eam rem[y] censoriam ignominiam impedimento[13] esse oportere duxerunt. 122. Censores denique ipsi[14] sæpenumero superiorum censorum judiciis (si ista judicia appellari[15] vultis) non steterunt.[q] Atque etiam ipsi inter se censores sua judicia tanti esse arbitrantur,[16] ut alter alterius judicium non modo reprehendat, sed etiam rescindat; ut alter de senatu moveri[r][17] velit, alter retineat, et ordine amplissimo[s] dignum existimet; ut alter

[q] *Non servaverunt judicia.*
[r] *Ejici.* [s] *Senatu.*

Cap. xliii. 7 χ *de estimatione.*—8 T non habet *judices illud.* In C H S χ, Ven. 1483. Junt. tantum *illud* deest.—9 Dresd. *præscriptiones.* Paulo post, ψ *delatas:* duo Mss. Lambini *sublatas.* Pro *verum* in C legitur *eorum.* —10 Franc. Dresd. sex Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Crat. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *cepisse.* Ceteri *accepisse.*—11 *Deinde* abest a Dresd.—12 S T *se lectos.* In χ deest *judices.*—13 C H S χ *impedimentum.* Pro *esse* in T *inesse.* Dein C S χ *oport. dixerunt.*—14 C χ ψ omittunt *ipsi.*—15 In χ *appellare.*—16 Idem Ms. *arbitrabantur.*—17 *Movere* Mss. omnes et edd. ante Grut. qui tacite dedit *moveri*, et quem Græv. Oliv. Lall. Beck. Weiske, Schutz. et

NOTÆ

[t] *Timoris causam*] Voluerunt majores, ut nota censoria tantum timorem ignominiæ, non judicium afferret, aut pœnam.

[u] *Populi Rom. suffragiis*] Nam Geta, qui fuerat a censoribus notatus, populo suffragante, censor ipse creatus est.

[x] *Qui jurati*] Ut quisque judex selectus fuerat, ad jurandum accedebat, se ex lege judicaturum: jurabant autem in comitio ad aram, quæ Puteal Libonis dicebatur. De formula scribit Cicero in Lucullo.

[y] *Ad eam rem*] Quin a prætoribus optimus quisque seligeretur judex, nunquam nota censoria prohibuit.

in ærarios[18] [z] referri, aut tribu moveri [a] jubeat, alter vetet. [*p.* 43.] Quare qui vobis[19] in mentem venit, hæc appellare judicia, quæ a populo Romano rescindi, ab juratis judicibus repudiari, a magistratibus negligi, ab iis, qui eandem potestatem adepti sunt, commutari, inter collegas discrepare, videatis?[20]

XLIV. 123. Quæ cum ita sint; videamus,[1] quid tandem censores de illo judicio corrupto judicasse dicantur. Ac primum illud statuamus; utrum, quia censores[2] subscripserint, ita sit; an, quia ita fuerit, illi subscripserint. Si ideo, quia subscripserint;[3] videte, quid agatis, ne in unumquemque nostrum censoribus in posterum potestatem regiam permittatis; ne subscriptio censoria[4] non minus calamitatis civibus, quam illa acerbissima proscriptio [b] possit afferre; ne censorium stylum,[c] cujus mucronem multis remediis majores nostri retuderunt, æque posthac atque illum[5] dictatorium gladium [d] pertimescamus. 124. Sin autem, quod subscriptum est, quia verum est, idcirco grave debet esse;[t] hoc quæramus, verum sit,[6] an falsum: remo-

[t] *Debet valere.*

Orell. secuti sunt.—18 C *in ærario.*—19 χ *Quare quid vobis.*—20 Lamb. *discrepari;* et T *videtis.*

CAP. XLIV. 1 T *videmus.*—2 Post *censores* C H S χ ψ addunt *de illo judicio corrupto.*—3 Ern. censet *quia subscripserunt* legend. Tum in ed. Lamb. 1566. *videte, quid agatis, videte ne, &c.* ut Ern. volebat. Pro *agatis* in χ et ψ *agitis.*—4 χ *censoris.*—5 In eodem Ms. deest *illum.*—6 χ *verum,* omisso *sit.*

NOTÆ

[z] *In ærarios*] Referri tum quis inter ærarios dicebatur, auctore Pediano, cum nullum aliud jus civitatis in centuria, atque adeo in tribu, ei censor relinqueret, quam ut pro capite suo tributi nomine æra penderet: quare qui ærarius factus erat, is non solum suffragio urbano, sed etiam stipendiis militaribus spoliabatur. Vide Sigon. de Jure Civ. II. 17.

[a] *Tribu moveri*] Cives ex honestiore tribu in minus honestam, ignominiæ causa, aliquando transferebantur.

[b] *Acerbissima proscriptio*] Hæc proscriptio a Sulla facta est, ut sæpe jam dictum est.

[c] *Censorium stylum*] Stylo subscribebant censores, et in ceratis tabulis notabant: sed metaphorice eorum potentiam quasi periculosam reprehendit, quam sæpe majores represserunt.

[d] *Dictatorium gladium*] Sullam invidiose pungit, qui tantam civium carnificinam fecerat.

veantur auctoritates censoriæ: tollatur id ex causa, quod in causa non est: doce, quam pecuniam Cluentius dederit, quemadmodum dederit: unum denique aliquod a Cluentio profectæ pecuniæ vestigium ostende. Vince[u] [7] deinde, virum bonum fuisse Oppianicum, hominem integrum; nihil de illo unquam secus[x] esse existimatum; nihil denique præjudicatum: tum auctoritatem censorum[8] amplexato; tum illorum judicium cum re[y] [9] conjunctum esse defendito. 125. Dum vero[10] eum fuisse Oppianicum[e] constabit, qui tabulas publicas municipii[f] sui[11] corrupisse judicatus sit; qui testamentum interleverit;[12] qui, supposita persona, falsum testamentum[g] obsignandum curarit; qui eum, cujus nomine id obsignatum est, interfecerit; qui avunculum[h] filii sui in servitute ac vinculis necarit; qui municipes suos proscribendos[i] occidendosque curarit; qui ejus uxorem,[k] quem occiderat, in matrimonium duxerit;[13] qui pecuniam pro potione[14] dederit; qui socrum, qui uxorem,[15] qui uno tempore fratris uxorem, speratosque libe-

[u] *Obtine.* [x] *Male.* [y] *Facto.*

—7 Henr. Arntzen. Spec. Observv. p. 33. legi jussit *Evince.*—8 C H S χ ψ *auctoritatem censoriam.* Tum *amplexator* Mss. nonnulli et edd. Junt. Lamb. Grut. Oliv. Lall.—9 ψ *tum te.*—10 C H S T χ *Cum vero.*—11 C *municipiis suis:* χ *municipii tui.*—12 χ *interluerit.*—13 χ *quam occiderat, in matr. duxit.*—14 Loco *potione* Ms. Vict. Franc. 1. Hervag. Cam. Lamb. 1566. Grut. Græv. Oliv. Lall. habent *abortione.* In ψ *proportione,* omissa præpositione.—15 Ms. Vict. *uxores,* prob. Sylvio. Dein *qui hoc tempore* C H S χ ψ. Porro T *sepe-*

NOTÆ

[e] *Eum fuisse Oppianicum*] Nequitiam Oppianici ostendit ab enumeratione scelerum quæ ab eo commissa sunt.

[f] *Tabulas publicas municipii*] Tabulas censorias Larini oppidi sui corrupit.

[g] *Testamentum*] Dineæ socrus suæ testamentum delevit Oppianicus, et supposuit quendam Avilium, qui falso se Asinium mentiebatur, quem interfici curavit, ne fraus ejus pateret.

[h] *Avunculum*] M. Aurium, fratrem uxoris suæ Magiæ, ex qua filium susceperat, in ergastulo, apud Q. Sergium senatorem, in agro Gallico, quo eum detruserat, interfecit.

[i] *Proscribendos*] Victore Sulla, cujus a partibus stabat, quatuor suos municipes occidendos curavit.

[k] *Ejus uxorem*] Sassiam, matrem Cluentii, Melini uxorem, duxit.

ros,[l] fratremque ipsum,[m] qui denique suos liberos interfecerit; qui, cum venenum privigno[n] suo quæreret, manifesto sit deprehensus; cujus ministris consciisque[o] damnatis, ipse adductus in judicium[16] pecuniam judici[p] dederit ad sententias judicum corrumpendas: dum hæc, inquam, de Oppianico constabunt, nec ullo argumento Cluentianæ pecuniæ crimen tenebitur; quid est, quod[17] te ista censoria sive voluntas sive opinio[18] adjuvare, aut hunc innocentem opprimere posse videatur? XLV. 126. Quid igitur censores secuti sunt? ne ipsi quidem, ut gravissime[z] dicam,[19] quicquam aliud dicent, præter sermonem atque famam: nihil se testibus, nihil tabulis, nihil gravi aliquo argumento comperisse,[20] nihil denique, causa cognita, statuisse dicent. Quodsi ita fecissent; tamen id non ita fixum esse deberet, ut convelli non liceret. Non utar exemplorum copia, quæ summa est; non rem veterem, non hominem potentem aliquem, aut gratiosum proferam. Nuper hominem tenuem,[a] scribam ædilicium,[q] D. Matrinium,[1] cum defendissem apud M. Junium,[2] Q. Publicium, prætores, et M. Plætorium, C. Flaminium, ædiles curules;[r] persuasi, ut scribam jurati legerent eum, quem iidem isti[3] censores ærarium reliquis-

[z] *Verissime.* [a] *Pauperem.*

ratos liberos.—16 χ non habet *in judicium.*—17 Pro *quod* in ψ *cur.* Tum T *ista censura.*—18 C χ ψ *opinatio.* Ern. e conj. cum Schutz. delevit *fuit.*

CAP. XLV. 19 C H S χ ψ, Ven. 1480. 1483. Beck. Schutz. et Orell. *dicant.* Ceteri *dicam.*—20 Iidem Mss. omittunt *comperisse.*—1 *Macrinium* C H et Franc. 1. *Matrimonium* S: *marinum* T.—2 Al. *Julium.*—3 ψ *quem quidem ipsi.*

NOTÆ

[l] *Speratosque liberos*] Cum gravida esset, sperabantur liberi, qui hæredes bonorum essent.

[m] *Fratremque ipsum*] C. Oppianicum cum duobus filiis interfecit, quorum ex Papia alterum, alterum ex Novia susceperat.

[n] *Privigno*] Cluentio.

[o] *Consciisque*] Scamander et Fabricius damnati sunt, ut dictum est.

[p] *Judici*] Stalenum, unum ex judicibus, corrupit pecunia.

[q] *Scribam ædilicium*] Ædiles curules scribas habebant.

[r] *Ædiles curules*] Duo fuerunt ædilium ordines apud Rom. plebeius unus, alter patricius, qui a sella, cui insidebat, curulis dictus est.

sent.[s] Cum enim in homine[t] nulla culpa reperiretur;[4] quid ille meruisset, non quid de eo statutum esset, quærendum esse duxerunt.[5] 127. Nam[b] hæc quidem, quæ de judicio corrupto subscripserint,[6] quis est, qui ab illis satis cognita et diligenter judicata arbitretur? In M' Aquillium et in T. Guttam[7] video esse subscriptum. Quid est hoc? duos esse corruptos solos[8] pecunia? Quid ceteri? videlicet gratis condemnarunt? [*p.* 44.] Non est igitur circumventus, non est[9] oppressus pecunia: non, ut illæ Quintianæ[10] conciones habebant,[u] omnes, qui Oppianicum condemnarunt, in culpa sunt ac suspicione ponendi.[x] Duos solos video auctoritate censorum affines[c] ei turpitudini judicari. Aut illud afferant, aliquid esse, quod de iis duobus habuerint compertum, de ceteris comperisse.[11] XLVI. 128. Nam illud quidem minime probandum est, ad notationes auctoritatemque censoriam exemplum illos a consuetudine militari transtulisse.[12] Statuerunt enim ita majores nostri, ut, si a multis

[b] *Præterea.* [c] *Conscios.*

Dein C H χ ψ *ærarium reliquisse subscripserunt.*—4 C H S χ ψ *inveniretur.* Tum C H *quod ille mer.* Franc. 1. et ed. 1472. *quam ille mer.*—5 ψ *dixerunt.*—6 Franc. 1. Junt. Græv. Beck. Weiske et Orell. *subscripserunt.* Ceteri *subscripserint.*—7 Schutz. *Ti. Guttam,* ut supra cap. 36.—8 χ *solum.* In C H χ ψ, Ven. 1480. 1483. *pecunia? dicant ceteri, videl.* sed pro *videlicet* C et χ habent *ut.* in edd. pr. *pecunia dicant? ceteri videl.* Porro χ *gratis condemnarint.*—9 Lamb. *est* omisit.—10 C H S ψ *illa Quintiana.* In Franc. 1. *ut illa Quintiana concione habebatur:* unde Græv. legi jussit *ut in illa Quintiana concione habebatur.* Pro vulg. *habebantur,* e conj. *habebant* dedit Ern. quem Beck. Weiske, et Schutz. sequuntur.—11 Junt. Naug. Manut. Steph. Lamb. *Nam ut illud afferant, nihil est quod de iis duobus hab. comp. de ceteris comperisse:* Schutz. e conj. edidit, *Ut illud afferant, quod de iis duobus hab. comp., de ceteris non comp.* Ceteri ut Ern. nisi quod Beck. et Orell. e conj. Græv. inseruerunt *non* ante *comperisse,* prob. Ern. In omnibus Mss. Pall., Dresd., Franc. 2. et ed. pr. auctore Grævio, deficit integrum folium. Sylvius ultima scribi jussit, *nihil de cet. comperisse.* Le Clerc. conj. h. l. ita legend. *Aut illud afferant, aliquid sese, quod de iis duobus hab. comp., de cet. comp.* In Ms. C est *ferant* pro *afferant:* et in marg. ed. Cratandri legitur *haud illa afferant.*

CAP. XLVI. 12 In Franc. 1. *annotationes auctoritatemque censoriam illos ex cons. mil. traxisse.* C H S χ ψ omittunt præpositionem ante *consuetudine.*

NOTÆ

[s] *Ærarium reliquissent*] Id est, in ærarios retulissent. Vide supra § 122. not.

[t] *In homine*] Matrinio.

[u] *Habebant*] Quo tempore Quintius concionabatur.

[x] *Ac suspicione ponendi*] Venerunt illi in suspicionem pecuniam posuisse in judicio.

esset flagitium rei militaris[y] admissum, sortitione in quosdam[z] animadverteretur; ut metus videlicet[13] ad omnes, pœna ad paucos perveniret.[14] Quod idem facere censores in delectu dignitatis,[a] et in judicio civium, et in animadversione vitiorum, qui convenit?[15] nam miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum vimque pertimuit, potest idem postea et miles esse melior, et vir bonus, et civis utilis. Quare, ne in bello, propter hostium metum, delinqueret,[16] amplior ei mortis et supplicii metus est a majoribus constitutus: ne autem nimium multi pœnam capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est. 129. Hoc tu idem facies, censor, in senatu legendo? Si erunt plures, qui ob innocentem condemnandum pecuniam acceperint, ut non animadvertas in omnes, sed carpas, ut velis, et paucos ex multis ad ignominiam sortiare?[17] Habebit igitur, te sciente et vidente, curia senatorem, populus Romanus judicem, respublica[18] civem sine ignominia quenquam, qui ad perniciem innocentis, fidem suam et religionem[b] pecunia commutarit?[19] et, qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos civi innocenti, is censoriæ severitatis nota non inuretur? Tu es præfectus moribus, magister[20] veteris[d] disciplinæ et severitatis,[1] si aut retines quenquam sciens

[d] *Bonæ.*

Schutz. conj. *ad notationem* legend.—13 In C et χ deest *videlicet.*—14 χ *pervenisset.* Mox, pro *facere* idem Ms. habet *agere.*—15 χ *et in adversione qui conv.*—16 C *deliquerit.* Tum ψ *amplior et mortis.*—17 *Accep., ut non animadvertas . . . carpes . . . velis . . . sortiere* quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. *accep., non animadvertes . . . carpes . . . voles . . . sortiere* Lamb. et Schutz. sic etiam Orell. qui ante *non animadvertes* addidit *ut.* Vulg. ut Ern. Dein pro *igitur te* χ exhibet *grate.*—18 ψ *reipublicæ.*—19 C *commutarint.*—20 Ante *magister* Taur. et edd. ante Lamb. cum Orell. addunt *tu,* quod edd. aliæ omiserunt errore typographico, teste Orell.—1 Taur.

NOTÆ

[y] *Flagitium rei militaris*] Fugitivorum militum hæc pœna fuit, ut in decurias dividerentur, ex quibus sortitione singuli deligerentur, in quos ultimo supplicio animadverteretur in oculis exercitus.

[z] *In quosdam*] In decimum quemque animadvertebatur.

[a] *In delectu dignitatis*] Ad censores pertinebat senatum legere, ejicere e senatu, et principem senatus constituere.

[b] *Et religionem*] Jurisjurandi religionem intelligit, quæ violatur a judice, cum accepit pecuniam.

in senatu, scelere tanto contaminatum, aut statuis, qui in eadem culpa sit,[2] non eadem pœna affici convenire? et quam conditionem supplicii majores in bello timiditati militis propositam esse voluerunt, eandem tu in pace constitues[3] improbitati senatoris? Quodsi hoc[4] exemplum[c] ex re militari ad animadversionem censoriam transferendum fuit; sortitione[5] id ipsum factum esse oportuit. Sin autem sortiri ad pœnam,[6] atque hominum delictum fortunæ judicio[e] committere, minime censorium est; certe in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam et turpitudinem,[7] non oportet. XLVII. 130. Verum omnes intelligimus,[d] in istis subscriptionibus ventum quendam popularem esse quæsitum. Jactata res erat in concione[8] a tribuno[e] seditioso: incognita[f] causa, probatum illud erat; multitudinem illicitum est contra dicere:[9] nemo denique, ut defenderet con-

[e] *Sortitioni.* [f] *Non ea defensa.*

discipl. ac sev.—2 C H S *quis in eandem culpam sit.*—3 Ven. 1480. 1483. *oportere convenire: ut quam . . . constitues:* Naug. Cam. Manut. *oportere convenire: et quam . . . constitues:* Græv. e Franc. 1. et ed. Med. dedit *affici oportere? convenire ut quam . . . constituas,* ut est in duobus Mss. Pariss. Oliv. et Lall. dederunt *affici oportere, et, quam . . . constitues,* prob. Garaton. E conj. Ernesti edidit Schutz. *affici convenire? et quam . . . constituis.* Ceteri ut Ern. Pro *affici convenire* in C H S est *affici oportere;* in χ ψ *oportere convenire.* Pro *et* C H S χ ψ habent *ut;* Orell. e Taur. dedit *aut.* Porro in χ legitur *præpositam* et *in pacem.*—4 Lamb. et Grut. omittunt *hoc.* Tum *ex jure militari* Franc. 1.—5 χ *sortione.*—6 H *sortiri pœnam,* omissa præpositione. Pro *atque* Taur. habet *et;* C H S χ Franc. 1. Ven. 1480. 1483. *ad.* Paulo post, edd. nonnullæ *delectum.*—7 In Taur. deest *et turpitudinem.*

CAP. XLVII. 8 Pro *erat in concione* χ habet *est in judicio.* Verba *a tribuno seditioso* non sunt in Taur.—9 Franc. 2. *multitudini, illicitum est contra ire:* ed. Junt. *multitudinem multitudini illicitum erat contra dicere:* Græv. e conj.

NOTÆ

[c] *Quodsi exemplum*] Sensus est, si hoc exemplum ex re militari ad censoriam animadversionem transferendum fuit, id sortitione a censoribus factum oportuit; sed censorum non est, ad civium improborum pœnam sortiri: hujus igitur animadversionis rationem ad censores transferri non oportuit. Est autem argumentum a contrariis.

[d] *Verum omnes intelligimus*] Quod duo judices a censoribus notati sint, non id factum est ad imitationem consuetudinis militaris, sed ad favorem colligendum et jactantiam. Cum enim videret populus judices accepisse pecuniam, Aquillium et Guttam notaverunt, quos ceteris nequiores existimabant.

[e] *A tribuno*] Quintio, de quo sæpe jam actum est.

trariam partem, laborabat. In invidiam[10] porro magnam illa judicia[f] venerant: etenim paucis postea mensibus alia vehemens erat in judiciis ex notatione tabularum[11 g] invidia versata. Prætermitti a censoribus, et negligi macula judiciorum posse non videbatur. Homines,[h] quos ceteris vitiis atque omni[12] dedecore infames videbant, eos hac quoque subscriptione notare voluerunt, et eo magis, quod illo ipso tempore, illis censoribus,[13 i] erant judicia cum equestri ordine communicata;[14] ut viderentur per hominum idoneorum[k] ignominiam sua auctoritate illa judicia[l] cum equestri ordine[15 m] reprehendisse. 131. Quodsi hanc apud eos ipsos censores[16] mihi aut alii causam agere licuisset; [*p.* 45.] hominibus tali prudentia[17] certe probavissem (res enim indicat) nihil ipsos habuisse cogniti, nihil comperti:[18] ex tota

cum Oliv. et Lall. *multitudini illicitum est contra dicere*, ut est in quatuor Oxonn. Mss. Ant. Augustinus emendavit *multitudini: nemini licitum erat contra dicere:* Gulielm. conj. *multitudini: nulli licitum est contra dicere:* Orell. e Taur. edidit, *multitudini: nemini licitum est contra dicere.* Ceteri ut Ern. Grævius deleri maluit *est*, (quod in χ deest) et subintelligi *erat.* Pantagathus maluit *esse.*—10 C S, Ven. 1480. 1483. *In invidia:* χ *Invidia* sine præpositione. Pro *magnam illa* C S χ habent *magna milia;* H *magnam vilia.* In Ven. 1480. et 1483. *magna in mulcta illa judicia.*—11 Orell. e Taur. edidit *tabellarum*, ut Garaton. volebat—12 In χ deest *omni.* Pro *infames* in C S χ *infami.*—13 Ern. scribi jubet, aut *illis ipsis cens.* aut *iisdem cens.*—14 ψ *commutata.*—15 Orellius auctoritate Taur. delevit verba *cum equestri ordine*, ut volebat Ern. Dein χ *reprehendisset.*—16 C *apud ipsos cens.* Taur. et Orell. *apud eosdem ipsos cens.* Mox, pro *alii*, quod in χ deest, C habet *illi.*—17 Post *prudentia* Orellius auctoritate Taur. addidit *præditis.*—18 C *cognitim, nihil compertim.* Tum *de tota ipsa subscr.* edd. ante Ern. qui e conj. edidit *de tota ista subscr.* et sic Beck.

NOTÆ

[f] *Illa judicia*] Facta in causa Oppianici judicia intelligit.

[g] *Ex notatione tabularum*] Ceris discoloribus tabulæ notatæ sunt Hortensii oratoris improbitate, ut ei Cicero objicit in Divinatione: quando videlicet C. Junii causa acta est.

[h] *Homines*] Aquillium et Guttam.

[i] *Illis censoribus*] M. Crasso et Cn. Pompeio coss. A. U. C. 683. intermissum censoris munus relatum est, et censores Gellius et Lentulus creati sunt. Eodem anno L. Aurelius Cotta prætor legem tulit, ut senatores, equites, et tribuni ærarii simul judicarent.

[k] *Hominum idoneorum*] Id est, qui digni essent censoria nota. Sumitur hic vox ista in malam partem, ut in Andria Terentii, 'Adeon' videmur vobis idonei, in quibus illudatis?'

[l] *Illa judicia*] Judicia senatorum dicit, qui ex Sullæ lege soli judicabant.

[m] *Cum equestri ordine*] Equites reprehendebant turpissima senatorum judicia.

ista subscriptione rumorem quendam et plausum popularem esse quæsitum. Nam in P. Popillium,[19] qui Oppianicum condemnarat, subscripsit[n] L. Gellius, quod is pecuniam accepisset,[20] quo innocentem condemnaret. Jam id ipsum quantæ divinationis est,[1] scire innocentem fuisse reum, quem fortasse nunquam viderat, cum homines sapientissimi, judices, ut nihil dicam de iis, qui condemnarunt, causa cognita,[2] sibi dixerint non liquere?

132. Verum esto. Condemnat Popillium[3] Gellius: judicat, accepisse a Cluentio pecuniam. Negat hoc Lentulus: nam Popillium, quod erat[4] libertini[o] filius, in senatum non legit: locum quidem senatorium ludis[p] et cetera ornamenta[q] relinquit,[5] et eum omni ignominia liberat: quod cum facit, judicat, ejus[r] sententia[6] gratis esse Oppianicum condemnatum. Et eundem Popillium postea Lentulus in ambitus judicio pro testimonio diligentissime laudat. Quare, si neque L. Gellii judicio stetit Lentulus, neque Lentuli existimatione[7 s] contentus fuit Gellius; et, si uterque censor censoris opinione standum non putavit;[8] quid est, quamobrem quisquam nostrum censorias subscriptiones

Weiske, Schutz. et Orell.—19 *L. Popillium* edd. ante Ern. qui e conj. Ursini cum Beck. Weiske, Schutz. et Orell. edidit *P. Popillium*, ut est in Ms. Bergeri. Supra, in Mss. modo *C.* modo *P. Pop.* dicitur.—20 χ *cepisset.*—1 Idem Ms. *quantæ damnationis est.*—2 χ *causam cognitam.* Tum *dixerunt* C H S χ.—3 Pro *Popillium* ψ habet *Publius.*—4 Idem Ms. *cur erat.*—5 Lamb. 1566. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *relinquit.* Ceteri *reliquit.* Dein pro *eum* in ψ legitur *cur.*—6 C H S χ ψ *sententiæ.* Tum χ *gratus.*—7 *Existi-*

NOTÆ

[n] *Subscripsit*] Ut in aliquem animadvertere, sic et subscribere in aliquem dicitur.

[o] *Libertini*] Qui ex justa servitute manumissi erant, libertini dicebantur.

[p] *Ludis*] Spectabant senatores in cavea, qui locus ad theatri radices scenæ proximus erat; inde proximi quatuordecim theatri gradus, ut commodiores, sic honestiores habebantur: in iis autem, et in ceteris altioribus, plebs cum equitibus spectare solita erat.

[q] *Ornamenta*] Ornamenta dignitatis sunt latus clavus, lunatus calceus, toga prætexta, sella curulis, &c.

[r] *Ejus*] Dum liberat Popillium ab omni infamia Lentulus censor, indicat Oppianicum a Popillio, non accepta pecunia, condemnatum esse.

[s] *Lentuli existimatione*] Nam gratis eum condemnasse Lentulus existimabat.

omnes fixas et[9] in perpetuum ratas putet esse oportere?

XLVIII. 133. At in ipsum[10] Avitum[t] animadverterunt. Nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ, non dicam vitium, sed erratum: neque enim hoc homine sanctior, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest: nequ eilli aliter dicunt: sed eandem illam famam judicii corrupti secuti sunt. Neque ipsi secus existimant, quam nos existimari[11] volumus, de hujus pudore,[12] integritate, virtute: sed putar un t prætermitti accusatorem non potuisse, cum animadversum esset in judices. Qua de re tota si unum factum ex omni antiquitate protulero, plura non dicam. 134. Non enim mihi exemplum summi et clarissimi viri, P. Africani, prætereundum videtur; qui cum esset censor,[u] et in equitum censu[x] C. Licinius Sacerdos[13] prodiisset; clara voce, ut omnis concio audire posset,[14] dixit, se scire, illum verbis conceptis pejerasse; si quis[15] contra dicere vellet, usurum esse eum suo testimonio. Deinde cum contra nemo diceret, jussit equum traducere.[y] Itaque is, cujus arbitrio

mationi C H χ: *æstimationi* ψ.—8 H χ ψ *standum ne put.*—9 *Omnes* non est in χ, nec copula *et* in ψ.

CAP. XLVIII. 10 χ *An in ipsum.*—11 Sex Oxonn. Mss. *existimare.*—12 χ *de hujus pondere.*—13 Idem Ms. *C. Lucinius Sacerdos.* Tum ψ *prodiret.*—14 C *possit.* In C H χ deest *dixit.*—15 Ven. 1480. Junt. et Orell. *si qui.*—

NOTÆ

[t] *At in ipsum Avitum*] Occupatio quam diluit, rejecta consequentia.

[u] *Esset censor*] A. U. C. 611. Africanus censor fuit.

[x] *Censu*] Censum primus apud Romanos Servius Tullius rex intulit. Postea autem tum per consules, tum per dictatores, tum denique per censores, qui A. U. C. 310. ad id creati sunt a populo, factus est. Itaque apud censores nomina sua, uxorum, liberorum, libertorum, servorumque suorum, jurejurando dato, profitebantur. Præterea ætatem omnium, regionem quam habitarent, et fortunarum suarum æstimationem deferebant.

[y] *Equum traducere*] Jussit Sacerdoti Scipio equum ulterius traducere, quia contra eum nemo dicebat. Lege Val. Max. lib. IV. tit. de Animi Moderatione, ubi sic de illa animadversione ait: 'Cum C. Licinium Sacerdotem accusare nullus vellet, tum Scipio, Traduc equum, inquit, Sacerdos; et lucri fac censoriam notam, ne ego in tua persona, et accusatoris, et testis, et censoris, et judicis

et populus Romanus et exteræ gentes contentæ esse consueverant,[16] ipse sua scientia ad ignominiam alterius contentus non fuit. Quodsi hoc Avito facere licuisset,[z] facile, illis ipsis judicibus, et falsæ suspicioni, et invidiæ populariter excitatæ [a] restitisset.

135. Unum etiam est,[b] quod me maxime conturbat, cui loco respondere posse vix videor, quod elogium[17] [c] recitasti de testamento Cn. Egnatii, patris, hominis honestissimi,[d] videlicet, et sapientissimi: idcirco se exhæredasse filium, quod is ob Oppianici damnationem[18] pecuniam accepisset. De cujus hominis levitate et inconstantia[19] plura non dicam. Hoc testamentum ipsum, quod recitas, ejusmodi est, ut ille, cum eum filium[20] exhæredaret, quem oderat, ei filio cohæredes homines alienissimos [e] conjungeret,[1] quem diligebat. Sed tu,[2] Atti, consideres, censeo, diligenter, utrum censorum judicium grave velis esse an Egnatii. Si Egnatii;[3] leve est, quod censores de ceteris subscripserunt; ipsum enim Cn. Egnatium, quem tu gravem esse vis, ex senatu[4] ejecerunt.[f] Sin autem censorum; hunc Egnatium, quem pater censoria subscriptione

16 *Consuerant* Junt. et Orell. *consueverant* Oliv. Ern. Beck. Schutz. *consueverunt* ceteri, etiam Weiske. Dein *scientia* Mss. plerique, Ven. 1480. 1483. Junt. Ern. Beck. Schutz. *conscientia* ceteri, etiam Weiske et Orell.—17 Lamb. legi jussit *elegium* vel *eclogium*. Mox in T *de testimonio*.—18 Sex Oxonn. Mss. Ven. 1480. et 1483. *ad Opp. damn.*—19 T *lev. et instantia*. Mox idem Ms. *Hoc testimonium*.—20 χ *ejus filium*.—1 Mss. Lambini *adjungeret*.—2 χ *Sed ut*.—3 C et χ *Egnati*. *Si Egnati*.—4 Quintil. v. 3. hunc locum lau-

NOTÆ

partes egisse videar.' Hinc autem probat Cicero censorum notis standum non esse, cum ne suo quidem judicio P. Scipio censor steterit.

[z] *Hoc Avito facere licuisset*] Id est, si licuisset Scipioni erga Avitum facere, quod erga Sacerdotem fecit, facile malæ de se conceptæ opinioni restitisset.

[a] *Excitatæ*] Quintii concionibus hæc invidia concitata fuerat.

[b] *Unum etiam est*] Refutat quod secundum videlicet objiciebatur ab Attio.

[c] *Elogium*] Elogium testificatio est honorifica, qualis vulgo in monumentis aut statuis inscribebatur.

[d] *Hominis honestissimi*] Ironice.

[e] *Alienissimos*] Alienissimus est, qui nullo consanguinitatis aut affinitatis nomine conjunctus est.

[f] *Ex senatu ejecerunt*] Immerito itaque ejecerunt.

exhæredavit,[5] censores in senatu, cum patrem ejicerent,[6] retinuerunt.[g]

XLIX. 136. At enim senatus[h] universus judicavit, illud corruptum esse judicium. Quomodo? suscepit causam. [*p.* 46.] An potuit rem delatam ejusmodi repudiare? cum tribunus plebis,[7] populo concitato, rem pæne ad manus revocasset;[g] cum vir optimus, et homo innocentissimus, pecunia circumventus esse diceretur; cum invidia flagraret[i] ordo senatorius; potuit nihil decerni? potuit illa concitatio multitudinis sine summo periculo reipublicæ repudiari? At quid est decretum?[8] quam juste! quam sapienter! quam diligenter! 'Si qui sint,[9][k] quorum opera factum sit, ut judicium publicum corrumperetur.' Utrum videtur[10] senatus id factum judicare; an, si factum sit, moleste graviterque ferre? Si ipse A. Cluentius sententiam[11] de judiciis rogaretur, aliam non diceret, atque ii dixerunt, quorum sententiis Cluentium condemnatum esse dicitis. 137. Sed quæro a vobis, num istam legem ex isto senatus consulto L. Lucullus consul,[12][l] homo sapientissimus, tulerit? num anno post[m] M. Lucullus et C. Cassius, in

[g] *Ad concertationem.*

dans, scribit *de sen.*, ut est in Ms. Barb. Mox omnes Mss. Quintiliani l. l. habent *Sin autem censorium*, et sic Naug. Hervag. Cam. Lamb.—5 C H χ ψ *exheredat.*—6 *Ejicerent* Quintil. Spaldingii. Aliæ edd. et Mss. *ejecissent.*

CAP. XLIX. 7 ψ *tribuno plebi;* et H χ *populo concito.*—8 H S T *Aut quid est decr.* In edd. Grut. Oliv. Lall. omittuntur verba *quam juste*, errore typographico, ut ait Orell.—9 Pro vulg. *sunt*, Ern. e conj. edidit *sint*, quem Beck. et Schutz. secuti sunt. Dein T *quorum operam.*—10 χ *corrumpetur. Utrum videretur.*—11 H *sententia.*—12 In χ deest *consul.* Post *tulerit* Beck. e Mss. nonnullis, Ven. 1483. Hervag. non colon, sed interrogandi notam

NOTÆ

[g] *Retinuerunt*] Qui tamen ejiciendus erat.

[h] *At enim senatus*] Diluit quod ab Attio dictum fuerat, senatum, populo deferente, causam suscepisse, ac fecisse senatusconsultum.

Invidia flagraret] Judiciorum infamia senatus laborabat, nondum Aurelia lege lata.

[k] *Si qui sint*] Verba sunt senatusconsulti.

[l] *L. Lucullus consul*] Lucullus A. U. C. 679. consul fuit.

[m] *Anno post*] Nempe 680.

quos, tum consules [13] [n] designatos, idem illud senatus [14] decreverit? Non tulerunt: et quod tu Aviti pecunia [o] factum esse arguis, neque id ulla vel [15] tenuissima suspicione confirmas, factum est primo illorum æquitate et sapientia consulum,[16] ut id, quod senatus decreverat, ad illud invidiæ præsens incendium restinguendum, id postea referendum [17] ad populum non arbitrarentur. Ipse deinde populus Romanus, qui L. Quintii tribuni plebis fictis querimoniis antea concitatus,[18] rem illam et rogationem [h] flagitarat, idem C. Junii filii, pueri parvuli, lacrymis commotus, maximo clamore [19] et concursu totam illam legem et quæstionem [i] repudiavit. 138. Ex quo intelligi potuit id, quod sæpe dictum est; ut mare,[p] quod sua natura tranquillum sit,[20] ventorum vi agitari atque turbari; sic et [1] populum Romanum sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus,[2] concitari.

L. Est etiam reliqua permagna auctoritas, quam ego turpiter pæne [q] præterii: mea enim esse dicitur. Recitavit

[h] *Senatusconsultum et legem.* [i] *Causam.*

posuit. Mox *M.* ante *Lucullus* edd. nonnullæ omittunt.—13 Edd. quædam *cum consules.* Pro verbis *in quos, tum consules designatos,* Manutius, locum corruptum esse ratus, conjecit, *ii queis tum consulibus designatis.*—14 In χ deest *senatus.* Dein edd. nonnullæ ante Ern. ita interpungunt, *decreverit, non tulerunt,* sive *decreverit. Non tulerunt.*—15 C H S T χ et edd. ante Ald. non habent *vel.*—16 H *consilium.*—17 *Perferendum* Franc. 1. 2. Dresd. Pariss. sex Oxonn. Mss. edd. pr. Ven. 1483. Junt. Crat. *proferendum* Steph. *ferendum* placebat Manutio et Beckio. Vid. Nott. Varr.—18 T et Lamb. 1566. *incitatus:* ψ *concitatis.* Mox, pro *rogationem* in T *rogatus.*—19 C χ *max. pro clamore.* Pro *concursu* T habet *cursu.*—20 H *tranq. est.*—1 Idem Ms. *si et.* Tum C *populus R.* Paulo post, C H S ψ, Franc. 1. Rom. 1480. Ven. 1483. Med. Junt. Ald. *pacatum:* χ *paratum.* Marius Victorinus in lib. I. de Inv. c. 43. locum ita laudat, *sic rempublicam sua sponte placatam hominum, &c.* unde Schutz. delevit *esse.* Vulg. *placatum.*—2 C T χ *et viol. temp.*

NOTÆ

[n] *Tum consules*] Videtur indicare M. Lucullum et Cassium ex illis judicibus fuisse, qui Oppianicum condemnarunt.

[o] *Quod tu Aviti pecunia*] Refutat Cicero quod Attius dixerat, nempe consules accepisse pecuniam a Cluentio, ut ex isto senatusconsulto legem non ferrent.

[p] *Ut mare*] Similitudo, qua et ipse Scipio usus est. Lege Liv. lib. XXVIII.

[q] *Turpiter pæne*] Ironia.

ex oratione, nescio qua,[r] Attius, quam meam esse dicebat, cohortationem quandam judicum ad honeste[3] judicandum,[s] et commemorationem tum aliorum[4] judiciorum, quæ probata non essent,[5][t] tum illius ipsius judicii Juniani: perinde quasi ego non ab initio hujus defensionis dixerim, invidiosum[u] illud fuisse judicium; aut, cum de infamia judiciorum[6] disputarem, potuerim illud, quod tam populare esset, in illo tempore præterire. 139. Ego vero, si quid ejusmodi dixi, neque cognitum commemoravi, neque pro testimonio dixi; et illa oratio potius temporis mei, quam judicii et auctoritatis fuit. Cum enim accusarem, et mihi initio[7] proposuissem, ut animos[8] et populi Romani et judicum commoverem; cumque omnes offensiones judiciorum[x] non ex mea opinione, sed ex hominum rumore proferrem; istam rem, quæ tam populariter esset agitata, præterire non potui. Sed errat vehementer, si quis in orationibus nostris, quas in judiciis habuimus, auctoritates nostras consignatas[k] se habere arbitratur: omnes enim illæ orationes, causarum[y] et temporum sunt, non hominum ipsorum ac patronorum.[9] Nam, si causæ ipsæ pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorem. Nunc adhibemur, ut ea dica-

[k] *Certas.*

CAP. L. 3 H *et honeste.* Mox C *commemoratione.*—4 Ern. e conj. edidit *aliorum;* et sic Beck. Schutz. et Orell. Ceteri *illorum.*—5 Verba *quæ probata non essent* desunt in χ et ψ. '*Judicii* suspectum est Ernestio. Elegantius abesset.' *Beck.* Dein *proinde* sex Oxonn. Mss. et ed. Lamb.—6 Post *judiciorum* Lamb. 1566. Oliv. Lall. inserunt *quæ probata non essent.*—7 χ *et mihi in initio.*—8 C *animo.* In ψ *populum Romanum et judicium.*—9 T, Junt. Lamb.

NOTÆ

[r] *Ex oratione, nescio qua*] Intelligit per hanc orationem suam primam actionem in Verrem, quem unum accusaverat: fingit autem excidisse ex sua memoria, quid in judicio dixerit.

[s] *Ad honeste judicandum*] Hortatus fuerat judices ne pecunia corrupti a Verre turpiter judicarent.

[t] *Quæ probata non essent*] Probata non erant, quia facta fuerant, accepta pecunia.

[u] *Invidiosum*] Ob invidiam quam Quintius excitaverat.

[x] *Offensiones judiciorum*] Id est, judicia corrupta, propter quæ populus non mediocriter offensus erat.

[y] *Orationes causarum*] Orationes causis et temporibus debent accommodari.

mus,[10] non quæ nostra auctoritate constituantur, sed quæ[11] ex re ipsa causaque ducantur. 140. Hominem ingeniosum,[z] M. Antonium,[12] aiunt solitum esse dicere, idcirco se nullam unquam[13] orationem scripsisse,[a] ut, si quid aliquando, quod non opus esset, ab se esset dictum,[14] posset se negare dixisse: [*p.* 47.] perinde[15] quasi, quid a nobis dictum, aut actum sit, id nisi literis mandaverimus, hominum memoria non comprehendatur. LI. Ego vero in isto genere libentius cum multorum, tum hominis[16] eloquentissimi et sapientissimi, L. Crassi,[b] auctoritatem sequor, qui cum L. Plancium[17] defenderet, accusante M. Bruto,[c] homine[18] in dicendo vehementi et calido,[19] cum Brutus, duobus recitatoribus[l] constitutis, ex duabus ejus orationibus capita alterna, inter se contraria, recitanda[m] curasset; quod in dissuasione rogationis ejus,[20] quæ contra coloniam Narbonensem[d] ferebatur, quantum potest, de auctoritate

[l] *Lectoribus.* [m] *Alternatim recitata.*

ips. aut patr.—10 χ *Non adhib. et, ut ea dic.* In χ *ea* omittitur.—11 χ *si quæ.* Mox, χ, Ms. ap. Lamb. Ven. 1483. Cam. Hervag. *dicantur*, prob. Lamb.—12 χ omittit *M. Antonium.*—13 Lamb. *se nunquam ullam.*—14 Mss. plerique, Ven. 1480. 1483. Crat. Hervag. Steph. Lamb. *ut si quid aliquando non opus esset ab se esse dictum*, prob. Garaton.—15 C H S T χ ψ, Lamb. *proinde.* C H S χ ψ omittunt *quasi.* Tum Lamb. *quod a nobis dict.* In ed. Ven. 1480. omittuntur verba *aut actum.*

CAP. LI. 16 C H S χ ψ *cum mult. hominum, tum hom. &c.* Post *sapientissimi* H addit *viri.*—17 '*L. Plancium*] Aut hic *Cn. Plancum*, aut in l. II. de Orat. *L. Plancium* scribi voluit Ursinus. Atque Lall. edidit *Cn. Plancium.* [Sic etiam Schutz.] Id prænomen in nulla ed. h. l. *Plancum* autem in Ven. 1483. legi testatur Garaton. (*Plancum* etiam C H S.) Emendavit Lall. ex l. II. de Orat. c. 54. unde Quintil. VI. 3. habet. Apud eum tamen pro *Cn. Planci* Goth. et Barb. codd. legunt *C. Planci*, et ed. Jens. *Caii Planci;* unde Garaton. existimat ex *Cn.* ortum *C.* atque ex hoc *L.*' Beck.—18 χ *homo.*—19 Ern. Beck. Weiske, Schutz. e conj. Victorii, Varr. Lect. XXX. 6. dede-

NOTÆ

[z] *Hominem ingeniosum*] Vim ejus ingenii incredibilem laudat in lib. I. de Oratore.

[a] *Nullam unquam orotionem scripsisse*] In libro de Claris Oratoribus rationes refert, quare plerique non scripserint.

[b] *L. Crassi*] L. Crassus ætatis suæ fuit eloquentissimus. De eo in Claris Orat.

[c] *M. Bruto*] Brutus accusator fuit vehemens et molestus, qui et, ipso Cicerone referente in lib. II. de Off. accusator dictus est.

[d] *Coloniam Narbonensem*] Cum lex ferretur, ne Martius Narbo colonia fieret, eam legem dissuasit L. Crassus: de quo Cicero sic in lib. de

senatus detrahit; in suasione legis Serviliæ[e] summis ornat senatum laudibus; et multa[1] in equites Romanos cum ex ea oratione asperius dicta recitasset, quo animi illorum judicum[2] in Crassum incenderentur; aliquantum esse commotus[3] dicitur. 141. Itaque in respondendo primum exposuit utriusque rationem temporis,[f] ut oratio[4] ex re et causa habita videretur: deinde, ut intelligere posset Brutus, quem hominem, et non solum qua eloquentia, verum etiam quo lepore[g] et quibus facetiis præditum lacessisset; tres et ipse[5] excitavit recitatores cum singulis libellis, quos M. Brutus, pater illius accusatoris, de jure civili reliquit.[6] Eorum initia cum recitarentur, ea, quæ vobis nota esse arbitror: 'Forte evenit, ut ruri in Privernate[7][h] essemus, ego et Brutus filius:' fundum Privernatem flagitabat.[i] 'In Albano[k] eramus ego et Brutus filius:' Albanum poscebat. 'In Tiburte[8][l] forte cum assedissemus,[9] ego et Brutus fili-

runt *calido*. Ceteri *callido*.—20 χ *rog. ipsius*.—1 C *senatus laud.: et multas*.—2 χ *judicium*.—3 Idem Ms. *amotus*.—4 H χ *ut ratio*. Dein χ et ed. Lamb. repetunt *ex* ante *causa*. Porro in χ deest *habita*.—5 Verba *et ipse* non sunt in χ.—6 χ *accusatores de jure rel.*, omisso *civili*.—7 '*Privernati* auctoritate Prisciani l. VII. et Quintil. VI. 3. reposui pro vulg. *Privernate*, atque legitur ita in l. II. de Orat. c. 54.' *Beck.* quem Schutz. et Orell. secuti sunt. Ceteri *Privernate*.—8 '*Tiburti*] Ita pro vulg. *Tiburte*, ex Ms. Vict. Franc. 1. C H S χ, Ven. 1480. 1483. Naug. Manut. reposui, atque ita etiam l. II. de Orat. c. 54. legitur, unde Quintil. VI. 3. habet.' *Beck.* quem Weiske, Schutz. et Orell. sequuntur.—9 ψ *sedissemus*. Verba *ego et Brutus filius* in C H S χ ψ

NOTÆ

Clar. Orat. 'Voluit in colonia Narbonensi causæ popularis aliquid attingere, eamque coloniam, ut fecit, ipse deducere: extat in eam legem lenior, ut ita dicam, quam illa ætas ferebat, oratio.'

[e] *Legis Serviliæ*] Q. Servilius Cæpio, cos. A. U. C. 647. legem tulit qua voluit ut judicia inter equites et senatum communicarentur: de qua lege multa Cicero habet in Bruto.

[f] *Utriusque temporis*] Tempus significat quo videlicet dissuadebat legem, quæ contra coloniam Narbonensem ferebatur, et quo suadebat legem Serviliam.

[g] *Quo lepore*] In Crasso multum leporem fuisse Cicero scribit in lib. I. de Off.

[h] *In Privernate*] A Priverne Privernates. Priverne autem urbs est in Latio circa Ufentem fluvium et forum Appii.

[i] *Flagitabat*] Scilicet Crassus; sciebat enim hoc et reliqua prædia Brutum vendidisse, quæ a patre habuerat.

[k] *In Albano*] Albanum, Latii oppidum circa Velitras, ab urbe Roma ad 20. millia passuum Via Appia distans.

[l] *In Tiburte*] Tibur civitas in Sa-

us:' Tiburtem fundum requirebat: Brutum autem, hominem sapientem, quod filii nequitiam videret, quæ prædia ei relinqueret, testificari dicebat[m] voluisse.[10] Quodsi potuisset honeste scribere,[n] se in balneis cum id ætatis[n] filio fuisse,[11] non præterisset: eas se tamen ab eo balneas non ex libris patris, sed ex tabulis et ex censu[o] quærere. Crassus tum ita Brutum[12] ultus est, ut illum recitationis suæ pœniteret: moleste enim fortasse tulerat,[13] se in iis orationibus reprehensum, quas de republica habuisset: in quibus forsitan magis requiratur constantia. 142. Ego autem illa recitata esse[14 p] non moleste fero: neque enim ab illo tempore, quod tum erat,[q] neque ab ea[15] causa,[r] quæ tum agebatur,[16] aliena fuerunt: neque mihi quicquam oneris suscepi, cum ista dixi,[s] quo minus honeste hanc causam et libere possem defendere. Quodsi velim confiteri, me causam A. Cluentii nunc cognoscere,[17] antea fuisse in illa opinione populari; quis tandem id possit reprehendere? præsertim, judices, cum a vobis quoque ipsis hoc impetrare[18]

[n] *Ejus ætatis.*

desunt. In ed. Oliv. isto ordine leguntur, *ego et filius Brutus.*—10 Junt. Lamb. *voluisse dicebat.*—11 χ *si in baln. cum id æt. filius fuisse:* Franc. 1. *se in baln. id æt. cum filio fuisse.* Dein Grævius et alii addunt *eas* verbo *præterisset*, et post *eas* colon ponunt. Porro, Ern. verba *ab eo* cum Franc. 1. deleri jubet. Garaton. potius *eas* omitti, quam illa verba jubet.—12 χ *quæreret. Crassum tum ita Brutus.*—13 C *tulerit.* ψ caret præpositione ante *iis.*—14 Sex Oxonn. Mss. Ven. 1483. Junt. Crat. Steph. omittunt *esse*, non improb. Orell.—15 *Ea* non est in C.—16 H *agitabatur.*—17 C H S χ, Lamb. et Orell. *cognosse:* et ψ *ante fuisse.*—18 Sex Oxonn. Mss. et edd. ante Lamb.

NOTÆ

binis, decimosexto ab urbe lapide, crebris fontibus irrigua. Oppidum autem illud a Tiburto, Amphiarai filio, conditum est, et ab eo denominatum.

[m] *Dicebat*] Nempe L. Crassus.

[n] *Honeste scribere*] Apud Romanos, ut scribit Cicero lib. I. de Off. cum parentibus filii puberes, cum soceris generi non lavabantur.

[o] *Ex tabulis et ex censu*] Censores cum civium bona censebant, quæ cujusque bona essent, in tabulas referebant.

[p] *Recitata esse*] Ab Attio.

[q] *Quod tum erat*] Cum Verrem accusavit: magna enim erat tum judiciorum infamia.

[r] *Neque ab ea causa*] Causam Verris intelligit; qui Verres sperabat corrupto judicio se absolvendum fore, cum ipsi designatus consul Hortensius faveret.

[s] *Ista dixi*] Contra Verrem.

sit æquissimum, quod ego et ab initio[19] petivi, et nunc peto, ut, si quam huc graviorem de illo judicio opinionem attulistis, hanc, causa perspecta,[20] atque omni veritate cognita, deponatis.

LII. 143. Nunc, quoniam ad omnia, quæ abs te dicta sunt, T. Atti, de Oppianici damnatione respondi; confiteare necesse est, te opinionem multum fefellisse, quod existimaris, me causam A. Cluentii non facto[o] ejus, sed lege defensurum. Nam hoc persæpe dixisti,[1] tibi sic renuntiari, me habere in animo causam hanc præsidio legis defendere. Itane est?[t] ab amicis videlicet[2] imprudentes prodimur? et est nescio quis[3] de iis, quos amicos nobis arbitramur, qui nostra consilia ad adversarios deferat? Quisnam tibi hoc renuntiavit? quis tam improbus fuit? Cui ego autem narravi? Nemo, ut opinor, in culpa est: sed[4] nimirum tibi istuc lex ipsa[u] renuntiavit. Sed num tibi[5] ita defendisse videor, ut tota in causa mentionem ullam fecerim legis? [*p.* 48.] num secus hanc causam defendissem, hac si lege Avitus teneretur? certe, ut hominem[x] confirmare oportet,[6] nullus est locus a me purgandi[7] istius invidiosi criminis prætermissus. 144. Quid ergo est? quæret fortasse quispiam, displiceatne mihi, legum præsidio[8] a

[o] *Innocentia.*

cum Orell. *impetrari.*—19 T *quod ab initio,* omissis *ego et.*—20 C *perfecta.*

CAP. LII. 1 Apud Quintilianum, v. 13. Burman. est *dixti,* ubi Ms. Goth. *dixit,* et Barber. *dixi.*—2 Pro *videlicet* in χ legitur *usque.*—3 Valla in Ms. Barber. Quintil. loco laudato emendavit *nescio qui.* In χ est *quid.*—4 Omnes Mss. Quintiliani omittunt *sed.* In C legitur *si.* Mox C et T *istunc.* Porro χ *lex ista.*—5 T *sed unum tibi.* Paulo post, C H S χ ψ, Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam. *mentionem nullam.* Memmius et Lamb. conjecerunt ita legend. *Sed non tibi . . . mentionem nullam,* prob. Ern. Dein '*χ non secus hanc causam:* Lamb. legi vult, *nec secus hanc causam def.,* aut potius, *non secus hanc causam defendissem, si lege, &c.* Nimirum in nonn. edd. est *defendisse,* at Lamb. se in suis Mss. reperisse docet *defendissem:* atque id etiam in al. libb. et edd. pr. legitur. Franc. 1. *non secus hanc causam defendissem, hac si lege teneretur?*' Beck. Orell. edidit *defendisse.* Denique *ac si lege* Mss. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. et Orell. Conjecit Gulielm. *etsi lege.*—6 Verba *ut hom. conf. oportet* Grævio et Weiskio suspecta sunt.—7 χ *repugnandi.*—8 Pro *præsidio* in H est *periculo.* Tum *capitis periculum* Ms.

NOTÆ

[t] *Itane est*] Festive Attium irridet.

[u] *Lex ipsa*] Id est, lex ipsa te certiorem fecit, quasi pro seipsa loqueretur.

[x] *Hominem*] Cluentium.

capite periculum propulsare. Mihi vero, judices, non displicet: sed utor instituto meo. In hominis honesti pudentisque[9] judicio,[y] non solum meo consilio uti consuevi, sed multum etiam ejus, quem defendo, et consilio et voluntati obtempero. Nam, ut hæc ad me[10] causa delata est, qui leges eas, ad quas adhibemur, et in quibus versamur, nosse deberem; dixi Avito statim, de eo, 'qui[11] coisset, quo quis condemnaretur,'[z] illum esse liberum;[p] teneri autem nostrum ordinem. Atque ille me orare et obsecrare[12] cœpit, ut ne sese lege defenderem. Cum ego, quæ mihi viderentur, dicerem; traduxit[q] me ad suam sententiam: affirmabat enim lacrymans, non se cupidiorem esse[13] civitatis retinendæ,[a] quam existimationis. 145. Morem homini gessi:[14] et tamen idcirco feci, (neque enim id semper facere debemus) quod videbam, per se ipsam causam copiosissime sine lege[15] posse defendi. Videbam, in hac defensione, qua jam sum usus, plus dignitatis; in illa, qua me hic uti noluit,[16] minus laboris futurum. Quodsi nihil aliud esset actum, nisi ut hanc causam obtinerem;[17] lege recitata, perorassem.

LIII. Neque me illa oratio commovet,[18] quod ait Attius, indignum esse facinus, si senator judicio quenquam[19] circumvenerit,[b] legibus cum teneri;[20] si eques Romanus hoc

[p] *Non teneri lege.* [q] *Traxit.*

Lamb.—9 Edd. vett. cum Beck. Schutz. et Orell. *prudentisque*, prob. Ern.—10 ψ *a me.*—11 Lamb. *statim capite eo, qui.* In T deest *qui.*—12 Steph. *orare atque obs.*—13 *Esse* non est in χ.—14 In Franc. 1. *Morem homini vel gratia vel vi gessi*, prob. Grævio. Dein χ *et tandem idcirco.*—15 *Sine lege copiosissime* Taur. Junt. et Orell.—16 χ et ψ *voluit.*—17 Taur. *obtineremus.*

CAP. LIII. 18 Ern. e conj. cum Beck. Schutz. et Orell. *commovet*, ut est in Taur. Ceteri *commoveret.* Tum χ *quod ut Attius.* Porro, auctore Lambino, quibusdam verbum *facinus* e glossemate additum esse videtur. Alii legi maluerunt *iniquum esse, si, &c.*—19 Orell. e Taur. edidit *quempiam.*—

NOTÆ

[y] *Hominis honesti pudentisque judicio*] Loquitur de causa Cluentii.

[z] *Qui coisset, quo quis condemnaretur*] Citat caput legis, quæ agit contra eos qui inter se convenerunt de aliquo cive condemnando.

[a] *Civitatis retinendæ*] In exilium mittebantur veneficii damnati, quo si damnatus Cluentius fuisset, eo mulctatus fuisset.

[b] *Judicio quenquam circumvenerit*] Judicio circumvenit non solum ju-

idem fecerit,[1] non teneri. 146. Ut tibi concedam, hoc indignum esse, (quod cujusmodi[2] sit, jam videro) tu mihi concedas necesse est, multo[3] esse indignius, in ea civitate, quæ legibus teneatur,[r][4] discedi a legibus. Hoc enim vinculum[5] est hujus dignitatis, qua fruimur in republica, hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis. Mens, et animus, et consilium, et sententia civitatis, posita est in legibus. Ut corpora nostra sine mente; sic civitas sine lege, suis partibus, ut nervis,[6] ac sanguine, et membris, uti non potest. Legum ministri, magistratus; legum interpretes, judices; legum denique idcirco omnes servi sumus,[7] ut liberi esse possimus. 147. Quid est, Q. Naso,[c] cur tu in isto loco[8] sedeas? quæ vis est, qua abs te hi judices,[9] tali dignitate præditi, coërceantur?[s] Vos autem, judices, quamobrem ex tam magna multitudine[10] civium tam pauci de hominum fortunis sententiam fertis? quo jure Attius, quæ voluit, dixit? cur mihi tamdiu[d] potestas dicendi[11] datur? quid sibi autem illi scribæ, quid lictores,[e] quid ceteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt? opinor hæc omnia lege fieri, totumque hoc judicium (ut antea dixi[12]) quasi mente quadam regi legis,[13] et administrari. Quid ergo est?[14] hæc quæstio sola ita gu-

[r] *Regatur.* [s] *Tibi pareant.*

20 Dresd. Franc. ed. pr. *legibus contineri.*—1 χ *fecerint.*—2 ψ *ejusmodi.*—3 *Multo* non est in C S χ ψ.—4 Taur. Hervag. Cam. Grut. Græv. Oliv. Lall. Orell. *contineatur.* Ceteri *teneatur.*—5 χ *Hoc erat vinc.*—6 C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. *et nervis.* Dein *et sanguine* Taur. Junt. Lamb.—7 Taur. *omnes servimus.*—8 *In hoc loco* χ ψ, Junt. Steph. *in hoc sexto loco*, vel *in hoc loco sexto*, C H S, Dresd. Franc. 1. 2. Ms. Vict. Pariss. Pall. septem, Ven. 1480. Grut. Græv. Oliv. et Lall. qui legi maluit *in hoc loco selecto.* Ceteri ut Ern.—9 C et χ *ii jud.*—10 C H S χ ψ, Taur. Ven. 1483. Junt. et Orell. *ex tanta mult.* Crat. *ex tanta magna mult.*—11 Junt. et Lamb. *dicendi potestas.*—12 χ, Taur. et Orell. *ut ante dixi.*—13 Lamb. 1566. e conj. *lege regi.* Hinc Schutz. edidit *regi lege*, ut Ern. censebat legend. In edd. nonnullis deest *legis.*—

NOTÆ

dex corruptus, qui condemnat innocentem; sed et qui judices corrumpit.

[c] *Q. Naso*] Naso prætor huic causæ præfuit.

[d] *Tamdiu*] Horæ duæ accusatori, et patrono tres datæ sunt, auctore Asconio in Miloniana.

[e] *Quid lictores*] Sex prætori dabantur lictores.

bernatur? quid M. Plætorii[f] et C. Flaminii[15 g] inter sicarios? quid C. Orchinii[16] peculatus?[h] quid mea de pecuniis[i] repetundis? quid C. Aquillii,[k] apud quem nunc de ambitu causa[17] dicitur? quid reliquæ quæstiones?[l] Circumspicite omnes reipublicæ partes: omnia legum imperio et præscripto[18] fieri videbitis. 148. Si quis[19] apud me te, T. Atti, reum[m] velit facere;[20] clames, te lege pecuniarum[n] repetundarum non teneri: neque hæc tua recusatio confessio sit captæ pecuniæ; sed laboris, sed periculi non legitimi declinatio.[1] LIV. Nunc, quid agatur, et quid abs te juris constituatur, vide. Jubet lex ea, qua lege[2] hæc quæstio constituta est,[o] judicem quæstionis,[p] hoc est, Q. Voconium,[3] cum iis judicibus, qui ei obvenerint,[q] (vos appel-

14 Taur. *Quid ergo,* omisso *est.*—15 H et S *M. Plætori et C. Flamini.*—16 Vid. Varr. Lectt. ad cap. 34.—17 Lamb. Grut. Græv. Verburg. *de ambitus causa,* errore typographico, ut aiunt Beck. et Orell.—18 *Proscripto* χ: *præsidio* C H S ψ et edd. nonnullæ.—19 C H S et Orell. *Si qui:* χ *Si quid.*—20 In χ deest *facere.* Tum *clamas* H et S. Porro χ *de lege.*—1 χ *sed peculii;* et ψ *non ligatum decl.*

CAP. LIV. 2 C ψ *in qua lege.* In Franc. 1. deest *lege.* Dein C *confutata est.*—3 C H S ψ omittunt voces *judicem quæst., hoc est.* Verba *hoc est, Q. Voconium* Schutzio suspecta sunt. In edd. 1471. Ven. 1480. Junt. legitur *com-*

NOTÆ

[f] *Plætorii*] Plætorius Fonteium repetundarum accusavit.

[g] *Flaminii*] Duo illi prætores constituti sunt, qui legi de sicariis præessent, propter reorum multitudinem; nam unus non sufficiebat.

[h] *Orchinii peculatus*] Loquitur de residuis pecuniis. Porro residuæ pecuniæ dicebantur, quæ apud eum, qui publicam pecuniam adminstrarat, supererant; cum vel in usum publicum erogari, vel in ærarium referri deberent.

[i] *Quid mea de pecuniis*] Cicero prætor de repetundis damnavit C. Licinium Macrum, Calvi oratoris patrem.

[k] *Aquillii*] Aquillius jurisconsultus fuit celeberrimus, de quo dictum est in Orat. pro Quintio.

[l] *Reliquæ quæstiones*] De majestate, de falso, &c. prætores quærebant.

[m] *Atti, reum*] Repetundarum quæstionibus tunc Cicero prætor præsidebat.

[n] *Te lege pecuniarum*] Hic ridet Attium, quod neque magistratum gesserit, neque judex, neque præfectus publicæ pecuniæ fuerit.

[o] *Qua lege hæc quæstio constituta est*] Cluentii causa non de corrupto judicio, sed de veneno constituta est.

[p] *Judicem quæstionis*] Quandoque prætor judex quæstionis dicebatur: immo sæpissime ille judex quæstionis non erat, ut in causa Verris patuit.

[q] *Qui ei obvenerint*] Sorte judices constituebantur.

lat, judices,) quærere de veneno. [*p.* 49.] In quem quærere? infinitum est. 'Quicumque fecerit,[r] vendiderit, emerit, habuerit, dederit.' Quid eadem lex statim adjungit? Recita. 'Deque[4] ejus capite quærito.'[t] Cujus? qui coierit?[s] convenerit? non ita est.[t] Quid ergo est? dic. 'Qui tribunus[5] militum legionibus quatuor primis,[u] quive quæstor[6] tribunus plebis.' Deinceps omnes magistratus nominavit.[7][x] 'Quive in senatu sententiam dixit, dixerit.' Quid tum?[8] 'Qui eorum coiit,[y] coierit,[9] convenit, convenerit, quo quis judicio[10] publico condemnaretur.' Qui eorum: quorum? videlicet, qui supra scripti sunt.[z] Quid interest, utro modo[a] scriptum sit?[11] Etsi est apertum, tamen ipsa lex docet. Ubi enim omnes mortales alligat, ita loquitur: 'qui venenum malum fecit,[12] fecerit.' Omnes viri, mulieres, liberi, servi in judicium vocantur.[13] Si item de coitio-

[t] *Quære contra eum.*

pellat.—4 H S ψ et Ven. 1483. *De,* omisso *que.* Tum *capite Q. quærito* C S ψ et Ven. 1480. *capite Quinte quærito* H: *capite Qu. quærito* Ven. 1483. *capite quoque quærito* Junt. Præterea *ejus qui coierit* Crat. Hervag. Naug. Cam.—5 H *tribunis.*—6 C H S T ψ, Dresd. Franc. 1. 2. Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. *quive quæstores:* χ *quive quæstoris.* Tum ed. Vict. *tribuni plebis.*—7 *Nominarat* H S ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. *nominatur* C: *nominantur* e conj. dedit Orell.—8 H S χ *Qui tum.*—9 Pro *coierit* in χ *conjecit.*—10 C H χ *quo quisque jud.* Verba *quo quis jud. publ. cond.* suspecta erant Manutio.—11 ψ *vero modo;* et χ *scripti sint.* Dein H S χ ψ *compertum.*—12 *Fecit* non est in χ.—13 H

NOTÆ

[r] *Quicumque fecerit*] Verba sunt legis Semproniæ, qua hæc quæstio constituta est.

[s] *Qui coierit*] Verba sunt Ciceronis interpellantis recitantem præconem.

[t] *Non ita est*] Nam si ita esset, omnes homines alligaret, atque ita Cluentius comprehenderetur; sed eum hac lege non teneri ipsa legis verba demonstrant.

[u] *Legionibus quatuor primis*] Legiones illæ ordinariæ dicebantur: duas enim legiones consules singuli habebant.

[x] *Deinceps omnes magistratus nominavit*] Hoc dicit Cicero, ne longus nimis videatur, si præco omnes magistratus nominet.

[y] *Qui eorum coiit*] His verbis ostendit Cicero Cluentium hac lege non teneri, cum neque esset magistratus, vel senator. Coire autem ii dicuntur, qui conscii sunt, et pecunia vel consilio impellunt, aut adjuvant judices, ut reum condemnent.

[z] *Qui supra scripti sunt*] Magistratus videlicet et senatores.

[a] *Utro modo*] Sive sint tribuni militum, sive tribuni plebis, quæstores, aliive magistratus.

ne voluisset, adjunxisset, 'quive[14] coierit.' Nunc ita est, 'Deque ejus capite quærito, qui magistratum habuerit, quive in senatu sententiam dixerit; qui eorum coiit, coierit.' 149. Num is est Cluentius?[15] certe non est. Quis ergo est Cluentius? qui tamen defendi causam suam lege nolit.[16] Itaque abjicio[17] legem: morem Cluentio gero: tibi tamen, Atti, pauca, quæ ab hujus causa sejuncta sunt, respondebo. Est enim quiddam in hac causa, quod Cluentius ad se; est[18] aliquid, quod ego ad me putem pertinere. Hic sua putat[19] interesse, se re ipsa, et gesto negotio,[b] non lege defendi: ego autem mea existimo interesse, me nulla in disputatione ab Attio videri esse superatum. Non enim mihi hæc causa[20] sola dicenda est.[1] Omnibus hic labor meus[c] propositus est, quicumque hac facultate defensionis contenti esse possunt.[2] Nolo quenquam eorum, qui adsunt, existimare, me, quæ de lege[3] ab Attio dicta sunt, si reticuerim, comprobare. Quamobrem, Cluenti, de te tibi obsequor:[d] neque ego legem recito, neque hoc loco pro te dico; sed ea, quæ a me desiderari arbitror, non relinquam.

LV. 150. Iniquum[e] tibi videtur, Atti, esse, non iisdem legibus omnes teneri. Primum (ut id iniquissimum esse confitear) hujusmodi est, ut commutatis eis opus sit legi-

vocentur. Tum χ *Si ita de concione.*—14 *Qui ne* χ: *nive* Ven. 1480. 1483. *inve* C H T.—15 C H S T et Oliv. *Num is Cluent.*—16 Lamb. 1566. *noluit.*—17 *Abicio* C: *obiicio* H: *ab initio* ψ.—18 C H ψ omittunt *est.* Mox in χ deest *putem.*—19 Junt. Steph. *Hic putat sua.*—20 *Causa* non est in χ.—1 '*Dicenda est*] In T desunt omnia ab his verbis usque ad verba c. 56. 'alligarentur, laborabant:' in χ usque ad verba 'Avitus accusatur,' ibid. in ed. 1471. usque ad verba: 'accusarentur, qua nunc,' ibid. Atque eam lacunam in Mss. quibusdam esse Ern. ostendit.' *Beck.*—2 C *possint.*—3 H *qua de lege.*

NOTÆ

[b] *Et gesto negotio*] Id est, vult Cluentius defendi eo modo quo tota hæc res gesta est, quod scilicet judices non corruperit.

[c] *Labor meus*] Defendendis omnibus, non soli Cluentio, se offert.

[d] *De te tibi obsequor*] Cum facto, non lege defendi, velit Cluentius, obsequi se Cicero profitetur.

[e] *Iniquum, &c.*] Sensus est, iniquum esse dicis non iisdem legibus omnes teneri: quod tu dicis, iniquissimum esse confiteor, nempe leges commutare, et a legibus discedere. Utrumque accidet, si hac lege equester ordo teneatur.

bus, non ut iis, quæ sunt, non pareamus.[4] Deinde quis unquam hoc senator accusavit,[5] ut, cum altiorem gradum dignitatis,[u] beneficio populi Romani esset consecutus, eo se putaret durioribus[f] legum conditionibus uti non[6] oportere? Quam multa sunt commoda, quibus caremus![g] quam multa molesta ac difficilia, quæ subimus! atque hæc omnia tantum[7] honoris et amplitudinis commodis[8] compensantur. Converte nunc[9] ad equestrem ordinem, atque in ceteros[x] ordines; easdem vitæ conditiones non perferent. Putant enim, minus multos sibi laqueos[y] legum, et conditionum, ac judiciorum propositos esse oportere, qui in[10] summum locum civitatis aut non potuerint[h] ascendere, aut non petiverint.[11][i] 151. Atque, ut omittam leges alias omnes, quibus nos tenemur, ceteri autem[12] sunt

[u] *Magistratum.* [x] *Plebeios.* [y] *Pericula.*

CAP. LV. 4 Sylvius corrigit, *Primum ut . . . confiteor, hujusm. est, ut comm. iis opus sit leg., ut iis, quæ sunt, non pareamus.* Pro *eis* in C legitur *ejus.* ' Vel *eis* vel *legibus* delendum est: prius videri potest ortum ex geminatione præcedentis syllabæ *tis,* alterum e gloss. Malim autem prius deleri, quod mirum mihi accidit etiam propter sequens *iis,* pro quo tamen lego *his.*' Orell. qui notavit locum ut corruptum. Vid. Nott. Varr.—5 Vulg. *hoc senator accusavit.* Lamb. 1566. *hoc sen. recusavit, quin quum, &c.* Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. *hoc sen. accusavit? ut quum, &c.* Lamb. conj. *hoc sen. recusavit, ut quo, &c.* Scheller. legi jubet *sibi arrogavit,* vel *sumsit,* vel simile quid: hinc Schutz. edidit *hoc sen. sibi arrogavit, ut quum, &c.* Beck. arbitrabatur Ciceronem scripsisse *excusavit.*—6 H S χ, Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. Hervag. omittunt *non.*—7 ' Lamb. edidit *tamen.* Quid si *tacite* aut *tandem?*' Grut.—8 C H ψ *commodo.*—9 Grævius e Franc. 1. edidit, *Converte nunc te;* atque eum secuti sunt Oliv. et Lall. Conjecit Mich. Brutus *Confer te nunc;* Gruter. *Convertere nunc.* Maluit Ern. *Converte te nunc,* ut legi jusserat Sigon. de Jure Civ. II. 3. probante etiam Garaton. Mox, Lamb. 1566. Beck. Schutz. et Orell. sic distinxere, *in ceteros ordines easdem vitæ cond.*—10 C H S omittunt præpositionem ante *summum locum.*—11 Pro vulg. *potuerunt . . . petiverunt,* Ern. e conj. cum Beck. et Schutz. edidit *potuerint . . . petiverint.* Weiske dedit *potuerunt . . . petiverint.*—12 *Autem* Orellio suspectum est.—

NOTÆ

[f] *Se putaret durioribus*] Durioribus legibus magistratus quam privati homines tenebantur.

[g] *Quibus caremus*] Se, eosque significat, qui beneficio populi magistratus gerunt.

[h] *Non potuerint*] Cum multi sæpe repulsam paterentur, non poterant adipisci magistratus.

[i] *Aut non petiverint*] Aliqui contenti mediocri sua fortuna, et majorum suorum ordine, non petebant magistratus.

ordines liberati; hanc ipsam legem,[k] 'ne quis judicio circumveniretur,' C. Gracchus[l] tulit: eam legem pro plebe, non in plebem tulit. Postea L. Sulla, homo a populi causa remotissimus,[m] tamen, cum ejus rei quæstionem[n] hac ipsa lege constitueret, qua vos hoc tempore judicatis, populum Romanum, quem ab hoc genere liberum[z] acceperat, alligare[a] novo quæstionis genere ausus non est. [*p.* 50.] Quod si fieri posse existimasset; pro illo odio, quod habuit in equestrem ordinem,[o] nihil fecisset[13] libentius, quam omnem illam acerbitatem proscriptionis suæ, quæstus in veteres judices,[14] [p] in hanc unam quæstionem contulisset.[15]

152. Nec nunc quicquam[16] agitur, (mihi credite, judices, et prospicite id quod providendum est) nisi ut equester ordo[17] in hujusce legis periculum includatur. Neque hoc agitur ab omnibus,[q] sed a paucis: nam ii senatores, qui se facile tuentur integritate[18] et innocentia, quales (ut vere dicam) vos estis, et ceteri, qui sine cupiditate[r] vixerunt,

[z] *Non teneri hac lege.* [a] *Obstringere.*

13 Ern. censebat *fecisset* delend.—14 *Questus in vet. jud.* Hervag. Cam. Grut. Oliv. Lall. *quæstus in vet. jud.* Ven. 1483. Crat. Græv. *suæ, in equestres judices in hanc* Junt. *suæ, qua est usus in vet. jud.* e conj. Manutii, dederunt Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Delevit Lamb. 1566. *quæstus in vet. jud.* [c] Codd. non magnopere juvant: nam in omnibus Pall. est lacuna integri folii. Eadem in Dresd. Franc. 2. et ed. 1471. In Franc. 1. est ut vulg. Nonnulli legerunt *in equestres judices*, auctore Sylvio.' *Beck.* Vid. Nott. Varr.—15 *Obtulisset* C H S ψ, Ven. 1480. Med. Junt. *attulisset* Ald.—16 Sylv. *aliud quicquam.*—17 Pro *equester ordo* Beck. e ψ et Franc. edidit *eques Romanus*, prob. Grævio. Mss. Lambini *equites Rom.* In C H S *eques* tantum legitur. Mox *concludatur* Ms. Lamb.—18 H *in integritate.* Dein C *ut vero dicam.*—

NOTÆ

[k] *Hanc ipsam legem*] Legem indicat qua hæc quæstio constituta est.

[l] *C. Gracchus*] Tribunus plebis.

[m] *A pop. causa remotissimus*] Sulla contra plebem nobilibus favebat; ideoque a populi causa remotissimus erat.

[n] *Ejus rei quæstionem*] Equites lege Sempronia, quam Gracchus tulerat, judicaverunt; sed iis iratus, Sulla, hac ipsa lege constituit, ut de iis, qui judicaverant, quæreretur.

[o] *In equestrem ordinem*] Equester ordo favit Cinnæ contra Sullam, ut refert Asconius.

[p] *In veteres judices*] Equites videlicet, qui per annos fere quinquaginta judicarunt, quos Sulla et hac judicandi potestate privavit, et crudelissime proscripsit.

[q] *Agitur ab omnibus*] Senatoribus.

[r] *Sine cupiditate*] Laudat illos qui nullam, ob rem judicandam, pecuniam acceperunt.

equites ordini senatorio dignitate proximos, concordia conjunctissimos esse cupiunt: sed ii,[19] qui se volunt posse omnia, neque præterea quicquam esse, aut in homine ullo, aut in ordine; hoc uno metu se putant equites Romanos in potestatem suam[20] redacturos, si constitutum esset, ut de iis, qui rem judicarent,[b] hujusmodi judicia fieri possent.[1] Vident[2] enim auctoritatem hujus ordinis[s] confirmari: vident judicia[t] comprobari: hoc metu proposito, evellere se aculeum[u] severitatis vestræ posse confidunt. 153. Quis enim de homine audeat, paulo majoribus[3] opibus prædito, vere et fortiter judicare; cum videat, sibi de eo, quod coierit aut consenserit, causam esse dicendam? LVI. O viros fortes, equites Romanos! qui homini clarissimo ac potentissimo, M. Druso, tribuno plebis, restiterunt,[x] cum ille nihil aliud ageret cum illa cuncta, quæ tum erat, nobilitate,[y] nisi uti, qui res judicassent,[4] hujuscemodi quæstionibus[z]

[b] *Essent causæ judices.*

19 C *sed hi.*—20 C S ψ *in potestate sua.*—1 Vulg. *si const. est, ut . . . possint.* Lamb. *si const. sit, ut . . . res judicarint:* hinc dedit Orell. *si sit const., ut . . . rem judicarint, possint.* Græv. conjecit *si const. esset* legend. unde ediderunt Ern. Beck. Schutz. *si const. esset . . . possent.* Weiske *si const. esset . . . rem judicent . . . possent.* In C legitur *ejusmodi judicia;* in H et S *hujuscemodi judicia.*—2 ψ hic et paulo post *videant.*—3 C *majoris.*

CAP. LVI. 4 Verba *cum illa cuncta . . . nobilitate* Grævio spuria videntur. 'In utraque Ven. est, *quem cum illa, quæ tum erant nobilitatis, nisi utique rem judic.* Hæc Naug. paululum immutavit, deditque, *quam ut illa cuncta, quæ tum erat nobilitatis, utique rem judic. Quam cum* legitur etiam in C H ψ. In H S ψ, Franc. 1. *erant* pro *erat;* in iisdem *nobilitatis.* Tum C H S *utique,* pro *uti qui;* et C H S ψ *rem.* Pantagath. ap. Ursin. lectionem libri Ms. *nisi utique rem,* ita emendavit, *ut si inique rem,* vel *ii si inique rem, &c.* Tutius edi *rem judic.* existimat Garaton. At sermo est de pluribus judiciis.' *Beck.* In Hervag. et Camerar. legitur, *cum illa cuncta, quæ tum erat, nobilitate, nisi uti quicunque rem judicassent:* in Junt. Crat. *quam ut illa cuncta quæ tum erant no-*

NOTÆ

[s] *Hujus ordinis*] Ordinem senatorium dicit, qui, societate cum equitibus inita, confirmatur magis, et stabilitur.

[t] *Vident judicia*] Jam per equites et senatores exercebantur judicia.

[u] *Evellere se aculeum*] Id est, sperant equites non severe judicaturos esse: utitur autem sumta ab apibus translatione, quæ avulso aculeo non pungunt.

[x] *Tribuno plebis, restiterunt*] Drusus senatus causam contra Gracchum defendit. De eo agetur in Orat. pro Rabirio Postumo.

[y] *Quæ tum erat, nobilitate*] Equites intelligit, qui tum soli judicabant.

[z] *Hujuscemodi quæstionibus*] Id est, hac lege Sempronia.

in judicium vocarentur. Tunc C. Flavius Pusio, Cn. Titinnius,[5] C. Mæcenas, illa robora populi Romani, ceterique[6] hujuscemodi ordinis, non fecerunt idem, quod nunc Cluentius, ut aliquid culpæ suscipere se putarent, recusando: sed apertissime repugnarunt, cum hæc recusarent,[7] et palam fortissime atque honestissime dicerent,[8] se potuisse judicio populi Romani in amplissimum locum[a] pervenire, si sua studia[9] ad honores petendos conferre voluissent; sese vidisse, in ea vita[e] qualis splendor inesset, quanta ornamenta, quæ dignitas: quæ se non contemsisse, sed ordine suo, patrumque suorum, contentos[10] fuisse; et vitam illam tranquillam et quietam, remotam a procellis invidiarum, et hujuscemodi judiciorum anfractu,[11] sequi maluisse. 154. Aut sibi ad honores petendos ætatem integram restitui oportere; aut, quoniam id non posset, eam conditionem vitæ, quam secuti,[12] petitionem reliquissent, manere: iniquum esse, eos, qui honorum[13] ornamenta, propter periculorum multitudinem, prætermisissent, populi beneficiis esse privatos, judiciorum novorum periculis non carere: senatorem hoc queri non posse, propterea quod ea conditione proposita petere cœpisset; quodque permulta[14] essent ornamenta, quibus eam mitigare molestiam posset; locus, auctoritas, domi splendor, apud exteras nationes nomen et gratia, toga prætexta,[15] sella curulis, [insignia,] fasces, exercitus, imperia, provinciæ: quibus in rebus cum

[e] *In gerendo magistratu.*

bilitatis nisi utique rem jud. Vulg. ut Ern.—5 *Titimnium* C S: *Tuntinnius* ψ: *Titinius* Junt. Lamb. et Orell.—6 In H et S legitur *ceterisque.* Dein, '*Hujuscemodi ordinis*] Hoc corruptum. *Ordinis* deleri jussit Gulielm. *Hujus ordinis* Schutz. e conj.' *Orell.*—7 Manut. legi jussit *cum et recus.*—8 Sylvius legi mavult *dixerunt.*—9 ψ *si qua studia.*—10 Idem Ms. *contentus.*—11 In C H S ψ deest *anfractu.*—12 ψ *secū*: C H *secum.* Vid. Nott. Varr.—13 'In ed. Gronovii vitio operarum est *bonorum*, quod male per negligentiam servatum et propagatum est.' *Ern.*—14 H *quod perm.*—15 Inter *toga* atque *prætexta* C S ψ inserunt copulam *et.* Tum e suspicione Gulielmii Schutzius delevit vo-

NOTÆ

[a] *Amplissimum locum*] De consulatu loquitur, qui locus et dignitas in repub. longe fuit maxima.

summum[16] recte factis majores nostri præmium, tum plura peccatis[b] pericula proposita esse voluerunt. Illi[c] non hoc recusabant, ea ne lege accusarentur, qua nunc[17] Avitus accusatur, quæ tunc erat Sempronia, nunc est Cornelia:[d] intelligebant enim, ea lege equestrem ordinem non teneri: sed ne nova lege alligarentur, laborabant. 155. Avitus ne hoc quidem unquam recusavit, quo minus vel ea lege rationem vitæ suæ redderet, qua non teneretur. Quæ si vobis conditio placet; omnes id agamus, ut hæc quam primum in omnes ordines[e] quæstio perferatur.[18]

LVII. Interea quidem, per Deos immortales! quoniam omnia commoda nostra, jura, libertatem, salutem denique legibus obtinemus, a legibus non recedamus:[f] [*p.* 51.] simul et illud quam sit indignum,[19] cogitemus, populum Romanum aliud nunc agere; vobis rempublicam et fortunas suas commisisse; ipsum[20] sine cura esse; non metuere, ne lege ea,[1] quam nunquam ipse jusserit, et quæstione, qua se solutum liberumque esse arbitretur,[2] per paucos judices astringatur. 156. Agit enim sic causam T. Attius, adolescens bonus[g] et disertus: omnes cives legibus teneri[3] omnibus: vos attenditis[h] et auditis silentio, sicut fa-

cem *insignia*, quam Ern. Beck. et Orell. uncis incluserunt.—16 *Cum summa* C S, Junt. *consummatum* H: *consumma* ψ. Mox, pro *præmium tum*, in C S, Ven. 1480. 1483. Ald. *permixtum;* H *præmium*, sine particula *tum;* ψ *premixtu;* ed. Junt. et Orell. *præmia tum*, quod Garaton. probaverat. Vulg. ut Ern.—17 C non habet *qua nunc*. Mox, in C H S χ *quæ tum erat*.—18 *Proferatur* C: *conferatur* χ.

CAP. LVII. 19 C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. Lamb. *iniquum*.—20 *Ipsum* abest a sex Oxonn. Mss. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam.—1 In H deest *ea*. Pro *nunquam* in C et χ legitur *nunc*.—2 C S T χ ψ *arbitraretur*.—3 Pro *teneri* χ habet *ceteri*. In T deest *vos*. Porro Lamb. delevit verba *et*

NOTÆ

[b] *Plura peccatis*] Majores non recte factis plura pericula proposita esse voluerunt; ut accusationes, exilia, &c.

[c] *Illi*] Pusio, Titinnius, et Mæcenas.

[d] *Nunc est Cornelia*] Cornelia lex dicitur, vel quia eam Sulla iterum tulit, vel quia confirmavit; quia novæ pop. Rom. subjicere noluit.

[e] *In omnes ordines*] Equestrem et plebeium.

[f] *A legibus non recedamus*] Vult Cicero ut leges retineantur, quibus equester ordo non subjacet.

[g] *Attius, adolescens bonus*] Adolescentes sibi gloriam et nomen facturi accusabant, ut sæpius dictum est.

[h] *Attenditis*] Revocat attentionem

cere debetis. A. Cluentius, eques Romanus, causam dicit ea lege, qua lege[4] senatores, et ii, qui magistratum habuerunt, soli tenentur: mihi per eum, recusare, et in arce legis præsidia constituere defensionis meæ, non licet. Si obtinuerit causam Cluentius, (sicuti[5] vestra æquitate nixi[6] confidimus) existimabunt, id quod erit, obtinuisse propter innocentiam, quoniam ita defensus sit; in lege autem, quam attingere noluerit, præsidii[7] nihil fuisse. 157. Hic nunc est quiddam, quod ad me pertineat, de quo ante dixi, quod ego populo Romano præstare debeam, quoniam is meæ vitæ status est,[d] ut omnis mihi cura atque opera posita sit in omnium periculis[8] defendendis. Video, quanta, et quam periculosa, et quam infinita quæstio tentetur ab accusatoribus, cum eam legem, quæ in nostrum ordinem scripta sit,[9] in populum Romanum transferre conentur. Qua in lege est, 'qui coierit;'[10] [i] quod quam late pateat,[k] videtis. 'Convenerit;'[1] æque infinitum et incertum est.[11] [m] 'Consenserit:' hoc vero cum incertum et infinitum, tum obscurum[n] et occultum est. 'Falsumve testimonium dixerit.' Quis de plebe Romana testimonium dixit unquam, cui non hoc periculum, T. Attio auctore, paratum esse videatis? nam dicturum quidem certe,[12] si hoc judicium

[d] *Ita institui meam vitam.*

auditis. Denique pro *sicut* in χ legitur *ut.*—4 χ omittit *qua lege.*—5 C *sicut.*—6 Mss. nonnulli *nisi.* Dein, ante *existimabunt* C H S T χ ψ et edd. ante Lamb. cum Beck. Weiske et Orell. inserunt *omnes.* Aliæ edd. omittunt.—7 C *præsidiis.*—8 Lamb. *in hominum peric.*—9 χ *scripta sint.* Mox C *conetur.*—10 C *quo coierit.*—11 Verba *incertum est* in χ desunt. Tum ψ *senserit: hoc modo cum, &c.* Præterea, verba *incertum et* omittunt H S T ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Steph. In C desunt verba *et infinitum.*—12 *Quidem* in C, *certe*

NOTÆ

judicum, ut audiant quæ ab Attio dicuntur.

[i] *Qui coierit*] Principium verborum illius legis, de qua superius dictum est.

[k] *Late pateat*] Late patet hæc lex, quia omnes ad unum complectitur, sive sint privati, sive in dignitate constituti.

[l] *Convenerit*] Verbum legis, de qua superius.

[m] *Incertum est*] Quia non patet ad quos proprie pertineat.

[n] *Tum obscurum*] Obscurius est consentire, quam coire.

plebi Romanæ propositum sit, neminem unquam esse confirmo. 158. Sed hoc polliceor omnibus,[e] si cui forte hac lege negotium facessetur,[13] qui lege non teneatur, si is uti me defensore voluerit, me ejus causam legis præsidio defensurum; et vel his judicibus, vel eorum similibus,[14] facile probaturum, et omni me defensione usurum esse legis: qua nunc ut utar, ab eo, cujus voluntati mihi obtemperandum est, non conceditur. LVIII. Non enim debeo dubitare, judices, quin, si qua ad vos causa hujusmodi delata sit ejus, qui lege non teneatur, etiamsi is invidiosus,[15] aut multis offensus esse videatur, etiamsi eum oderitis, etiamsi inviti absoluturi sitis, tamen absolvatis; et religioni potius vestræ, quam odio pareatis. 159. Est enim sapientis judicis,[16] cogitare, tantum sibi a populo Romano esse[17] permissum, quantum commissum et creditum sit: et non solum sibi potestatem datam, verum etiam fidem habitam esse meminisse: posse, quem oderit, absolvere; quem non oderit, condemnare: et semper, non quid ipse velit, sed quid lex et religio[f] cogat, cogitare: animadvertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in quæstione versetur. Cum hæc[18] sunt videnda, tum vero illud est hominis magni, judices,[19] atque sapientis, cum illam[20] judicandi causa tabellam sumserit,[o] non se putare esse solum,[1] neque sibi, quodcumque concupierit, licere; sed habere in consi-

[e] *Reis omnibus.* [f] *Conscientia.*

in ψ deest.—13 χ *facesseretur.* Ap. Priscian. p. 789. *facessitur.* Mox χ *si is ut me defensorem vol.*—14 C H S ψ *simillimis.* In ψ quoque *facillime.*

CAP. LVIII. 15 χ *et si is invid.* Mox C *et si eum od.*—16 T *Est enim pacientis jud.* Post *judicis* edd. antiquiss. (præter 1471.) Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. addunt *meminisse se hominem.*—17 *Esse* non est in χ. Dein Junt. Lamb. et Orell. *quantum comm. sit et cred.* Denique χ omittit *sibi* ante *potestatem.*—18 Ern. legi vult, *Et cum hæc.*—19 H *judicis:* ψ *judicii.*—20 In χ *cum illa.* 'Lambinus malit deleri *causa:* sed mihi durius etiam videtur *tabella judicandi:* certe glossam sapit *jud. causa.*' Ern.—1 Pal. 2. *non sic pu-*

NOTÆ

[o] *Tabellam sumserit*] Prætores judicibus ceratas tabulas dabant, cum clam judicandum erat, in quibus describebatur suffragium litera A, si reus absolveretur; C, si condemnaretur: tum in urnam conjiciebantur, ut tabulæ illæ confunderentur, quas quæsitor extrahebat.

lio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem, odium,[2] invidiam, metum, cupiditatesque omnes amovere: maximique[3] æstimare conscientiam mentis suæ, quam ab Diis immortalibus accepimus, quæ a nobis divelli non potest; [*p.* 52.] quæ si optimorum consiliorum atque factorum testis in omni vita nobis erit, sine ullo metu, et summa cum honestate vivemus. 160. Hæc si T. Attius aut cognovisset, aut cogitasset; profecto ne conatus quidem esset dicere, (id quod multis verbis egit)[4] judicem, quod ei videatur,[p] statuere, et non devinctum legibus esse oportere. Quibus de rebus mihi pro Cluentii[5] voluntate, nimium; pro reipublicæ dignitate,[6] parum; pro vestra prudentia, satis dixisse videor. Reliqua perpauca sunt, quæ, quia vestræ quæstionis erant,[7] idcirco illi statuerunt sibi fingenda esse,[q] et proferenda, ne omnium turpissimi reperirentur,[8] si in judicium nihil, præter invidiam, attulissent. LIX. Atque, ut existimetis, necessario me de his rebus, de quibus jam dixerim, pluribus egisse verbis, attendite reliqua: profecto intelligetis, ea, quæ paucis demonstrari potuerunt,[9] brevissime esse defensa.

161. Cn. Decio[10] [r] Samniti, ei, qui[11] proscriptus est, injuriam in calamitate ejus ab hujus familia factam esse dixistis. Ab nullo ille liberalius, quam a Cluentio, tracta-

tare esse solum. Lamb. e conj. dedit, *reputare non se esse solum.*—2 χ *libid. aut odium.* Mox T et Lamb. *cupiditatemque omnem.*—3 Junt. *maximi,* sine *que:* Mss. plerique, Junt. Grut. Græv. Oliv. Lall. *maximeque.* Pro *æstimare* in H S χ *existimare.*—4 χ *quod multis rebus egit,* omisso *id.* In C *eget.* Mox χ et ψ *videtur.*—5 χ *pro Cluentio.*—6 C *pro rei dign.*—7 H *erunt.* Mox χ *tibi.* Pro *fingenda esse* ψ et Ven. 1483. habent *fugienda esse;* Junt. *fugiendu non esse.*—8 ψ *reperientur.*

CAP. LIX. 9 Lamb. *potuerint.*—10 *Decido* C H S: *Decidio* ψ.—11 *Qui* non est in ψ. Mox H et S *calamitatem.* Dein H *ab ejus fam.* Porro C H S

NOTÆ

[p] *Quod ei videatur*] Reprehendit Attium dicentem, judicem posse ad arbitrium suum judicare, etiamsi contra leges judicet.

[q] *Fingenda esse*] Conficta ait fuisse veneficii crimina, quibus accusatur Cluentius.

[r] *Cn. Decio*] Maledicta profert, quæ ex anteacta vita Cluentii ab accusatoribus allata sunt, quo verisimilius objectum veneficii crimen reddant.

tus est. Hujus illum opes in rebus ejus incommodis[12] sublevarunt. Atque hoc cum[13] ipse, tum omnes ejus amici necessariique cognorunt. Ancarii[14] et Paceni pastoribus hujus villicos vim et manus[15] attulisse.[s] Cum quædam in collibus (ut solet) controversia pastorum esset orta; Aviti villici rem domini,[16] et privatam possessionem defenderunt. Cum esset expostulatio facta;[t] causa illis demonstrata, sine judicio controversiaque discessum est.[17] 162. P. Ælii testamento propinquus exhæredatus cum esset, hæres hic alienior[g] institutus est. P. Ælius Aviti[18] merito[h] fecit; neque hic in testamento faciendo interfuit: idque testamentum[19] ab hujus inimico Oppianico est obsignatum. Florio[20] legatum ex testamento infitiatum esse. Non est ita; sed cum H-S XXX[u] scripta essent pro H-S[1] CCC,[x] neque ei satis cautum[i] videretur; voluit eum aliquid acceptum referre liberalitati suæ:[2] primo deberi negavit; post sine controversia solvit. Cœlii[3] cujusdam Samnitis uxorem post bellum ab hoc esse repetitam. Mulierem cum emisset de sectoribus;[4][y] quo tempore eam primum liberam esse[z] audivit, sine judicio reddidit Cœlio.[5] 163. Ennium

[g] *Nullo modo propinquus.* [h] *Beneficio.* [i] *Provisum.*

χ ψ et edd. pleræque ante Lamb. *dixisti.*—12 C H S ψ *incommodissimis.*—13 χ *Atque hoc tum.*—14 C et ψ *Ancharii.* Pro *hujus*, quod in C deest, T habet *ejus.* Tum Ms. Sylvii, ed. Steph. Lamb. Ern. Beck. Schutz. et Orell. *villicos.* Ceteri *villicum.*—15 T et χ *manum.*—16 Pro *domini* ψ habet *diu.* Mox in eodem legitur *destenderunt.*—17 C H S ψ *sine jud., sine controversia disc. est.*—18 C *Abito.*—19 ψ *atque test.*—20 Ms. Sylv. *Floro.*—1 In utroque loco *H-S* omittunt H S T ψ. Mox pro *cautum* in ψ *tantum.*—2 H S *liberalitatis;* et χ *tuæ.* Tum *debere neg.* χ, Crat. Grut. Oliv. Lall. *debere se neg.* Lamb.—3 Al. *Cœlii.* Pro *Cœlii* C H S T ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. habent *Cn.* χ *Gn.*—4 T *emissent;* et Lamb. *a sectoribus.*—5 C *Ceio.* Dein

NOTÆ

[s] *Attulisse*] Dixerunt accusatores pastoribus Ancarii vim attulisse.

[t] *Cum esset expostulatio facta*] Cum illi pastores apud amicos conquesti essent, quasi violatum esset officium amicitiæ, de ea re nihil ab illis judicatum est.

[u] *H-S XXX*] Triginta millia sestertiorum, seu tria librarum millia.

[x] *H-S CCC*] Trecenta millia sestertiorum triginta librarum millia efficiunt.

[y] *Sectoribus*] Sectores, ex Asconio, sunt æstimatores, redemtoresque bonorum damnati et proscripti, qui spem lucri sui secuti, bona condemnatorum semel auctionantur.

[z] *Liberam esse*] Ex lege Flavia cri-

esse quendam, cujus bona teneat Avitus. Est hic Ennius egens quidam, calumniator,[a] mercenarius[b] Oppianici, qui permultos annos quievit; deinde aliquando cum servo Aviti furti egit;[6] nuper ab ipso Avito petere cœpit. Hic illo privato judicio, (mihi credite) nobis[7] iisdem fortasse patronis, calumniam[c] non effugiet. Atque etiam, ut nobis renuntiatur, hominem multorum hospitum,[8][d] A. Binnium quendam, coponem,[9][e] de via Latina,[f] subornatis;[g] qui sibi, a Cluentio servisque ejus, in taberna sua manus allatas esse dicat. Quo de homine, nihil etiam nunc dicere nobis est necesse. Si invitaverit,[10] (id quod solet) sic hominem[11] accipiemus, ut moleste ferat, se de via decessisse. 164. Habetis,[k] judices, quæ in totam vitam de moribus[12] A. Cluentii, quem illi invidiosum[13] reum volunt esse, annos octo[h] meditati accusatores collegerunt: quam levia, genere ipso! quam falsa, re![14] quam brevia, responsu![i]

[k] *Audivistis.*

C χ *Emnium*, et paulo post *Emnius*. In χ deest *hic*.—6 ψ *servo Abito;* et χ *fur egit*.—7 C H S χ ψ *vobis*.—8 Franc. 1. et Ms. Vict. *hom. mult. hospitem*, probb. Sylvio et Ernesto. Græv. conjecit, *hominum multorum hospitem*. Tum *Brivium* C H S ψ, Dresd. et edd. vett. *Bivium* χ et Pal. 2. *Binium* Pal. 1. 4. 7. *Binum* Pal. 3. 5. *Albinum* T et Pal. 6.—9 Ven. 1480. *coponem:* alii *cauponem*. Mox, χ *subornatus*.—10 C *Si invitaveris*.—11 χ *si hom.* Paulo post, T *recessisse*.—12 Prò verbis *de moribus*, quæ in C et χ desunt, Lamb. habet *et mores*.—13 Loco *invidiosum* χ exhibet *in judicio suum*.—14 T *falsæ res:* H

NOTÆ

men erat capitale, si quis sciens hominem liberum emisset.

[a] *Calumniator*] Calumniator dicitur, qui vel falsa crimina intendit, vel qui rem sibi non debitam judicio petit.

[b] *Mercenarius*] Mercenarius famulus est, qui operam suam mercedis causa alicui locat.

[c] *Calumniam*] Id est, calumniæ damnationem.

[d] *Multorum hospitum*] Hospites aut honestatis aut quæstus causa recipiebat. Hospes autem tam significat eum qui accipit, quam qui accipitur.

[e] *Coponem* [*cauponem*] Caupo dicitur eduliorum et vini venditor; quique viatores, mercede data, apud se recipit.

[f] *De via Latina*] Binnius tabernam habebat, seu diversorium ad viam Latinam.

[g] *Subornatis*] Accusatorem subornant, ut dicat se vim passum esse a Cluentio.

[h] *Annos octo*] Ab Oppianici judicio ad hoc usque tempus, quo hæc causa agitur, octo anni intercesserunt.

[i] *Responsu*] 'Responsu' in ablativo tantum dicitur, ut 'jussu,' 'horta-

LX. Cognoscite nunc id, quod ad vestrum jusjurandum pertinet, quod vestri judicii est, quod vobis oneris imposuit ea lex, qua coacti[l] huc convenistis, de criminibus veneni; ut omnes intelligant, quam paucis verbis hæc causa perorari potuerit, et quam multa a me dicta sint, quæ ad hujus voluntatem maxime, ad vestrum judicium minime pertinerent.[k]

165. Objectum est,[1] C. Vibium Capacem[15] ab hoc A. Cluentio veneno esse sublatum. Opportune adest homo summa fide et omni virtute præditus, L. Plætorius,[16] senator, qui illius Capacis[17] hospes fuit et familiaris. [*p.* 53.] Apud hunc ille Romæ habitavit, apud hunc ægrotavit, hujus domi est mortuus. At hæres est Cluentius.[18] Intestatum dico[m] esse mortuum, possessionemque ejus bonorum,[19] prætoris edicto, huic,[20] illius sororis filio, adolescenti pudentissimo, et in primis honesto, equiti Romano datam, Numerio Cluentio, quem videtis.

166. Alterum veneficii[1] crimen, Oppianico huic adolescenti, cum ejus in nuptiis, more Larinatium,[2] multitudo hominum pranderet, venenum Aviti consilio paratum: id cum daretur in mulso,[n] Balbutium quendam, ejus familiarem, intercepisse, bibisse, statimque esse mortuum. Hæc

[l] *Congregati.*

falsa, omisso *re*. In χ desunt voces *quam falsa, re*. Mox *responsa* C H S T ψ.

CAP. LX. 15 Ven. 1480. 1483. *C. Vibium Cauponem*, et mox *Cauponis*. Sic etiam Mss. quidam, teste Sylvio.—16 C *Prætorius:* ψ *Pretorius.*—17 C *Capiti:* H S *Capaci:* χ *Capadoci:* ψ *Capaci hominis.*—18 In C H S ψ, Ven. 1483. desunt verba *At hæres est Cluentius*. Pro *At* χ et Ven. 1480. habent *Aut:* edd. ceteræ ante Lamb. *Haud.*—19 χ *possessioueque bon.*—20 C H S ψ et Ven. 1483. omittunt *huic*. Mox in ed. Junt. et Manut. *prudentissimo:* in χ *purissimo.*—1 ' C *beneficii*, ex antiqua pronuntiatione.' *Beck.*—2 χ *Lari-*

NOTÆ

tu,' &c. quibus ablativis præpositio non additur.

[k] *Minime pertinerent*] Quia tantum de criminibus veneni hæc quæstio constituta est, de aliis vero minime: itaque de veneno judicare tantum poterant.

[1] *Objectum est*] Primum crimen veneni.

[m] *Intestatum dico*] Intestatus moritur, qui vel nullum fecit testamentum, vel non jure fecit, aut id quod fecerat, irritum factum est.

[n] *In mulso*] Mulsum potio est, quæ fit ex melle et vino, (Plin. XXII. 24.) qua primam sitim mitigabant.

ego[3] si sic agerem, tanquam mihi crimen esset diluendum,[4] hæc pluribus verbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea. 167. Quid unquam Avitus in se admisit,[m] [5] ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? quid autem magnopere Oppianicum metuebat? cum ille verbum omnino in hac ipsa causa[6] nullum facere potuerit:[o] huic autem accusatores, matre viva, deesse non possent: quod jam intelligetis.[7] An ut de causa ejus periculi nihil decederet, ad causam novum crimen accederet? quod autem[8] tempus veneni dandi illo die? in illa frequentia? per quem porro datum? unde sumtum? quæ deinde interceptio poculi?[p] cur non de integro[n] autem datum? Multa sunt, quæ dici possunt; sed non committam, ut videar non dicendo voluisse dicere; res enim jam[9] se ipsa defendat. 168. Nego, illum adolescentem, quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis,[10] omnino illo die esse mortuum. Magnum et impudens[11] mendacium. Perspicite cetera. Dico, illum, cum ad illud prandium crudior venisset,[q] et, ut ætas[12] illa fert, sibi tamen non pepercisset;[o] aliquot dies ægrotasse, et ita esse mortuum. Quis huic rei testis est? idem, qui sui luctus, pater: pater, inquam, illius ado-

[m] *Quod unquam admisit scelus.* [n] *Iterum.* [o] *Temperasset.*

natum.—3 Sex Oxonn. Mss. ed. 1471. Steph. Lamb. 1566. Beck. Schutz. et Orell. *Hoc ego;* et sic Quintil. IX. 2. 48.—4 ψ *tamen mihi;* et χ *esse diluend.* Ern. *hæc* deleri jussit.—5 χ *admiserit.* Dein C *ut tantum,* omisso *hoc.*—6 χ *tum ille verbum omn. in hac causa.* Dein Ven. 1480. Junt. Lamb. et Orell. *facere nullum potuerit.*—7 C *possunt:* Lamb. *id quod:* et χ *jam intelligitis.*—8 In χ deest *autem.*—9 H caret *jam.* Tum *defendit* C H S ψ: *defendet* Steph. Lamb. et Orell.—10 C *dixisti.*—11 T *imprudens.* Dein *Persp. et cet.* C H S χ ψ.—12 ψ *crudelior ven., et, cum ætas.* χ *ipsa fert.* Tum *sibi tamen non pep.* ed. 1471. Ern. Schutz. et Orell. Omnes aliæ edd. *sibi tum non pep.* In χ

NOTÆ

[o] *Verbum nullum facere potuerit*] Pueri ante annum decimum septimum ætatis accusare quenquam, aut defendere prohibebantur. Ulp. lib. Digest. 3. tit. de Postulando.

[p] *Interceptio poculi*] Id est, si intercepit, antequam iterum infunderetur, cur non is mortuus est, qui illi præbibit?

[q] *Crudior venisset*] Cum stomachus pridiana cœna non cocta ita repletus esset, ut cibos concoquere non potuisset.

lescentis; quem, propter animi dolorem, pertenuis suspicio[r] potuisset[13] ex illo loco testem in A. Cluentium constituere; is[14] hunc suo testimonio sublevat;[p15] quod recita. Tu autem, nisi molestum est, paulisper exsurge,[s] et[16] perfer hunc dolorem commemorationis necessariæ;[t] in qua ego diutius non morabor, quoniam, quod fuit viri optimi, fecisti, uti ne cui[17] innocenti mœror tuus calamitatem et falsum crimen afferret. (*Testimonium Balbutii patris.*)

LXI. 169. Unum etiam mihi reliquum ejusmodi crimen est, judices, ex quo illud perspicere possitis, quod a me initio orationis meæ dictum est; quicquid mali per hos annos[u] A. Cluentius viderit, quicquid hoc tempore habeat solicitudinis ac negotii,[18] id omne a matre esse conflatum. Oppianicum veneno necatum esse, quod ei datum sit in pane per M. Asellium quendam, familiarem illius;[19] idque Aviti consilio factum esse, dicitis. In quo primum illud quæro, quæ causa Avito[20] fuerit, cur interficere Oppianicum vellet. Inimicitias enim inter ipsos[1] fuisse confiteor: sed homines inimicos suos morte affici volunt, vel quod metuunt, vel quod oderunt.[2] 170. Quo tandem igitur Avitus metu adductus, tantum in se facinus suscipere conatus est? quid erat, quod jam Oppianicum pœna affectum pro

[p] *Liberat.*

deest *tamen.*—13 *Potuisset* offendit Ernesto. Beckius conj. *posset* legend. Pro *loco* Sylvius mavult legi *luctu*, prob. Ern.—14 ψ *his.*—15 *Sublevat* non est in C, qui legit *Quod recitat.*—16 C H S χ omittunt copulam ante *perfer.* —17 C H S T et edd. ante Steph. *ut ne cui:* χ *ut me cui.* Mox *offerret* Lamb. qui primus inseruit verba *Testimonium Balbutii patris;* quæ in omnibus Mss. desunt.

CAP. LXI. 18 *Sol. atque neg.* Junt. *sol. et neg.* Lamb.—19 T, Ven. 1480. Junt. Steph. Lamb. et Orell. *fam. ipsius.*—20 χ *In primis illud quæro, quæ cum Avito, &c.* Mox, T non habet *vellet.*—1 C et χ *inter eos.*—2 Lamb. *vel quod eos met., &c.* Mss. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Steph. *aut quod met., aut*

NOTÆ

[r] *Pertenuis suspicio*] Si quæ ad Cluentium pervenisset.

[s] *Exsurge*] Stando, testis testimonium dicebat.

[t] *Necessariæ*] Etiamsi molesta sit parenti filii mortui recordatio, tamen Ciceroni ad Cluentii salutem necessaria est; ut facilius ab eo omnis criminis illius suspicio removeatur.

[u] *Per hos annos*] Præteritos videlicet.

maleficiis, ejectum e civitate, quisquam timeret? Quid metuebat? ne[3] oppugnaretur a perdito? an ne accusaretur a condemnato?[x] an ne exulis testimonio[y] læderetur? Sin autem, quod oderat Avitus,[4] idcirco illum vita frui noluit; adeone erat stultus, ut illam, quam tum[5] ille vivebat, vitam esse arbitraretur, damnati, exulis,[6] deserti ab omnibus? [*p.* 54.] quem, propter animi importunitatem, nemo recipere tecto, nemo adire,[7] nemo alloqui, nemo respicere[8] vellet? Hujus igitur vitæ Avitus invidebat?[9] 171. Hunc si acerbe et penitus[r] oderat; non eum quam[10] diutissime vivere velle debebat? Huic mortem maturabat[z] inimicus, quod illi unum in malis perfugium[11] erat calamitatis? Qui si quid animi ac virtutis[s] habuisset, (ut multi sæpe fortes viri in ejusmodi dolore) mortem sibi ipse conscisset;[t] huic quamobrem id vellet inimicus offerre, quod ipse sibi optare deberet? Nam nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit?[12] nisi forte ineptiis ac fabulis ducimur,[13] ut existimemus, illum apud inferos impiorum[14] supplicia perferre, ac plures illic offendisse inimicos,[a] quam hic reliquisse: a socrus,[15b] ab uxorum,[c] a fratris, a liberum[d] pœnis[16] actum esse præcipitem in sceleratorum se-

[r] *Maxime.* [s] *Fortitudinis.* [t] *Attulisset.*

quod od.—3 C H S *quid metuebat ne:* χ *quis metuebat ne.* Pro *ne,* T, Crat. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. habent *ut.*—4 Post *Avitus* Lamb. inserunt *inimicum.* Ante *idcirco* C H S T χ addunt *et.* Dein ψ *voluit.*—5 C H S T *quatum.*—6 Pro *exulis* in ψ *ex aliis.* Tum χ *des. omn.* omissa præpositione.—7 *Audire* omnes Mss. et edd. præter Crat. Hervag. Cam. Lamb. Ern. Weiske, Schutz. et Orell. qui habent *adire.*—8 Lamb. *nemo aspicere:* T *respicere,* omisso vocab. *nemo.*—9 C et ψ *invidebatur.*—10 χ *non esse quem.*—11 C *profugium.*—12 χ *Nam nunc quod tandem illi mali mores att.*—13 H S *inept. atque fab.* et C T *dicimur.*—14 ψ *improborum.*—15 Pro *a socrus* in C S ψ *an securus;* H *an socrus.*—16 *Pœnis,* cum litera majuscula, (intell. Furiis) Beck. Schutz. et

NOTÆ

[x] *A condemnato*] Publico judicio quis damnatus, accusare non poterat.

[y] *Ne exulis testimonio*] Cum ad exulem lex nulla pertineret, huic etiam dicere testimonium non licuit. Quintil. l. VII.

[z] *Maturabat*] Dato veneno, accelerabat.

[a] *Inimicos*] Quos interfecit.

[b] *Socrus*] Dineæ.

[c] *Uxorum*] Quas occidit.

[d] *Liberum*] Duos liberos necavit, ut Sassiam haberet uxorem.

dem [e] atque regionem. Quæ si falsa sunt,[f] id quod omnes intelligunt,[17] quid ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris? [g] LXII. 172. Age vero, venenum per quem datum? per M. Asellium. Quid huic cum Avito? nihil: atque adeo, quod ille Oppianico familiarissime est usus, potius etiam simultas.[18] [h] Eine igitur, quem sibi offensiorem, Oppianico familiarissimum sciebat esse, potissimum et suum [19] scelus et illius periculum committebat? Cur deinde tu, qui pietate ad accusandum excitatus es, hunc Asellium [20] esse inultum tamdiu sinis? Cur non Aviti exemplo [i] usus es, ut per illum, qui attulisset venenum, de hoc præjudicaretur? [1] 173. Jam vero illud quam non probabile, quam inusitatum, judices,[2] quam novum, in pane datum venenum? Faciliusne potuit,[k] quam in poculo? latius potuit, abditum aliqua in parte panis, quam si totum

Orell.—17 χ *intelligant.*

Cap. LXII. 18 Pal. 1. Crat. Hervag. Cam. *potius etiam contra simultas.* Pro *etiam* in C legitur *et.*—19 χ *sui.*—20 Pro *Asellium* in χ *absolutum.* Tum C H S χ *jamdiu.*—1 ψ *præjudicaret.*—2 Verba *quam inusitatum, judices* non leguntur in C H S ψ et Ven. 1483. In Lamb. 1566. omittuntur verba *quam inus.* errore typographico, teste Orell. Omisso *Faciliusne,* Gruter. legi maluit, *in pane datum venenum potius, quam in poculo.* Dein pro *latius,* quod Mss. plerique, vel omnes, et edd. plurimæ habent, *latentius* exhibent Naug. Cam. Car. Steph. Vict. Manut. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Weiske et Orell. In Pall. ed. 1471. Ald. Crat. legitur *latius potuit aditum,* vel *additum:* Hervag. *de hoc latius potuit additum:* Franc. 1. et ed. 1472. *latius potuit aditum habere:* Ven. 1480. *latius potius abditum habere:* Car. Steph. *latius petivit aditum.* Lambinus, quia in suis libris invenit *latius petivit adicum,* conjecit Ciceronem scripsisse *latius manavit,* aut *manare potuit datum in pane quam, &c.* Schutz. e

NOTÆ

[e] *Sceleratorum sedem*] Tartarus sedes impiorum fuit, ubi Virgilius Æn. l. VI. ait illos pœnas luere.

[f] *Quæ si falsa sunt*] Ait nullos inferos esse, ubi scelerati torquentur: quam sententiam, licet impiam, lib. I. Tusc. Quæst. confirmat.

[g] *Præter sensum doloris*] Putaverunt aliqui in morte omnem doloris sensum extingui; quasi animus cum corpore extingueretur. Sed tum impie non videtur Cicero sensisse, cum et in Lælio, et Catone Majore, et alibi passim immortales nostros animos esse doceat.

[h] *Simultas*] Inimicitia cum Cluentio.

[i] *Aviti exemplo*] Avitus Oppianicum tantum veneficii accusavit, cum de Scamandro et Fabricio præjudicatum est.

[k] *Faciliusne potuit*] Potuit facilius in poculo dari venenum, quam in pane.

colliquefactum in potione esset? celerius potuit[3] comestum quam epotum in venas atque in omnes partes corporis permanare?[4] facilius fallere in pane (si esset animadversum[5]) quam in poculo, cum ita confusum[6] esset, ut secerni nullo modo posset? At repentina morte periit. 174. Quod si esset ita factum;[7] tamen ea res, propter multorum ejusmodi mortem,[l] satis firmam veneni suspicionem non[8] haberet. Si esset suspiciosum,[m] tamen ad alios potius, quam ad Avitum pertineret. Verum in eo ipso[n] homines impudentissime[9] mentiuntur. Id ut intelligatis; et mortem ejus, et, quemadmodum post mortem, in Avitum sit crimen a matre quæsitum, cognoscite.

175. Cum vagus et exul erraret, atque undique exclusus Oppianicus, in Falernum[o] se ad C. Quintilium[10] contulisset; ibi primum in morbum incidit, ac satis vehementer diuque ægrotavit. Cum esset una Sassia, et Statio Albio quodam, colono, homine valente,[x] qui simul esse solebat, familiarius uteretur, quam vir dissolutissimus,[p] incolumi fortuna, pati posset;[11] et jus illud matrimonii castum atque legitimum, damnatione viri sublatum arbitraretur; Nicostratus quidam, fidelis Oppianici servulus, percuriosus[q] et minime[12] mendax, multa dicitur renuntiare domino soli-

[x] *Robusto.*

conj. edidit, *latius diffundi potuit abditum aliqua.*—3 Pro *celerius potuit*, Priscian. habet *celerius potius.* Tum *comesum*, vel *comessum*, Mss. plures et edd. ante Grut. Denique C H S, Junt. Lamb. *quam potum.*—4 χ *permanere.*—5 Ern. conj. *si esset additum:* Weiske mavult *admixtum.*—6 χ *confisum.* Mox H et S *possit.*—7 Gruter. malebat *factum* deleri, proh. Ern. Pro *tamen* T habet *tum.* Dein χ *eas res.*—8 In χ deest negativa particula *non.*—9 ψ *impudentissimi.*—10 Al. *ad C. Quinctilium:* Ms. ap. Lamb. *ad L. Quinctium.*—

NOTÆ

[l] *Propter multorum ejusmodi mortem*] Quot repentina morte occidunt, quibus tamen epotum non est venenum!

[m] *Si esset suspiciosum*] Id est, si possent aliqui suspicari veneno sublatum esse.

[n] *In eo ipso*] Quod repentina morte perierit.

[o] *In Falernum*] Falernus ager est in Campania vini generositate, multum celebratus ab Horatio poëta.

[p] *Vir dissolutissimus*] Id est, maritus impudentissimus, qui nullis pudoris et verecundiæ legibus teneretur.

[q] *Percuriosus*] Videtur significare huic Nicostrato adulterium fuisse cognitum.

tus esse. Interea Oppianicus cum jam convalesceret, neque in Falerno improbitatem coloni diutius ferre [13] posset, et huc ad[y] urbem profectus esset, (solebat enim extra portam[z] aliquid habere conducti[a]) cecidisse ex equo dicitur,[14] et homo infirma valetudine latus offendisse [15] vehementer, et, posteaquam [16] ad urbem cum febri venerit, paucis diebus esse mortuus. Mortis ratio,[17] judices, ejusmodi est, ut aut nihil habeat suspicionis, aut, si quid habet, id intra parietes in domestico scelere versetur.[18] LXIII. 176. Post mortem ejus Sassia [19] statim moliri, nefaria mulier, cœpit insidias filio:[r] quæstionem habere de viri morte constituit.[20] Emit de A. Rupilio, quo erat usus Oppianicus medico, Stratonem[s] quendam, quasi[1] ut idem faceret, quod Avitus in emendo Diogene[t] fecerat. [*p.* 55.] De hoc Stratone et de assecla quodam[u] servo suo quæsituram esse[2] dixit. Præterea servum illum Nicostratum, quem nimium loquacem fuisse, ac nimium domino fidelem arbitrabatur, ab hoc adolescente Oppianico in quæstionem postulavit.[x] Hic[y] cum esset illo tempore puer, et illa quæstio de patris sui morte constitui diceretur; etsi illum servum, et sibi benevolum esse, et patri fuisse arbitrabatur; nihil tamen est

[y] *Prope.* [z] *In suburbiis.*
[a] *Habere domum conductam.*

11 Lamb. *possit.*—12 Pro *minime* in H *maxime.*—13 H S χ ψ et Ven. 1483. *perferre.* Mox, C *et hic.*—14 χ *ex quo dic.* Lamb. *dic. cecid. ex equo.*—15 χ *offendisset.*—16 T *postquam.* Tum χ *veniret.*—17 χ *oratio.*—18 Lamb. legi vult *id intra par. domesticos in dom. scelere vers.*, aut omissis verbis *in dom. scelere*, simpliciter *intra parietes domesticos.*

CAP. LXIII. 19 *Sassia* Beckio suspectum est.—20 Pro *constituit* in Ven. 1480. et Junt. *statuit.* Tum *Emit deinde a Rup.* Ven. 1480. *Emitque a Rup.* C ψ.—1 '*Quendam, quasi*] Hinc rursus lacuna in ed. 1471. ad cap. 65. principium.' *Ern.* 'Similiter in χ desunt verba post 'Stratonem' omnia usque ad voc. 'sententia' c. 65. init. sine ullo lacunæ indicio, legiturque mendose ita, *Stratonem morum sententia.* In T autem verba *quendam, quasi ... ceterorum honestissimorum* c. 65. desunt, ut in Franc. 1. omnia verba *quendam ... ex omnium sent. constitutum est.*' Beck.—2 Lamb. *quæs. se esse.* ψ non habet *esse.*

NOTÆ

[r] *Filio*] Cluentio.
[s] *Stratonem*] Servum.
[t] *In emendo Diogene*] De eo supra.
[u] *Assecla quodam*] Asseclæ servi sunt; ita dicti, quod domini jussis præsto sint, ait Nonius Marcellus.
[x] *In quæstionem postulavit*] Ut de eo haberetur quæstio.
[y] *Hic*] Oppianicus.

ausus recusare. Advocantur amici et hospites Oppianici, et ipsius mulieris multi, homines honesti, atque omnibus rebus ornati: tormentis omnibus vehementissimis quæritur. Cum essent animi servorum et spe et metu [z] tentati, ut aliquid in quæstione dicerent; tamen (ut arbitror) auctoritate advocatorum [a] et vi tormentorum adducti,[3] in veritate manserunt, neque se quicquam scire dixerunt. 177. Quæstio illo die de[4] amicorum sententia dimissa est. Satis longo intervallo post iterum advocantur. Habetur de integro quæstio: nulla vis tormentorum acerrimorum prætermittitur: aversari[5] advocati, et jam vix ferre posse: furere crudelis atque importuna mulier, sibi nequaquam, ut sperasset, ea, quæ cogitasset, procedere. Cum jam tortor,[6] [b] atque essent tormenta ipsa defessa, neque tamen illa finem facere vellet; quidam ex advocatis, homo et honoribus populi ornatus, et summa virtute præditus, intelligere se dixit, non id agi, ut verum inveniretur, sed ut aliquid falsi dicere cogerentur. Hoc postquam ceteri comprobarunt, ex omnium sententia constitutum est, satis videri esse quæsitum. 178. Redditur Oppianico Nicostratus: Larinum ipsa proficiscitur cum suis, mœrens, quod[7] jam certe incolumem [b] filium fore putabat, ad quem non modo verum crimen, sed ne ficta quidem suspicio perveniret; et cui non modo aperta[8] inimicorum oppugnatio, sed ne occultæ quidem matris insidiæ nocere potuissent. Larinum postquam venit;[9] quæ a Stratone illo venenum antea viro suo datum,

[b] *Non damnatum.*

—3 Scheller. vult aut *adducti* legi *haud victi*, aut verba *et vi tormentorum* reponi post *metu;* quam ultimam conjecturam recepit Schutz.—4 H et S omittunt præpositionem.—5 *Adversari* C et edd. pr. *adversarii* H S ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam.—6 C *Cum tortor*, omisso *jam*. Ern. conjecit Ciceronem scripsisse *atque torm. essent ipsa def.* (ut edidit Schutz.) aut *cum jam tort. esset atque torm. ipsa defessa.*—7 ψ *mœrensque jam.*—8 H *aperte.*—9 *Venit* non est in C.

NOTÆ

[z] *Spe et metu*] Spe promissorum nempe, et tormentorum metu.

[a] *Advocatorum*] Multi viri graves advocati erant, ut testes essent eorum quæ a servis dicerentur.

[b] *Tortor*] Qui in equuleo servos torquebat, inde tortor dictus est.

sibi persuasum esse simulasset, instructam ei continuo et ornatam Larini, medicinæ exercendæ causa, tabernam dedit. LXIV. Unum, alterum, tertium annum Sassia quiescebat, ut velle atque optare[10] aliquid calamitatis filio potius, quam id struere et moliri videretur. 179. Tum interim Hortensio, Metello[11] consulibus,[c] ut hunc Oppianicum aliud[12] agentem, ac nihil ejusmodi cogitantem, ad hanc accusationem detraheret,[13] invito despondit ei filiam suam, illam quam ex genero[d] susceperat, ut eum nuptiis alligatum simul, et testamenti spe devinctum, posset[14] habere in potestate. Hoc ipso fere tempore Strato ille medicus domi furtum fecit et cædem ejusmodi.[15] Cum esset in ædibus armarium,[e] in quo sciret esse nummorum aliquantum et auri; noctu duos conservos dormientes occidit, in piscinamque[f] dejecit: ipse armarii fundum exsecuit,[c] et H-S[g] * [16] et auri quinque pondo[h] abstulit, uno ex servis puero non grandi conscio. 180. Furto postridie[17] cognito, omnis suspicio in eos servos, qui non comparebant, com-

[c] *Perforavit secando.*

Cap. LXIV. 10 *Optare* non est in C.—11 C H S ψ et edd. pleræque ante Lamb. *Hortensio Q. Metello.* Weiske *Hort. et Met.* ut Sylvius legit, prob. Garaton.—12 C S ψ et edd. nonnullæ *aliquid.* Tum C *at nihil.*—13 Lamb. *attraheret.*—14 *Possit* omnes edd. præter Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. qui habent *posset.*—15 ψ *hujusmodi.*—16 '*H-S* *'] In C est *sestertiorum,* uti olim etiam in edd. nonnullis fuit; H S *H-S* sine asterisco; ψ *sexternorum.* Asteriscum apponi Lamb. jussit, ut pateret numerum deesse. Gronov. legit *sestertium CL.* quam conjecturam Ern. probat. *X millia* legi maluerat Manutius, quia ex verbis 'aliquantum nummorum' colligit non multum argenti significari.' *Beck.* Vid. Nott. Varr.—17 C *post triduo.*—

NOTÆ

[c] *Hortensio, Metello consulibus*] A. U. C. 684. consules fuerunt.

[d] *Ex genero*] M. Aurius Melinus ejus gener fuit.

[e] *Armarium*] In armario reponuntur arma, vel libri, vel pecuniæ, ut Valla refert.

[f] *In piscinam*] Piscinam antiqui, teste Gell. II. 20. nominabant lacus, sive stagna continendis piscibus clausa.

[g] *Et H-S*] Non numerat sestertios: ideo paucos subreptos fuisse credibile est. Vulgo tamen ad parvorum sestertiorum numerum * millia subaudiuntur.

[h] *Quinque pondo*] Pondus et pondo, a verbo 'pendo' vel 'pendeo.' Ita Isidorus XVI. 24. 'pondus dictum, eo quod in statera libratum pendeat.'

movebatur.[d] Cum exsectio illa fundi in armario animadverteretur,[18] quærebant homines,[19] quonam modo fieri potuisset. Quidam ex amicis Sassiæ recordatus est, se nuper in auctione quadam[i] vidisse in rebus minutis[e] aduncam,[20] ex omni parte dentatam, et tortuosam venire[f] serrulam,[1 k] qua illud[l] potuisse ita circumsecari videretur. Ne multa: perquiritur a coactoribus:[m] invenitur ea serrula ad Stratonem pervenisse. [*p.* 56.] Hoc initio suspicionis orto, et aperte insimulato Stratone, puer ille conscius pertimuit: rem omnem dominæ indicavit: homines in piscina inventi sunt: Strato in vincula conjectus est: atque etiam in taberna ejus nummi, nequaquam omnes, reperiuntur. 181. Constituitur quæstio de furto: nam quid quisquam[2] suspicari aliud potest? An hoc dicitis?[n] armario expilato,[g] pecunia ablata, non omni recuperata,[3] occisis hominibus, institutam esse quæstionem de morte Oppianici? Cui probatis? quid est, quod minus verisimile proferre potuistis? Deinde, ut omittam cetera, triennio post mortem Oppianici de ejus morte[4] quærebatur? Atque etiam[5] incensa odio pristino, Nicostratum eundem illum tum sine causa in quæstionem postulavit. Oppianicus primo recusavit. Posteaquam illa, abducturam[6] se filiam, mutaturam esse testamentum, minaretur;[7] mulieri crudelissimæ ser-

[d] *Excitabatur.* [e] *Inter res minutas.* [f] *Vendi.* [g] *Exhausto.*

18 Idem Ms. *animadverterentur.*—19 *Homines* post *quærebant* in H, sed in C S ψ verba *quærebant homines* desunt.—20 Pro *aduncam* in ψ *advincam.* Pantagathus legi voluit *aduncam exteriori parte.* Dein pro *dentatam* in C S et edd. pr. legitur *dentum.* Omnes aliæ edd. ante Ern. *dentium.*—1 H et S *serrolam.* Mox iidem Mss. *circumsecare.*—2 C H S ψ *Nam quidem quisq.*—3 ψ *non enim recup.*—4 Idem Ms. *de cujus morte.*—5 In C deest *etiam.*—6 S

NOTÆ

[i] *In auctione quadam*] In publica quadam bonorum venditione.

[k] *Serrulam*] Serrula, diminutivum a nomine 'serra.'

[l] *Qua illud*] Armamentarium.

[m] *A coactoribus*] Coactores dicuntur qui cogunt, et exigunt pecunias de bonis quæ in auctione venduntur.

[n] *An hoc dicitis*] Convertit orationem ad Sassiam, ad Oppianicum adolescentem, et ad Attium accusatorem, qui dixerunt Stratonem in quæstione confessum aliquid fuisse de veneno Oppianico dato: at Cicero contendit de furto quæstionem, non de Oppianici morte habitam esse.

vum fidelissimum, non in quæstionem tulit,[h][8] sed plane ad supplicium dedit. LXV. 182. Post triennium igitur agitata denique quæstio de viri morte habebatur; et de quibus[9] servis habebatur? Nova, credo, res objecta, novi quidam homines in suspicionem[10] vocati sunt. De Stratone, et de Nicostrato. Quid? Romæ quæsitum de istis hominibus non erat? Itane tandem? mulier[11] jam non morbo, sed scelere furiosa, cum quæstionem habuisset[12] Romæ, cum de T. Annii,[13] L. Rutilii, P. Saturii, et ceterorum honestissimorum virorum sententia constitutum esset, satis quæsitum videri; eadem de re triennio post, iisdem de hominibus, nullo adhibito, non dicam viro (ne[14] colonum[o] forte abfuisse[15] dicatis), sed bono viro; in filii caput quæstionem habere conata est. 183. An hoc dicitis (mihi enim venit in mentem, quid dici posset,[16] tametsi adhuc non esset dictum), cum haberetur de furto quæstio, Stratonem aliquid de veneno esse confessum? Hoc uno modo, judices, sæpe multorum improbitate depressa[17] veritas emergit, et innocentiæ defensio interclusa respirat; quod aut ii, qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant;[18] aut illi, quorum eminet audacia, atque projecta[i][19] est, a consiliis malitiæ deseruntur.[p] Quodsi aut confidens[k] astutia,[20] aut callida esset audacia, vix ullo obsisti modo posset. Utrum furtum factum non est? at

[h] *Obtulit.* [i] *Extenta.* [k] *Audax.*

et ψ *adducturam.*—7 Ern. legi jussit *minabatur.*—8 Ern. conjecit *obtulit.*

CAP. LXV. 9 Lamb. *at de quibus.*—10 C S et nonnullæ edd. vett. *suspicione.*—11 Lambinus legi maluit *Itaque tandem mulier*, deleta interrogandi nota: unde Schutz. edidit *Ita tandem mulier.*—12 ψ *habuisses.*—13 Pro *T. Annii* in C H S *Titiani.*—14 In C deest *ne* ante *colonum.*—15 Mss. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Oliv. Lall. Schutz. et Orell. *adfuisse.*—16 Ern. Beck. Weiske ex C H S ψ et ed. 1471. dederunt *posset.* Ceteri *possit.* Tum *est dictum* edidit Schutzius e conj. Beckii. Ante *cum haberetur* Franc. Pall. sex Oxonn. Mss. et edd. pr. cum Beck. addunt *mementote.*—17 χ *deprehensa.*—18 Idem Ms. *quam excog.* Dein pro *illi*, in C et χ *ii;* S *hi.*—19 χ *protecta.*

NOTÆ

[o] *Colonum*] Intelligit Stathium Albium, quo tanquam marito Sassia utebatur.

[p] *A consiliis malitiæ deseruntur*] Id est, satis callidi non sunt ad cogitandum et fingendum.

nihil clarius Larini fuit. An ad Stratonem suspicio[1] non pertinuit? at is et ex serrula insimulatus, et a puero conscio est indicatus.[2] An id actum non est in quærendo?[l] Quæ fuit alia igitur causa quærendi? An (id quod dicendum vobis est, et quod tum Sassia dictitabat)[3] cum de furto quæreretur, tum Strato iisdem in tormentis dixit[4] de veneno? 184. En hoc illud est,[5] quod ante dixi:[q] mulier abundat audacia;[6] consilio et ratione deficitur.[m][7] Nam tabellæ quæstionis plures proferuntur, quæ recitatæ vobisque[8] editæ[n] sunt, illæ ipsæ, quas tum non[9] obsignatas esse dixi: in quibus tabellis de furto litera nulla invenitur. Non venit in mentem, primam orationem[o] Stratonis conscribere[10] de furto, post aliquid adjungere dictum de veneno, quod non percontatione quæsitum,[r] sed dolore expressum videretur. Quæstio de furto est,[11] veneni jam suspicione, superiore quæstione, sublata;[s] quod ipsum hæc eadem mulier indicarat;[12] quæ ut Romæ de amicorum sententia statuerat[13] satis esse quæsitum, postea per triennium maxime ex omnibus servis Stratonem illum dilexerat, in honore habuerat, commodis omnibus affecerat. 185. Cum igitur de furto quæreretur, et eo furto, quod ille sine controversia fecerat; tum ille de eo, quod quærebatur, verbum

[l] *An quæsitum non est de furto?*
[m] *Destituitur.* [n] *Exhibitæ.* [o] *Confessionem.*

—20 Pro *astutia* χ habet *malitia.*—1 ψ *supplicio.* Mox C *At is etiam ex serr.* —2 ψ *judicatus.*—3 *Dictavit* ψ: *dictitavit* C H S χ, Ms. Lambini, Ven. 1480. 1483. Junt. Beck. et Schutz. qui e conj. delevit *tum* ante *Sassia.*—4 Schutz. e conj. edidit *Stratonem ... dixisse.*—5 χ omittit *est.*—6 Idem Ms. *muliere abundanti aud.* Schutz. edidit *mulier abundans audacia* e Prisciano p. 1123. ed. Putsch.—7 χ *defigitur.*—8 *Nobisque* H S ψ: *nobis quæ* χ.—9 Ante *obsignatas* Ern. e conj. Sylvii inseruit *non,* quod omnes aliæ edd. omittunt. Dein *dixit* habent C H S χ ψ, Ms. Lambini, Ven. 1480. et 1483. cum Junt. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Porro *de quibus tabellis* sex Oxonn. Mss. sed in χ deest præpositio ante *furto.*—10 χ *confidere.*—11 Schutz. e conj. edidit *Cum quæstio de furto esset.*—12 C S χ *judicarat.*—13 Schutz. e conj. *statutum erat.*

NOTÆ

[q] *Quod ante dixi*] Nempe quod a consiliis malitiæ deseruntur, quorum eminet audacia, &c.

[r] *Non percontatione quæsitum*] Cum de veneno non haberetur quæstio.

[s] *Superiore quæstione sublata*] Quæstio habita fuerat triennio ante Romæ.

nullum fecit? de veneno statim dixit? [*p.* 57.] de furto, si non eo loco,[p] [14] quo debuit, ne in extrema quidem, aut media, aut in aliqua denique parte quæstionis, verbum fecit ullum? LXVI. Jam videtis, illam nefariam mulierem,[t] judices, eadem manu, qua, si detur potestas, interficere filium cupiat, hanc fictam quæstionem conscripsisse. Atque istam ipsam quæstionem, dicite,[15] quis obsignavit? Unum aliquem nominate. Neminem reperietis, nisi forte ejusmodi hominem,[u] quem ego proferri malim, quam neminem nominari. 186. Quid ais, T. Atti? tu periculum capitis, tu indicium[16] sceleris, tu fortunas alterius literis conscriptas in judicium afferes;[17] neque earum auctoritatem literarum, neque obsignatorem, neque testem ullum nominabis? et, quam tu pestem innocentissimo filio ex matris sinu[x] depromseris, hanc hi tales viri comprobabunt? Esto: in tabellis nihil est auctoritatis:[18] quid? ipsa quæstio,[19] judicibus;[y] quid? amicis, hospitibusque[z] Oppianici, quos adhibuerat antea; quid?[20] huic tandem ipsi tempori cur non reservata est? quid istis hominibus factum est,[a] Stratone et Nicostrato? 187. Quæro abs te, Oppianice, servo tuo Nicostrato quid factum[1] esse dicas: quem

[p] *Primo loco.*

Tum χ *est quæsitum.*—14 Idem Ms. *sine eo loco.* Mox χ et edd. quædam *nullum.*

CAP. LXVI. 15 *Dicite* non est in χ. Dein C H S χ ψ *obsignavit.* Paulo post, χ *nominat.*—16 Mss. quidam *judicium.*—17 Mss. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Crat. Mediol. Grut. Græv. Oliv. Lall. *afferas.* Tum *neque earum auctorem* C H S T χ ψ, et edd. pleræque ante Lamb. cum Oliv. et Orell. In C H S T deest *literarum.*—18 Passeratius, Lambinus, Grævius censent scribendum *in tab. nonnihil est auct.* Sylvius legi vult *in tab. aliquid est auct.* Vid. Nott. Varr.—19 Pro *ipsa quæstio* Sylvius conj. *prima quæstio* legend.—20 Post *quid* ter ψ et non habet interrogandi notam. In eodem Ms. desunt verba *cur non.*—1 S *quod factum.* In Franc. 1. *servo tuo Nicostr. quid factum*

NOTÆ

[t] *Nefariam mulierem*] Sassiam.

[u] *Ejusmodi hominem*] Albium colonum indicat, quo incestuose utebatur.

[x] *Ex matris sinu*] Id est, ex tabellis quas in sinu Sassia gestavit.

[y] *Ipsa quæstio judicibus*] Ista quæstio reservari judicibus debuisset.

[z] *Amicis hospitibusque*] Annio, Rutilio, Saturio, qui superiori quæstioni affuerant.

[a] *Quid istis hominibus factum est*] Sic verbum 'facere' cum ablativo ponitur sæpe apud Terentium et Ciceronem.

tu, cum hunc brevi tempore accusaturus esses,[2] Romam deducere, dare potestatem indicandi,[3] incolumem denique servare quæstioni,[4] servare his judicibus, servare huic tempori debuisti. Nam Stratonem quidem, judices, in crucem actum esse exsecta[5] scitote lingua: quod nemo est Larinatium qui nesciat. Timuit mulier amens non suam conscientiam, non odium municipum, non famam omnium: sed, quasi non omnes[6] ejus sceleris testes essent futuri, sic metuit, ne condemnaretur extrema servuli[7] voce morientis.

188. Quod hoc portentum, Dii immortales? quod tantum monstrum in ullis locis?[8] quod tam infestum scelus et immane, aut unde natum esse dicamus? Jam enim videtis profecto, judices, non sine necessariis me ac maximis causis, principio orationis meæ de matre dixisse. Nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit, effecerit. Mitto illam primam libidinis injuriam:[b] mitto nefarias generi nuptias: mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiam: quæ nondum ad hujusce[c] vitæ periculum, sed ad commune familiæ[9] dedecus pertinebant. Nihil de alteris[d] Oppianici nuptiis queror; quarum illa[10] cum obsides[e] filios ab eo mortuos accepisset, tum denique in familiæ luctum atque in privignorum[f] funus nupsit.[11] Prætereo, quod Aurium Melinum,[12]

est, edicas.—2 ψ *accus. es.*—3 H χ et edd. pr. *judicandi.*—4 Ven. 1483. Junt. *conservare quæst.* Mox, Lamb. *reservure huic temp.*—5 C *exacta:* χ *exemta.*—6 *Omnes* non est in χ.—7 C *servili:* χ *servilii.* ('num *servitii?*' ait Beck.)—8 C et χ *in illis locis.*—9 χ *filiæ.*—10 χ *ille,* et mox *filiæ.*—11 C χ ψ *innupsit.*—12 *A. Aurium Melinum* dedit Lamb. *Melinum* abest a C H S χ ψ, Mss. Lambini, et

NOTÆ

[b] *Primam libidinis injuriam*] Prima libidinis injuria Sassiæ fuit expulisse filiam, et nupsisse genero.

[c] *Hujusce*] Cluentii.

[d] *De alteris*] Alterum de duobus dicitur. Ter nupsit Sassia: sed primæ nuptiæ, quæ cum A. Cluentio fuerunt, unde hic natus est, honestæ et legitimæ fuerunt: binæ reliquæ, cum Melino et Oppianico, fuerunt infames; de quibus hic loquitur. Ita Sylvius.

[e] *Obsides*] Obsides filios dicit, quia veluti nuptiarum sunt pignora.

[f] *Privignorum*] Privignus dictus est uxoris meæ filius ex alio viro natus, ego illorum vitricus, ait Modest. lib. IV. § 4. de grad.

cujus illa quondam socrus, paulo ante uxor fuisset, cum Oppianici esse opera proscriptum[13] occisumque cognosceret, eam sibi domum sedemque conjugii[14] delegit, in qua quotidie superioris viri mortis indicia,[15] et spolia fortunarum videret. 189. Illud primum queror, de illo scelere,[16] quod nunc denique patefactum est, Fabriciani veneni:[g] quod jam tum recens, suspiciosum ceteris, huic[h] incredibile, nunc vero apertum jam omnibus ac manifestum videtur. Non est profecto de illo veneno celata mater: nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum: quod nisi esset; certe postea, deprehensa re,[q] non illa ut ab improbo[17] viro discessisset, sed ut a crudelissimo hoste fugisset, domumque illam, in perpetuum, scelere omni affluentem, reliquisset. 190. Non modo id non fecit, sed ab illo tempore nullum locum prætermisit, in quo non instrueret[r] insidias[18] aliquas, ac dies omnes ac noctes tota mente mater de pernicie filii cogitaret: quæ primum ut istum[19] confirmaret Oppianicum accusatorem filio suo,[20] donis, muneribus, collocatione filiæ, spe hæreditatis obstrinxit. LXVII. Itaque apud ceteros,[1] [*p.* 58.] novis inter propinquos susceptis inimicitiis, sæpe fieri divortia atque affinitatum[2] discidia videmus: hæc mulier satis firmum accu-

[q] *Deprehenso veneno.* [r] *Faceret.*

edd. pr.—13 χ *esset opera perscriptum occ. cognoscet.* In C *cognosset.*—14 In χ et ψ deest *conjugii.*—15 χ *superiore viri mortis judicia.*—16 *Queror ab illo scelere* sex Oxonn. Mss. Lamb. 1566. *queror hoc scelus.*—17 H S χ *aut ab impr.*—18 *Strueret insid.* χ, ed. 1471. Ven. 1480. Junt. prob. Ernesto. *Instrueret filio insid.* Lamb. qui omittit *ac* ante *dies.* Mox *totas* H S T, Ven. 1480. 1483. Junt. Quia in Mss. suis invenit *atque noctes tota mente*, Lamb. legi jussit, *noctesque totas, tota mente*, aut *tota mente* omnino deleri. Dein Ven. 1480. *cogitarat.*—19 H S T χ *illum.*—20 In χ deest *suo.* Dein *donis muliebribus* Mss. plerique, ed. 1471. Ven. 1480. Junt. Crat. Grut. Oliv. *Donis, muneribus* ceteri. In H S est *munebribus*, in T *mulieribus*, in χ ψ *muneribus.* Pro *collocatione*, T habet *collacione*, χ *collocationem*, ψ *collatione.*

CAP. LXVII. 1 C H S χ ψ, Pal. 2. *Ita quod apud cet.*, prob. Grutero: Lamb. *Itaque quod apud cet.*—2 Pro *affinitatum* in ed. pr. Ald. et al. edd. vett.

NOTÆ

[g] *Fabriciani veneni*] Quod datum est Diogeni et Scamandro et Fabricio ad interficiendum Cluentium, de quo supra.

[h] *Huic*] Cluentius nunquam credidisset sibi paratum, conscia matre, venenum fuisse.

satorem filio suo fore neminem putavit, nisi qui in matrimonium sororem ejus[i] ante[3] duxisset. Ceteri novis affinitatibus adducti, veteres inimicitias sæpe deponunt: illa sibi ad confirmandas inimicitias, affinitatis conjunctionem[4] pignori fore putavit. 191. Neque[5] in eo solum diligens fuit, ut accusatorem filio suo compararet; sed etiam cogitavit, quibus eum rebus armaret.[6] Hinc enim illæ solicitationes[7] servorum et minis et promissis; hinc illæ infinitæ crudelissimæque de morte Oppianici quæstiones; quibus finem aliquando[s] non muliebris[8] modus, sed amicorum auctoritas fecit. Ab eodem scelere illæ, triennio post habitæ Larini, quæstiones; ejusdem amentiæ falsæ conscriptiones quæstionum;[t] ex eodem furore etiam illa conscelerata exsectio linguæ:[k] totius denique hujus ab illa est et inventa[9] et adornata comparatio criminis. 192. Atque his rebus cum instructum[10] accusatorem filio suo Romam ipsa misisset; paulisper, conquirendorum et conducendorum[l] testium causa, Larini[11] est commorata: postea autem, cum appropinquare hujus judicium[12] ei nuntiatum est, confestim huc advolavit,[m] ne aut accusatoribus diligentia,[n] aut pecunia testibus deesset; aut ne forte mater hoc sibi optatissimum spectaculum hujus sordium[o] atque luctus, et

[s] *Tandem.* [t] *Tabellæ.*

diffinicatum; in Mss. plerisque et ed. 1471. *infimum:* unde Steph. et Lamb. dederunt *affinium.* Gruter. malebat *intimum,* h. e. intimorum, quia in uno Pal. invenit *intimari.* Pro *discidia* edd. ante Lamb. habent *dissidia.* Porro *videmus* S T χ, ed. 1471. Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *vidimus* ceteri.—3 Lamb. *antea.*—4 χ *deponit: illa sibi ad conf. amicitias, affin. conjunctiones.*—5 Pro *Neque* in T legitur *Hæc.*—6 χ *amaret.*—7 C *solicitudines.* Mox χ *minis et missis.*—8 Sex Oxonn. Mss. et edd. ante Lamb. cum Grut. Weiske et Orell. *mulieris.*—9 χ *invecta.*—10 Pro *cum instructum* in χ *uni in fructum.*—11 Idem Ms. *Latini.*—12 ψ *indicium.*—13 χ *tantis squaloribus.*

NOTÆ

[i] *Sororem ejus*] Hæc Sassiæ et Melini filia fuit, et ex matre soror Cluentii.

[k] *Exsectio linguæ*] Servus exsecta lingua actus est in crucem.

[l] *Conducendorum*] Qui pretio corrumpuntur, conduci dicuntur.

[m] *Huc advolavit*] Romam.

[n] *Accusatoribus diligentia*] Id est, ut accusatores omni diligentia solicitaret.

[o] *Hujus sordium*] Rei sordidi et squallidi in judicium veniebant, ut misericordiam excitarent.

tanti squaloris[13] amitteret. LXVIII. Jam vero quod iter Romam[14] ejus mulieris fuisse existimatis? quod ego, propter vicinitatem Aquinatium[15 p] et Venafranorum,[16 q] ex multis audivi et comperi: quos concursus[17] in his oppidis? quantos et virorum et mulierum gemitus esse factos? mulierem quandam Larino, atque illam[18] usque a Mari Supero[r] Romam proficisci, cum magno comitatu et pecunia, quo facilius circumvenire[19] judicio capitis,[s] atque opprimere filium possit.[20] 193. Nemo erat illorum, pæne dicam, quin expiandum illum locum esse arbitraretur, quacumque illa iter[1] fecisset; nemo, quin terram ipsam violari, quæ mater est omnium, vestigiis consceleratæ matris putaret. Itaque nullo in oppido consistendi potestas ei fuit: nemo ex tot hospitibus[2] inventus est, qui non contagionem[t] aspectus fugeret. Nocti se potius ac solitudini, quam ulli aut urbi[3] aut hospiti committebat. 194. Nunc vero quid agat, quid moliatur, quid denique quotidie cogitet, quem ignorare nostrum putat? quos appellarit, quibus pecuniam promiserit, quorum fidem pretio labefactare[4] conata sit, tenemus: quin etiam nocturna sacrificia, quæ putat[5] occultiora esse, sceleratasque ejus preces,[u] et ne-

CAP. LXVIII. 14 χ *inter Romam.*—15 C *Aquinantium:* ψ *Aquinatitum:* edd. nonnullæ *Aquinatum.*—16 '*Venafranorum*] C H S, Pall. et edd. antiq. *Afraternorum,* unde Gruter. legi voluit *Alfaternorum,* quorum Plinius III. 5. meminit. χ *afraternorum:* ψ *fraternorum:* Franc. 1. *Venefranorum.* In nonnullis edd. *Frabaternorum,* quod et Sylvius invenit.' *Beck.* Vulg. ut Ern.—17 ψ *cursus.*—18 Gulielm. conj. *illinc.*—19 χ *circumveniri.*—20 χ, ed. 1471. Ern. Beck. et Schutz. *possit.* Ceteri *posset.* Tum χ *Nemo erit illorum.* Ern. censet *illorum* melius abesse.—1 *Iter* non est in χ.—2 C *ex his hosp.* χ *ex hosp.* Pro *inventus* χ habet *repertus.*—3 '*Ulli aut urbi*] *Ulli aut turbæ* e Franc. 1. Græv. Oliv. Lall. Fuitne *aut tabernæ?*' Orell. Pro *urbi* χ habet *turpi.*—4 ψ *labefactari.*—5 H S χ *putet.*

NOTÆ

p *Aquinatium*] Aquinates ab oppido Aquino dicti sunt. Illud autem oppidum in Latio ad fines Samnitum situm est, quod Melphis fluvius alluit.

q *Venafranorum*] Venafrani ab oppido Campaniæ Venafro dicti.

r *A Mari Supero*] Id est, Adriatico.

s *Circumvenire judicio capitis*] Id est, corrumpere judices et testes, data pecunia, ut innocens ejus filius capite condemnaretur.

t *Non contagionem*] Omnes abhorrebant ab ejus conspectu, quo se contaminari arbitrabantur.

u *Sceleratas ejus preces*] Sceleratæ

faria vota cognovimus; quibus illa etiam Deos immortales de suo scelere testatur,[u] neque intelligit, pietate, et religione, et justis precibus, Deorum mentes, non contaminata superstitione,[x] neque ad scelus perficiendum cæsis hostiis posse placari: cujus ego furorem atque crudelitatem Deos immortales a suis aris atque templis aspernatos esse confido.[z]

LXIX. 195. Vos, judices, quos huic A. Cluentio quosdam[6] alios Deos ad omne vitæ tempus fortuna esse[y] voluit, hujus importunitatem matris a filii capite depellite. Multi sæpe in judicando peccata liberum[z] parentum misericordiæ concesserunt: vos,[7] ne hujus honestissime actam vitam matris crudelitati condonetis,[y][8] rogamus; præsertim cum ex altera parte[9] totum municipium[z] videre possitis. Omnes scitote, judices, (incredibile dictu est, sed a me verissime dicitur)[10] omnes Larinates, qui valuerunt,[11] venisse Romam, ut hunc[12] studio frequentiaque sua, quantum possent,[13] in tanto ejus periculo sublevarent: [*p.* 59.] pueris illud, hoc tempore, et mulieribus oppidum scitote esse traditum, idque in præsentia, in communi Italiæ pace, domesticis[14] copiis esse tutum: quos tamen ipsos æque, et eos, quos[15] præsentes videtis, hujus expectatio judicii dies noctesque solicitat. 196. Non illi[16] vos de unius municipis fortunis arbitrantur, sed de totius municipii statu, dignitate, commodisque omnibus sententias esse laturos:

[u] *Adhibet testes sui sceleris.*
[x] *Arbitror.* [y] *Concedatis.* [z] *Omnes Larinates.*

CAP. LXIX. 6 *Quosdam* in C H S ψ deest. Weiske conjecit *quosdam mortales Deos* legend.—7 C H S omittunt *vos.*—8 In χ *condemnatis.*—9 Idem Ms. *ex alia parte.*—10 C H S χ ψ, Junt. Crat. Hervag. Cam. Lamb. *dicetur.*—11 C *valuerint.*—12 C H S *hinc.*—13 H S χ *possit.*—14 C H S χ ψ *in præsentia, comm. It. pace, in dom.* Ven. 1480. et 1483. *in præsenti a comm. It. pace in dom.* Mox pro *tutum* C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. habent *totum.*—15 *Quos*

NOTÆ

illius erant preces, quas videlicet adhibebat ad perdendum suum filium.

[x] *Superstitione*] Superstitio, inquit ipse Cic. de Nat. Deor. lib. I. 'in qua inest timor inanis Deorum.'

[y] *Fortuna esse*] Fortuna ait datos esse judices, quia sortitione ducebantur.

[z] *Peccata liberum*] Multi judices sæpe nocentes liberos, ducti miseri-

summa est enim, judices, hominis [17] in communem municipii rem [a] diligentia, in singulos municipes benignitas,[18] in omnes homines justitia et fides. Præterea nobilitatem illam inter suos, locumque a majoribus traditum, sic tuetur,[b] [19] ut majorum gravitatem, constantiam, gratiam,[20] liberalitatem assequatur. Itaque [1] iis eum verbis publice [2] laudant, [a] ut non solum testimonium suum judiciumque significent, verum etiam curam [3] animi ac dolorem: quæ dum laudatio recitatur, vos quæso,[b] qui eam [4] detulistis, assurgite. (*Laudatio Cluentii, ex decurionum Larinatium decreto.*[5]) 197. Ex lacrymis horum,[6] judices, existimare potestis, omnes hæc decuriones [c] decrevisse lacrymantes. Age vero, vicinorum quantum studium, quam incredibilis benevolentia, quanta cura est! [7] non illi in libellis [8] laudationum decreta miserunt, sed homines honestissimos, quos nossemus omnes, huc frequentes [9] adesse, et hunc præsentes laudare [10] voluerunt. Adsunt Ferentani,[11] [d] homines nobilissimi, Marrucini [12] [e] item pari dignitate; Theano Apulo,[f] atque Luceria,[g] equites [h] Romanos, honestissimos ho-

[a] *Commoditatem.* [b] *Conservat.*

ante *præsentes* in χ deest.—16 χ *Non illis.*—17 C *homini.*—18 ψ *benignitatis.*—19 Idem Ms. *sic videtur.*—20 In Franc. 1. deest *gratiam*, prob. Grævio.—1 χ *Ita qui.* In C H S χ ψ omittitur *iis.*—2 ψ *publicis.* Mox pro *testimonium suum* in χ legitur *potentiam suam.*—3 Ante *curam* C H S ψ addunt *jam.*—4 Pro *eam* C et χ *jam.*—5 Lambinus primus inseruit verba *Laudatio Cluentii, ex decurionum Larinatium decreto.*—6 C *istorum:* ψ *ipsorum.*—7 Verba *quam incred. benev., quanta cura est* in C H S ψ desunt.—8 C *libelli:* χ *bellis.*—9 C *frequenter.*—10 χ *laudate.*—11 S χ ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell. *Frentani.*—12 χ *Marrutini.* Sequentia vulgo ita præeunte Vict. in-

NOTÆ

cordia erga parentes, absolverunt.

[a] *Verbis publice laudant*] Sæpe legati a civitatibus mittebantur, ut laudatione sua faverent. Laudationes autem illæ describebantur et obsignabantur ex decreto publico.

[b] *Vos quæso*] Larinates alloquitur, qui laudationem Cluentii attulerant.

[c] *Decuriones*] Decuriones erant veluti senatores municipiorum.

[d] *Ferentani*] Volaterranus ait Ferentium oppidum Faliscorum fuisse, indeque Ferentanos dictos esse, quos et Ferentinos lib. III. Plinius appellat.

[e] *Marrucini*] Populi sunt Italiæ in regione Marsorum.

[f] *Theano Apulo*] Theanum Apulum a Larino abest decem et octo millia passuum.

[g] *Luceria*] Luceria Apuliæ oppidum.

[h] *Equites*] Non solum ex urbe Roma, sed ex omnibus municipiis et op-

mines, laudatores videtis; Boviano,[13] [i] totoque ex Samnio,[k] cum[14] laudationes honestissimæ missæ sunt, tum homines amplissimi nobilissimique venerunt. 198. Jam qui in agro Larinati[15] prædia, qui negotia, qui res pecuarias[16] [l] habent, honesti homines, et summo splendore præditi, difficile dictu est, quam sint soliciti, quam laborent. Non multi mihi ab uno sic diligi videntur, ut hic ab his universis. LXX. Quam non abesse ab hujus judicio[17] L. Volusienum, summo splendore hominem ac virtute præditum, vellem! Quam vellem[18] præsentem posse P. Helvidium Rufum, equitem Romanum, omnium ornatissimum, nominare; qui, cum, hujus causa, dies noctesque vigilaret, et cum me hanc causam doceret; in morbum gravem periculosumque incidit: in quo tamen non minus de capite hujus, quam de sua vita laborat. Cn. Tudicii[19] senatoris, viri optimi et honestissimi, par studium et testimonio[20] et laudatione cognoscetis. Eadem spe, sed majore verecundia,[1] de te, P. Volumni, quoniam judex es in A. Cluentium, dicimus. Et, ne longum sit, omnium vi-

terpuncta fuerunt, *Marrucini item: pari dignitate Theano, Appulo, atque Luc.* nam Manut. et Lamb. dederunt *Theano Apuloque atque Nuceria.* Ant. Augustin. *Theano Appulo, atque Nuceria.* Ursinus legi maluit *pari dignitate Teano, Appuloque et Luceria.* Recte Græv. cum edd. pr. comma post *Teano* sustulit. In C *Theano Apolo:* H *Theanopolo:* χ *Theano a populo.'* Beck.—13 C H S χ ψ, Ven. 1480. et 1483. *Boiano.*—14 *Tum* Schutz. tacite.—15 χ *Jamque agro;* et Lamb. *Larinate.*—16 C *res pecuniares:* Mss. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Grut. *res pecuniarias.*

CAP. LXX. 17 C S χ ψ *Quando abesse;* et Lamb. *ab hoc judicio.* Tum nonnullæ edd. vett. *Volusenum.* In C *Voluseum.*—18 Verba *Quam vellem* absunt a C H S χ ψ et edd. ante Lamb. Dein H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. Hervag. Cam. Steph. *præsentem possem.*—19 ψ *Judici:* Mss. nonnulli et edd. ante Græv. *Tudici.*—20 Franc. 1. Mss. Pariss. Græv. Lall. Beck. et Orell. *in test.* Ceteri *et test.* Græv. et Ern. conjecerunt *ex* legend.—1 χ *Eadem spes, sed major verec.* Tum pro *de te, P.* in χ legitur *decepit.* Porro ψ *Volumini.* In

NOTÆ

pidis erant equites Romani. Sic Cicero Arpinas eques Rom. fuit, &c.

[i] *Boviano*] Bovianum oppidum in Samnio.

[k] *Samnio*] Samnium Italiæ regio inter Latium, Campaniam, Caracenos, Pelignos, Vestinos, et Sabinos sita.

[l] *Res pecuarias*] Qui pecora habent, unde reditus colligant.

cinorum summam esse in hunc benevolentiam, confirmamus.[c] 199. Horum omnium studium, curam, diligentiam, meumque una laborem, (qui totam hanc causam, vetere instituto,[m] solus peroravi) vestramque simul, judices, æquitatem et mansuetudinem una mater oppugnat. At quæ mater?[2] quam cæcam crudelitate et scelere ferri videtis; cujus cupiditatem nulla unquam turpitudo retardavit; quæ vitiis animi in deterrimas partes jura hominum convertit[3][n] omnia; cujus ea stultitia est, ut eam nemo[4] hominem; ea vis, ut nemo fœminam; ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit. Atque etiam nomina necessitudinum, non solum naturæ nomen et jura mutavit; uxor generi, noverca filii, filiæ pellex; eo jam denique adducta est,[d] ut sibi,[5] præter formam, nihil ad similitudinem hominis reservarit.[6] 200. Quare, judices, si scelus odistis, prohibete aditum[7] matris a filii sanguine: date parenti hunc incredibilem dolorem ex salute, ex victoria liberum:[8][o] patimini, matrem, ne orbata filio lætetur, victam potius vestra æquitate discedere. [*p.* 60.] Sin autem, id quod[9] vestra natura postulat, pudorem, bonitatem, virtutemque diligitis; levate hunc aliquando supplicem vestrum,[e] judices, tot annos in falsa invidia periculisque versatum,[10] qui nunc primum post illam flammam,[p] aliorum facto[11] et cupiditate exci-

[c] *Affirmamus.* [d] *Pervenit.* [e] *Supplicantem vobis.*

χ deest *es.*—2 χ *Atque mater.* Dein C H ψ *quam cæca crud.*—3 χ *convertat.*—4 χ *ut ea nemo.*—5 Idem Ms. *adducta, uti sibi,* omisso *est.*—6 χ *homini reservaret.*—7 ψ *additum.* Idem Ms. mox *dare* legit, et post *dolorem* colo interpungit.—8 C *et victoria lib.* In ψ interpunctio post *liberum* tollitur. Tum Vict. et Manut. *patiamini.*—9 Pantagathus legit *Si id quod.*—10 Franc. 1. *qui tot annos . . . versetur,* non improb. Grævio.—11 Pro *facto* Ern. suspicaba-

NOTÆ

[m] *Vetere instituto*] Ostendit olim fuisse consuetudinem, ut unus tantum defenderet et accusaret. At hæc agendi ratio mutata est; ex Asconio enim habemus Scaurum a septem oratoribus defensum fuisse in judicio, cum paulo ante adhibere tantum quatuor concederetur.

[n] *Jura hominum convertit*] Sassia eadem erat socrus et uxor, et idem ejus gener et maritus.

[o] *Ex victoria liberum*] Ut injuste oppugnati vincant, non opprimantur Cluentii filii.

[p] *Post illam flammam*] Invidiam notat, quam Quintius suis concioni-

tatam, spe vestræ æquitatis erigere animum, et paulum respirare a metu cœpit: cui posita[12] sunt in vobis omnia; quem servatum esse plurimi[13] cupiunt, servare soli vos potestis. 201. Orat vos Avitus, judices, et flens obsecrat, ne se invidiæ, quæ in judiciis valere non debet; ne matri, cujus vota et preces a vestris mentibus repudiare debetis; ne Oppianico, homini nefario, condemnato jam et mortuo, condonetis.[f][14] LXXI. Quodsi qua calamitas hunc[q] in hoc judicio afflixerit innocentem; næ iste[15] miser, judices, si, id quod difficile factu est, in vita remanebit, sæpe et multum queretur, deprehensum esse illud quondam Fabricianum venenum:[r] quodsi tum[16] indicatum non esset, non huic ærumnosissimo venenum illud fuisset, sed multorum medicamentum laborum: postremo etiam fortassis[17] mater exequias illius funeris prosecuta, mortem[18] se filii lugere simulasset. Nunc vero quid erit profectum,[19] nisi ut hujus ex mediis mortis insidiis[s] vita ad luctum reservata,[20] mors sepulcro patris[t] privata esse videatur? 202. Satis diu fuit in miseriis, judices: satis multos annos ex invidia laboravit. Nemo huic tam iniquus, præter parentem, fuit, cujus animum non[1] jam expletum esse putemus. Vos, qui æqui estis omnibus, qui, ut quisque crudelissime oppugnatur, eum[2] lenissime sublevatis, conservate A. Cluen-

[f] *Dedatis.*

tur *fraude*, Schutz. *errato*, et Orell. *facinore* legend.—12 C *cujus posita.*—13 ψ *plurimum.*—14 ψ *condemnetis.*

Cap. LXXI. 15 Ms. Lamb. Ven. 1480. 1483. et Hervag. *ne iste.* Verba *judices si id* in χ desunt.—16 Pro *tum* C H S ψ habent *scitum.* χ omittit negativam particulam *non* ante *esset.*—17 C *postr. et fort.*—18 χ *morte.*—19 C H S ψ *profecto.*—20 C H S χ *conservata.*—1 χ, Franc. 2. Pall. tres et ed. 1472. omittunt *non* ante *jam expl.* In Franc. 1. legitur *cujus animum jam expl. esse non putemus.* Tum C H S ψ *vos, quia æqui.*—2 Pro *eum*, quod in χ deest,

NOTÆ

bus accendit contra Junium quæstionis judicem.

[q] *Hunc*] Cluentium.

[r] *Fabricianum venenum*] Venenum Fabricius Diogeni dabat ad necandum Cluentium, ut fuse superius dictum est.

[s] *Mortis insidiis*] Cluentius ex insidiis mortis liberatus est, quia paratum ei venenum deprehensum est.

[t] *Mors sepulcro patris*] Romani communia toti familiæ sepulcra habebant, quibus privari miserrimum existimabatur.

tium:[3] restituite incolumem municipio: amicis,[4] vicinis, hospitibus, quorum studia videtis, reddite: vobis in perpetuum liberisque vestris obstringite.[5] Vestrum est hoc, judices, vestræ clementiæ:[6] recte hoc repetitur[7] a vobis, ut virum optimum atque innocentissimum, plurimisque mortalibus carum[8] atque jucundissimum, his aliquando calamitatibus liberetis; ut omnes intelligant, in concionibus esse invidiæ locum, in judiciis veritati.

C habet *cum*. Dein χ *levissime*.—3 C H S χ omittunt prænomen *A*. ante *Cluentium*.—4 χ *inimicis*.—5 C et ψ *astringite*.—6 Ante *vestræ clementiæ* C H et edd. ante Lamb. cum Oliv. Lall. et Orell. addunt *vestræ dignitatis*.—7 χ *reperitur*.—8 Idem *pluribusque mortalibus*, et Lamb. *carissimum*.

M. TULLII CICERONIS

DE LEGE AGRARIA

ORATIONES TRES

CONTRA P. SERVILIUM RULLUM,

TRIBUNUM PLEBIS.

ARGUMENTUM.

P. Rullus trib. pl. cum tribunatum inisset ante Kal. Jan. legem tulit agrariam. Ejus hæc fere sententia fuit, ut decem viri XVII tribubus creati, et lege curiata summaque potestate ornati, agros omnes, qui extra Italiam, L. Sulla et Q. Pompeio coss. aut postea publici facti essent, venderent; in Africa tamen exceptis iis, de quibus fœdere cautum esset, quos Hiempsal Mauritaniæ rex a Cn. Pompeio traditos possidebat; in Italia vero et sylvas et possessiones omnes publicas, exceptis agris Campano et Stellate, quos non vendi, sed dividi quinque millibus colonorum lex jubebat; et ut iidem omnibus agris publicis vectigal imponerent, excepto Recentorico Siciliensi: et ut, qui agri privati essent, eos publicare, qui publici, liberare possent: quodque ad quemque eorum qui exercitum habuissent, et bella gessissent, ex præda, manubiis, auro coronario pervenisset, perventurumve esset, quod neque consumtum in monumento, neque in ærarium relatum esset, id omnes, uno excepto Pompeio, ad decemviros referrent: quæque ex iis rebus omnibus redacta pecunia esset, ea decemviri agros in Italia emerent, qui plebi Rom. dividerentur. Hanc legem in senatu, inito consulatu, ipsis Kalendis Januariis, præsente Rullo, dissuasit prima oratione, cujus primæ partes interiere. Sed cum Rullus, quanquam perspexerat senatus voluntatem, tamen non abjiceret legis ferendæ consilium, ad alteram orationem eodem die habendam, comitante senatu, in concionem populi ascendit, qua gratiis primum, pro more, actis, sensim accessit ad ipsam legem oppugnandam, eamque populo, ærario, reipublicæ universæ,

perniciosam minimeque popularem esse ostendit. In quo cum non obscure videretur populi animos commovisse, eique, quod voluerat, persuasisse; Rullus, coram contendere cum consule non ausus, absentem paulo post apud populum criminatus est, quasi gratum facturus Sullanorum agrorum possessoribus, legem atque adeo commoda plebis oppugnasset. Quod cum Cicero audisset, advocata concione, tertiam orationem habuit, qua, quæ in ipsum conjecta a Rullo erant, diluit, et ostendit, se nemini nisi reipublicæ, Rullum autem socero suo Valgio consultum cupere: Rullum vero Sullanos agros non modo nemini adimere, sed eorum possessionem potius confirmare. Ita confirmatis populi animis, cum etiam ostendisset L. Cæcilius trib. plebis se intercessurum, si Rullus legem ferre conaretur, consilium ferendæ legis Rullus abjecit.

M. TULLII CICERONIS,

DE LEGE AGRARIA,

CONTRA P. SERVILIUM RULLUM,

TRIBUNUM PLEBIS, IN SENATU,

ORATIO XV.

Desunt permulta.[1]

1. 1. [*Ed. Ald. p.* 61.] * Quæ res aperte petebatur,[a] ea

Cap. 1. 1 '*Desunt permulta*] In C H S ψ marg. scribitur ab eadem manu, 'Hic deficiunt duæ chartæ, quæ faciunt principium orationis.' Eodem fere modo Pal. 1. In ed. Med. 1498. hæc verba præfiguntur: 'Hujus orationis principium de lege agraria contra P. Rullum non exstat. Duo enim folia ex vetustissimo codice abscissa fuisse, librarii admonitum reliquerunt in marginibus vetustissimorum exemplorum, quæ in consultationem hujus nostræ edit. adhibuimus.' In ed. 1472. omnino non habetur fragmentum primæ orationis.' *Beck.* Orell. hic inseruit tria membra seqq., (ex Aulo Gellio Noct. Attic. xiii. 24. 6.) 'Prædam, manubias, sectionem, castra denique Cn. Pompeii sedente imperatore decemviri vendent'... (e Charis.

NOTÆ

[a] *Aperte petebatur*] 'Petere' verbum est gladiatorum, quando nempe adversarium aggrediuntur, cum allegoria ad urbium obsidionem, quæ vel aperta vi, vel cuniculis oppugnantur.

nunc occulte cuniculis[b] oppugnatur: dicent enim decemviri,[c] id quod et dicitur[2] a multis, et sæpe dictum est; post eosdem consules,[d] regis[3] Alexandri[e] testamento, regnum illud populi Romani esse factum. Dabitis igitur Alexandriam clam petentibus iis, quibus apertissime pugnantibus restitistis?[4] Hæc, per Deos immortales! utrum esse vobis consilia siccorum,[a] an vinolentorum[5] somnia; et utrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur? 2. Videte nunc, proximo capite,[f] ut impurus helluo[g] turbet rempublicam;[6] ut a majoribus nostris possessiones relictas disperdat et dissipet; ut sit non minus in populi Romani patrimonio nepos,[7][h] quam in suo. Proscribit[8][i] in sua lege vectigalia,

[a] *Sobriorum.*

lib. I. p. 74.) 'Imberba juventute' ... (ex Aquila Romano c. 43. p. 187. ed. Ruhnken.) 'Venit igitur sub præcone tota Propontis atque Hellespontus: addicetur communis ora Lyciorum atque Cilicum; Mysia et Phrygia idem conditioni legique parebunt.' Vid. Fragmenta.—2 χ *id quod etiam dicitur:* C H S et ed. Oliv. *id quod dic.*—3 Pro *regis*, in χ *legis.* Tum *Alexandrini* Ven. 1483. Junt. Lauredanus, (Venet. ap. P. Manut. 1558. 4to.) Grut. Pro *testamento regnum* C H S χ habent *testamentum.*—4 χ *restitutis.*—5 H *sicariorum;* et χ *ac vinol.*—6 C *tuber reip.* χ *tuber re p.*—7 Pro *nepos* Erf. habet *hæres.*—8 C H S χ ψ *Perscribit*, atque ita etiam, paulo post, C S χ ψ. In

NOTÆ

[b] *Occulte cuniculis*] Vult ostendere quod, quam rem aperte Rullus non potuit, modo occulta fraude aggrediatur. Cuniculi autem eæ fossæ sunt subterraneæ, per quas hostis in urbem subit; quæ vel a cuneis dictæ sunt, quod illis tanquam cuneis urbs aperiatur, vel a cuniculo animali: de quo sic Martialis cecinit, lib. XIII. 'Gaudet in effossis habitare cuniculus antris; Monstravit tacitas hostibus ille vias.'

[c] *Decemviri*] Per 17. tribus creati sunt decemviri a novem reliquis, qui agros venderent et emerent, et plebi Romanæ dividerent.

[d] *Eosdem consules*] Consules in ea parte orationis, quæ periit, nominati sunt L. Sulla et Q. Pompeius, ut infra constabit his verbis, 'Quod superiore parte legis præfinitum fuit, Sulla et Pompeio coss. id rursus liberum infinitumque fecerunt.'

[e] *Regis Alexandri* [*Regis Alexandrini*] Ptolemæus Alexander Appion, ut appellatur in Orat. II. rex Cyrenarum et Ægypti, populum Rom. hæredem fecerat. Eo igitur mortuo, regnum decemviri, contra quos hic agit Cicero, sibimetipsis vindicare conati sunt.

[f] *Proximo capite*] Singula Servilianæ legis capita refellit, ut patebit ex integra sequenti oratione.

[g] *Helluo*] Rullum vocat helluonem, quia omnia reipub. bona immoderate consumit.

[h] *Nepos*] Nepos dicitur, qui luxuriose bona sua dissipat, quem Vossius hoc nomine appellari ait, quod 'pueri parentibus orbati, si in avorum sint potestate, fere nequam evadant, et

quæ decemviri vendant, hoc est, proscribit auctionem[k] publicorum bonorum. Agros emi vult,[l] qui dividantur: quærit pecuniam. Videlicet[9] excogitabit aliquid, atque afferet.[10] Nam superioribus capitibus dignitas populi Romani[m] violabatur: nomen imperii in commune odium orbis terræ vocabatur:[n] urbes pacatæ,[o] agri sociorum, regum status decemviris[11] donabantur: nunc præsens, certa, pecunia numerata, quæritur. 3. Expecto, quid tribunus plebis vigilans et acutus excogitet. Veneat, inquit, sylva Scantia.[p] Utrum tandem hanc sylvam in relictis possessionibus, an in censorum pascuis[12][q] invenisti? Si quid est, quod indagaris, inveneris,[13] ex tenebris erueris, quanquam iniquum est, consume sane,[14] quoniam commodum est, quoniam qui-

Ven. 1480. utroque loco est *præscribit*, et in Ven. 1483. Junt. *perscribit*. Lall. ex Mss. suis dedit *Perscribit in sua lege*.—9 *Videlicet* non est in Erf.—10 C *affert*.—11 C H S χ *decemviri*. Pro *donabantur* Putean. conjecit *condonabantur* legend. prob. Lamb.—12 Pro *pascuis* nonnulli ap. Laured. legi voluerunt *tabulis*.—13 χ *quod in agris inven*.—14 *Consume sane* C H S χ, edd. Rom. Brix. Med. Ven. 1483. Beck. Schutz. et Orell. *consume tamen sane* ψ, Erf. Græv. Oliv. Lall. *tamen consume sane* Ven. 1480. ed. Wald. Naug. Junt. Lamb. Manut. Grut. nisi quod in ed. Grut. *sane* omittatur. Dein in H desunt verba *quoniam quidem tu attulisti*. ‘*Quoniam commodum est, quoniam, &c.*] Mirum sane hoc *quoniam ... quoniam quidem*. Pro posteriori *quando quidem* ed. Rom. Jenson. Ven. utraque, Junt. Pro priori *quoniam*, $\overline{qm}$ cum lineola

NOTÆ

dissoluti; quia faciliores parentibus esse avi solent; et si severiores esse velint, a pueris, patris metu solutis, contemni solent.’

[i] *Proscribit*] Proscribuntur ea quæ per scriptum publice venalia proponuntur.

[k] *Proscribit auctionem*] Id est, publica bona vendere conatur: auctio enim fit in iis quæ publice venduntur, augendo pretium.

[l] *Agros emi vult*] Decemviri causabantur se agros velle dividere tribubus, sed inde magnam vim pecuniæ cogebant quo facilius ad dominationem aspirarent.

[m] *Dignitas populi Romani*] Violabatur dignitas populi Romani, quia non populi comitiis, scilicet a 35. tribubus, sed a 17. duntaxat Rullus creari volebat illos decemviros.

[n] *Nomen imperii in commune odium vocabatur*] Mittebantur enimvero illi decemviri per provincias et regna, qui ad libidinem suam proscribebant bona, publicabant, &c.

[o] *Urbes pacatæ*] Urbes quibuscum nullum erat dissidium, pacatæ dicebantur.

[p] *Sylva Scantia*] Sylva in Campania, ubi Scantiæ aquæ ignem vomentes, ut Plin. N. H. lib. II. testatur.

[q] *Censorum pascuis*] Censores locabant vectigalia, et publica pascua mancipibus pretio tradebant, et in rationes referebant. Plin. N. H. XXVIII. 3.

dem tu attulisti. Sylvam vero tu Scantiam vendas, nobis consulibus atque hoc senatu? tu ullum vectigal[15] attingas? tu populi Romani subsidia belli? tu ornamenta pacis eripias? Tum vero hoc me inertiorem consulem judicabo, quam illos fortissimos viros, qui apud majores nostros fuerunt; quod, quæ vectigalia, illis consulibus, populo Romano parta sunt, ea, me consule, ne retineri quidem potuisse judicabuntur.[16] II. 4. Vendit Italiæ possessiones[r] ex ordine omnes. Sane est in eo diligens: nullam[17] enim prætermittit. Persequitur in tabulis censoriis totam Siciliam: nullum ædificium, nullos agros relinquit. Audistis auctionem populi Romani proscriptam a tribuno plebis, constitutam in mensem Januarium:[18 s] et, credo, non dubitatis,[t] quin idcirco hæc, ærarii causa, non vendiderint[19] ii, qui armis et virtute pepererunt, ut esset, quod nos,[20] largitionis causa, venderemus.

5. Videte nunc, quoad fecerit iter,[b 1] apertius quam antea. Nam superiore parte legis quemadmodum Pompeium[u] oppugnarent, a me indicati sunt: nunc jam se ipsi indicabunt.

[b] *Quo conetur pervenire.*

Ven. 1483. Junt. Fuitne *quantum?* vel potius *quod commodum est, quando quidem tu attulisti?* In Beckii ed. excidit *quoniam commodum est.'* Orell.—15 C S χ *nullum vect.* Mox, ψ, Crat. Hervag. Cam. Vict. et Orell. *populo Romano.*—16 χ *posse vindicabuntur.*

Cap. II. 17 C H S χ *Nulla.* Mox, Putean. scribi volnit *Perseq. ut in tab.* Vid. Nott. Varr.—18 C et χ *Januarii.*—19 C S χ *non vendiderunt.* In Mss. quibusdam ap. Turneb. *quin non idcirco ... non vendiderunt,* quod, sine ironia dictum, probat Turneb.—20 χ *vos.* Mox *venderetis* H: *venderemini* C S.—1 *Ut fecerit iter* Franc. et Mss. nonnulli ap. Turneb. *quod fecerit iter* H et Junt. *quo adfectarit iter* Aldus Nep. et Lamb. Conjecit Gulielm. *quoad egerit iter:* Manut. scribi jussit *quo adfectarint iter,* prob. Laured. Hunc locum esse

NOTÆ

[r] *Vendit Italiæ possessiones*] Enumerat hic Italiæ partes, de quarum venditione tribuni plebis cogitabant.

[s] *In mensem Januarium*] Promulgata fuerat hæc lex mense Decembri, quam tribunus plebis Januario mense ferri volebat: neque enim ante legem latam auctio bonorum publicorum fieri poterat.

[t] *Et, credo, non dubitatis*] Ironia; ostendit enim non ea bona vendita fuisse, ut ex eorum reditu collecta pecunia in ærarium referretur, sed ut in largitiones a tribunis plebis effunderetur.

[u] *Pompeium*] Rullus cum de creandis decemviris legem ferre cogitaret, Pompeium excepit; atque ita dignitatem ejus oppugnavit.

Jubent venire[c] agros Attalensium[2] atque Olympenorum.[x] Hos populo Romano[3] Servilii, fortissimi viri, victoria adjunxit: [*p.* 62.] deinde agros in Macedonia regios,[y] qui partim T. Flaminini,[4] partim L. Paulli, qui Persen vicit, virtute parti sunt: deinde agrum optimum[5] et fructuosissimum Corinthium,[z] qui L. Mummii[6] imperio ac felicitate ad vectigalia populi Romani adjunctus est: post autem agros in Hispania apud Carthaginem Novam,[a] duorum Scipionum[b] eximia virtute possessos: tum vero[7] ipsam veterem Carthaginem[8] vendunt, quam P. Africanus[c] nudatam tectis ac mœnibus, sive ad notandam[9] Carthaginiensium calamitatem, sive ad testificandam nostram victoriam, sive ad oblatam aliquam religionem,[10][d] ad æternam

[c] *Vendere.*

corruptum notavit Orellius. Mox, pro *apertius* χ habet *aptius.*—2 Lambinus scribi maluit *Attaleensium,* vel *Attaliensium.*—3 C H S χ *Hoc;* et ψ *populus R.* Tum Laured. et Orell. *P. Servilii,* ut volebat Garaton. Aliæ edd. prænomen omittunt.—4 C H S χ et edd. ante Lamb. præter Laured. *T. Flaminii.*—5 Duo Mss. ap. Laured. et Lamb. 1566. *opimum.*—6 H *Mumii.*—7 H S χ ψ et edd. ante Lamb. omittunt *vero.*—8 Ab Ven. 1480. abest *Carthaginem.*

NOTÆ

[x] *Agros Attalensium atque Olympenorum*] Attalia et Olympena, seu Olympus, urbes sunt; prior in Pamphylia ad littus Pamphylium, altera in Lycia; quam utramque Pub. Servilius Isauricus bello piratico cepit.

[y] *Agros regios*] Agros notat, qui ad Philippum et Persen reges Macedoniæ pertinuerunt. Philippus a Flaminio devictus est, Perses ab Æmilio: ac sic tota Macedonia pop. Rom. provincia facta est. Florus II. 7. et 14.

[z] *Corinthium*] Ab urbe Corintho Corinthius dictus est ager ille. Corinthus autem urbs est Achaiæ, fere in medio isthmi Peloponnesi sita, quæ in tantam potentiam excrevit, ut ne quidem Romæ cederet. Immo legatos Romanorum cum superbius Corinthii appellavissent, et sordibus perfudissent, ita exarsit senatus rei atrocitate, ut Memmium cum exercitu ad hanc urbem exscindendam miserit. Hic urbem cepit, et incendit, quo incendio consumtis metallis, inventa est mixtura æris pretiosissimi, quod æs Corinthiacum seu Memmium appellatum est.

[a] *Apud Carthaginem Novam*] Notat duplicem in Hispania Carthaginem Ptolemæus, veterem in agro Tarraconensi, novam in Bætica: videtur tamen hic loqui Cicero de vetere in Africa, ut videbitur in sequenti oratione.

[b] *Scipionum*] Illi Scipiones Hispaniam devicerunt.

[c] *P. Africanus*] Publius Scipio, qui et Æmilianus seu Minor Africanus dictus est, Carthaginem, quam superior tributariam fecerat, delevit A. U. C. 605.

[d] *Ad oblatam aliquam religionem*]

hominum memoriam consecravit. 6. His insignibus[e] atque infulis[f] imperii venditis, quibus ornatam vobis[11] majores vestri rempublicam tradiderunt, jubent[12] eos agros venire, quos rex Mithridates[g] in Paphlagonia,[h] Ponto,[i] Cappadociaque[k] possederit. Num obscure videntur, prope hasta[l] præconis, insectari Cn. Pompeii exercitum, qui venire jubeant eos ipsos agros, in quibus ille etiam nunc bellum gerat[13] atque versetur?

III. 7. Hoc vero cujusmodi[14] est, quod ejus auctionis, quam constituunt,[15] locum sibi nullum definiunt? nam decemviris, quibus in locis ipsis[16] videatur, vendendi potestas lege permittitur. Censoribus vectigalia[m] locare, nisi in conspectu[17] populi Romani non licet: his vendere vel in ultimis terris licebit? At hoc etiam nequissimi homines, consumtis patrimoniis, faciunt, ut in atriis auctionariis[18][n] potius, quam in triviis, aut in compitis auctionentur. Hic permittit sua lege decemviris, ut, in quibus commodum sit[d] tenebris, ut in qua[19] velint solitudine, bona

[d] *In quibus libeat.*

—9 In C H S χ *notandum.*—10 H S χ *regionem.*—11 χ ψ, Pal. 1. Ven. 1480. Junt. Manut. *nobis:* et mox ψ, Pal. 1. Ven. 1480. *nostri.* In Pal. 2. deest *vestri.*—12 Quinque Oxonn. Mss. *jubet.*—13 C S χ *gerit.* Mox H *versatur.*

CAP. III. 14 χ *ejusmodi.*—15 C H S χ ψ *constituerat.* Mox pro *definiunt,* in χ *definivit.*—16 In C H S χ deest *ipsis.*—17 χ *nisi consp.* sine præpositione.

NOTÆ

Videtur aliquo signo a Diis immortalibus admonitus fuisse, ut eam urbem consecraret, id est, diris execrationibus ejus urbis locum devoveret, ne iterum ædificaretur, et incoleretur a quoquam.

[e] *His insignibus*] Hic intelligit vexilla, quæ in bello præferuntur.

[f] *Infulis*] Infulæ fasciæ sunt vittis ab utraque parte pendentibus, quibus tum reges, tum sacerdotes apud Rom. ornabantur.

[g] *Rex Mithridates*] De eo in oratione pro lege Manil. sæpius dictum est.

[h] *Paphlagonia*] Paphlagonia regio est Asiæ ad Pontum Euxinum, quam regi Pylæmeni ademit Mithridates.

[i] *Ponto*] Pontus regio est Asiæ Minoris, a Ponto rege dicta, quam Ariobarzani abstulit Mithridates.

[k] *Cappadocia*] Cappadocia regio Asiæ ampla est, Mari Euxino exposita.

[l] *Hasta*] Apud Romanos hastæ subjiciebantur, quibus publicas auctiones significabant.

[m] *Censoribus vectigalia*] Censoribus Romæ tantum locare vectigalia fas erat, et in concione.

[n] *Atriis auctionariis*] Atria erant in foro, in quibus auctiones fiebant.

populi Romani possint divendere.[20] 8. Jam illa omnibus in provinciis,[o] regnis, liberis populis,[p] quam acerba, quam formidolosa, quam quæstuosa concursatio decemviralis futura sit, non videtis? Hæreditatum[q] obeundarum causa, quibus vos legationes[1] dedistis, qui et privati, et privatum ad negotium exierunt, non maximis opibus, neque summa auctoritate præditi, tamen auditis profecto, quam graves eorum adventus sociis vestris[2] esse soleant. 9. Quamobrem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus terroris et mali,[3] cum mittantur in orbem terrarum decemviri summo cum imperio, summa cum avaritia, infinitaque omnium rerum cupiditate? quorum cum adventus graves, cum fasces[4] formidolosi,[r] tum vero judicium ac potestas erit non ferenda. Licebit enim, quod videbitur, publicum judicare;[e 5] quod judicarint, vendere. Etiam illud, quod homines sancti[s] non facient,[6] ut pecuniam accipiant, ne vendant; tamen id iis ipsum[7] per legem licebit. Hinc vos quas spoliationes,[8] quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem[t] juris ac fortunarum fore putatis? 10. Etenim quod superiore parte[u] legis præfi-

[e] *Confiscare.*

—18 H *in armis auct.*—19 Laured. et Lamb. *aut in qua.*—20 H *possent*, et ψ *defendere.*—1 χ *legationem.* Tum C S *qui et privati, et privati ad neg.* χ *qui et privati privatim ad neg.* H *qui et privati ad neg.*—2 ψ *sociis nostris.*—3 C *malis.* Pro *mittontur* χ habet *mutantur;* Erf. *immutantur;* unde Græv. conj. *immittantur.*—4 Orell. conjecit legend. *tum adv. graves, tum fasces.*—5 In χ *judicate.*—6 Idem *facerent.*—7 Junt. Lamb. Schutz. *tamen iis id ipsum.* Dein χ *per leges.*—8 Excerpta Pithœi *quas sponsiones*, non improb. Græv.

NOTÆ

[o] *Provinciis*] Provinciæ per prætores vel proconsules regebantur, regna per reges suos.

[p] *Liberis populis*] Liberi populi dicuntur, qui suis legibus vivebant.

[q] *Hæreditatum*] Senatoribus in provincias legationes a senatu, vel a populo permittebantur, ut privatum aliquod negotium gererent, v. g. obirent hæreditates, legata prosequerentur, nomina exigerent. His honoris causa lictores duo permittebantur. Ejusmodi legationes liberæ dicebantur.

[r] *Fasces formidolosi*] Cum prætoria potestate mittebantur illi decemviri, datis unicuique senis apparitoribus cum fascibus, quos 'formidolosos' dicit, quia necis inferendæ potestatem habere videbantur.

[s] *Homines sancti*] Ironia.

[t] *Nundinationem*] Metaphora, pro manifesta venditione.

[u] *Quod superiore parte*] Id est, in

nitum fuit, Sulla et Pompeio consulibus, id rursus liberum infinitumque fecerunt. IV. Jubet eosdem[9] decemviros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere, ut iidem[10] possint et liberare agros,[x] quos commodum sit, et, quos ipsis libeat, publicare:[y] quo in judicio perspici non potest, utrum severitas acerbior, an benignitas quæstuosior sit futura.[11]

Sunt tamen in tota lege exceptiones duæ, non tam iniquæ, quam suspiciosæ. Excipit, in vectigali imponendo, agrum Recentoricum[z] Siciliensem; in vendendis agris, eos agros, de[12] quibus cautum sit fœdere. Hi sunt in Africa, qui ab Hiempsale[a] possidentur. 11. Hic quæro, si Hiempsali satis est cautum fœdere, et Recentoricus[13] ager privatus est; quid attinuerit[14] excipi? Sin et fœdus illud habet aliquam dubitationem, et ager Recentoricus dicitur nonnunquam esse publicus; quem putet[15] existimaturum, duas causas in orbe terrarum repertas, quibus[16] gratis parceret? [*p.* 63.] Nunc[17] quisnam tam abstrusus usquam nummus videtur, quem non architecti hujusce legis olfece-

Cap. IV. 9 Erf. Pith. Schutz. *Jubet enim eosdem.*—10 Pro *iidem* H habet *hisdem*, et χ *iisdem.*—11 C H S χ omittunt *futura.*—12 Lamb. aut *de* ante *quibus* deleri, aut subintelligi vult 'Hiempsali.' Dein in Erf. *cautum sit sine fœd.* unde Græv. conjecit *cautum sit in fœd.*—13 C S χ *Recentiori.*—14 ψ *attinet.*—15 C *putes.*—16 Pro *quibus* Lamb. 1566. edidit *quare his agris.*—17 Pro *Nunc* Laured. et Orell. ediderunt *Num*, ut Lamb. volebat. Pro *quisnam* edd. nonnullæ *quisquam*, errore typographico. Dein *tandem abstrusus* H χ ψ, Pith.

NOTÆ

superiore legis agrariæ capite sic edixerat Rullus: ut decemviri vendere possent vectigalia post L. Sullam et Pompeium coss. sic enim circumscriptionem temporis posuit, scilicet viginti quinque proximis annis acquisita vectigalia; in proxime vero sequenti capite, omnem temporis definitionem tollit.

x *Liberare agros*] Legem tulerat Rullus ut quos vellent agros vectigali liberarent, si quod iis impositum esset.

y *Publicare*] Publicare longe gravius est, quam prægrande vectigal imponere.

z *Recentoricum*] De hoc agro vide orat. sequentem.

a *Hiempsale*] Hiempsal rex Numidiæ fuit, qui in ora maritima agros habebat, quos Africanus pop. Rom. adjudicarat. Postea tamen per Cottam consulem in fœdere cautum fuit, ut eos possideret; quod tamen pop. Rom. non jusserat.

rint?[18] Provincias, civitates liberas, socios, amicos, reges denique exhauriunt: admovent manus vectigalibus populi Romani. Non est satis. 12. Audite, audite[19] vos, qui amplissimo populi senatusque judicio exercitus habuistis, et bella gessistis. 'Quod ad quemque pervenit, pervenerit,[20][b] ex præda, ex manubiis,[c] ex auro coronario,[d] quod neque consumtum in monumento,[1][e] neque in ærarium relatum sit, id ad decemviros referri'[2] jubet. Hoc capite multa sperant: in omnes imperatores hæredesque eorum quæstionem suo judicio comparant;[f] sed maximam pecuniam se a Fausto[g] ablaturos[3] arbitrantur. Quam causam suscipere jurati judices[h] noluerunt, hanc isti decemviri suscepere.[4] Idcirco a judicibus fortasse prætermissam esse arbitrantur, quod[5] sit ipsis reservata. 13. Deinde[i] etiam in reliquum tempus diligentissime sancit, ut, quod quisque imperator habeat pecuniæ, protinus ad decemviros deferat. Hic tamen excipit Pompeium;[k] simillime, ut mihi videtur,

Pall. duo: *tam obstrusus* C. Pro *usquam* χ habet *unquam*.—18 χ *olfecerunt*. —19 *Audite* semel tantum legitur in C H S χ, Franc. 1. et edd. ante Grut. —20 C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. *perv. aut pervenerit*. Tum χ *ex præda, manub. auro coron*.—1 C H S χ *in momento*.—2 Orell. conjecit *deferri* legend. ut § 13.—3 C H χ *oblaturos*.—4 Ven. 1483. *noluerint, hanc isti dec. suscipere*.—

NOTÆ

[b] *Pervenit, pervenerit*] Vulgo hac repetitione in ferendis legibus utebantur.

[c] *Ex manubiis*] Manubiæ proprie dicuntur illæ pecuniæ ex præda vendita collectæ.

[d] *Auro coronario*] Aurum ejusmodi coronarium: eæ coronæ sunt, quæ vel a provincialibus ad eos qui provinciam rexerant, vel quæ in honorem triumphi ad imperatores mittebantur.

[e] *Consumtum in monumento*] Monumentum res est memoriæ causa prodita, quales sunt porticus, arcus, basilicæ, templa, &c.

[f] *Quæstionem comparant*] Id est, præparant hæredibus illorum imperatorum judicium de pecuniis repetundis.

[g] *A Fausto*] Faustus Sullæ dictatoris filius fuit, qui repetundarum accusatus fuit; sed, ne qua oriretur perturbatio, nullum de eo judicium latum est.

[h] *Jurati judices*] Selecti judices jurabant se æquissime judicaturos secundum legem ipsis præscriptam.

[i] *Deinde*] Id est, proximo capite legis agrariæ non tantum superiorum temporum, sed præsentium etiam imperatores comprehenduntur.

[k] *Excipit Pompeium*] Pompeius ita excipitur, ut tamen beneficio non afficiatur, sed tantum privetur injuria: quod probat legis similitudine, quæ contra peregrinos lata est.

atque in illa lege,[6][1] qua peregrini Roma ejiciuntur, Glaucippus excipitur: non enim hac exceptione unus afficitur beneficio, sed unus[7] privatur injuria. Sed cui manubias remittit, hujus vectigalia invadit. Jubet enim pecuniam, si qua post nos consules ex novis vectigalibus recipiatur,[8] hac uti decemviros. Quasi vero non intelligamus, hæc eos vectigalia, quæ Cn. Pompeius adjunxerit,[m] vendere cogitare.

v. 14. Videtis jam, patres conscripti, omnibus rebus[9] et modis constructam et coacervatam pecuniam decemviralem. Minuetur hujus pecuniæ invidia:[10] consumetur enim in agrorum emtionibus. Optime. Quis ergo emet agros istos?[11] iidem decemviri: tu, Rulle, (missos enim facio[12] ceteros) emes, quos voles: vendes quos voles: utrumque horum facies, quanti voles.[13][n] Cavet enim vir optimus, ne emat ab invito: quasi vero non intelligamus, ab invito emere, injuriosum[14] esse; ab non invito, quæstuosum. Quantum tibi agri vendet, ut alios omittam, socer tuus?[o] et, si[15] ego ejus æquitatem animi probe novi, vendet non invitus. Facient idem ceteri libenter,[16] ut possessionis invidiam[p] pecunia commutent;[17] accipiant, quod cupiant;

5 In C H S χ deest *quod*.—6 C H S ψ *atque ut illa lege*.—7 S *sed una*. Pro *privatur* Lamb. in marg. 1584. dedit *prohibetur*. Mox C H S χ *Si cui manub.* Ante *hujus vectigalia* C H S χ, Pith. Ven. 1480. 1483. Junt. Beck. et Orell. addunt præpositionem *in*. Schutz. edidit *hujus in vect.* 'e Gœrenzio Legg. p. 59. male intellecto,' ait Orell. Denique χ *invadat*.—8 E conj. *reficiatur* edidit Lamb. qui etiam *redigatur* legi posse censet.

Cap. v. 9 Lamb. *omn. rationibus*.—10 H *ejus pec. inv.* Tum χ *Cons. etiam.*—11 In Lauredani Commentario *agros vestros*. Tum C H S χ *Eidem dec.*—12 Iidem Mss. *facito*. Dein *quot voles: vendes, quot voles* Ven. 1480. *quod voles: vendes, quod voles* C H S ψ, Ven. 1483. Junt.—13 χ *quantum voles*.—14 Pro *injuriosum* in C H S χ *numerosum*.—15 Lamb. *etenim si*.—16 Ven. 1480.

NOTÆ

[1] *Illa lege*] Papius duas leges de peregrinis ejiciendis tulit: priore neminem excipiebat, posteriore Italos lege Julia donatos. De hac lege Cicero lib. III. de Off. loquitur.

[m] *Adjunxerit*] Pompeius tunc temporis bellum adhuc gerebat in Asia contra Mithridatem.

[n] *Quanti voles*] Auget furti suspicionem.

[o] *Socer tuus*] Valgius socer ejus fuit, qui in tumultibus Sullanis agros privatos et publicos interverterat, in hisque Jopinum et Cassinatem, ideoque invidiam multorum subibat.

[p] *Possessionis invidiam*] Quæ nasci-

dent, quod retinere vix possint.[18] 15. Nunc prospicite omnium rerum infinitam atque intolerandam licentiam. Pecunia coacta est ad agros emendos: ii porro ab invitis non ementur. Si consenserint[f] possessores non vendere, quid futurum est? Referetur pecunia?[19q] non licet.[r] Exigetur?[s] vetat.[t] Verum esto: nihil est, quod non[20] emi possit, si tantum des, quantum velit venditor. Spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus ærarium,[u] ut, locupletatis aut invidiæ aut pestilentiæ[x] possessoribus, agri tamen emantur.

16. Quid tum? quæ erit[1] in istos agros deductio? quæ totius rei ratio atque descriptio? Deducentur,[y] inquit, coloniæ. Quot?[2] quorum hominum? in quæ loca? quis enim non videt, in coloniis esse hæc omnia consideranda? Tibi nos, Rulle, et istis tuis, harum omnium rerum machinatoribus, totam Italiam inermem[z] traditurus existimasti, quam præsidiis confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinclis devinctam et constrictam[3] teneretis? Ubi enim cavetur, ne in Janiculo[a] coloniam constituatis? ne urbem hanc urbe alia[b] premere atque urgere possitis? Non

[f] *Conspirarint.*

Junt. *et libenter.*—17 χ *commutet.*—18 *Cupiant . . . possint* e conj. edidit Ern. quem Beck. et Schutz. sequuntur. Omnes aliæ edd. *cupiunt . . . possunt.*—19 *Referent pecuniam* C: *Refertur pecunia* χ.—20 χ omittit *non* ante *emi.* Dein in Ven. 1480. legitur *si tantum detur, quantum velit, venditori.*—1 Olim legebatur *Quid? tum quæ erit.* Pro *in istos agros* Ms. Turnebi habet *istis agris.*—2 Mss. edd. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Grut. Oliv. Lall. *Quo.* Ceteri *Quot,* e conjectura Lauredani.—3 χ *devictam et constructam.*

NOTÆ

tur ex possessione tot agrorum.

[q] *Referetur pecunia*] In ærarium.

[r] *Non licet*] Per legem a Rullo latam referre pecuniam non licet.

[s] *Exigetur*] A decemviris.

[t] *Vetat*] Lex a Rullo lata.

[u] *Effundamus ærarium*] Effunditur ærarium, cum vectigalia venduntur.

[x] *Aut pestilentiæ*] Id est, qui agros vastatos pestilentia habent.

[y] *Deducentur*] Per prolepsim subjicit Cicero deductionis qualitatem, et ex adjunctis reprehendit, quod loca et personæ non definiantur.

[z] *Totam Italiam inermem*] In suspicionem regni affectandi Rullum adducit, qui tot ubique colonias instituebat.

[a] *In Janiculo*] Janiculum mons fuit primis regum temporibus extra urbem trans Tiberim ad occasum, postea intra urbem inclusus.

[b] *Urbe alia*] Capuam designat, quo deducere colonos volebant, ut eam

faciemus, inquit. Primum nescio: deinde timeo: postremo non committam, ut vestro beneficio potius, quam nostro consilio salvi esse possimus. VI. 17. Quod vero[4] totam Italiam vestris colonis complere voluistis, id cujusmodi esset, neminemne nostrum intellecturum existimavistis?[5] [*p.* 64.] Scriptum est enim, 'Quæ in municipia,[c] quasque in colonias decemviri velint, deducant colonos quos velint: et iis agros assignent, quibus in locis velint:' ut, cum totam Italiam[6] militibus[d] suis occuparint, vobis[7] non modo dignitatis retinendæ, sed ne libertatis quidem recuperandæ spes relinquatur. Atque[8] hæc a me suspicionibus et conjectura coarguuntur. 18. Jam omnis omnium tolletur error: jam aperte[9] ostendent, sibi nomen hujus reipublicæ, sedem urbis atque imperii, denique hoc templum[e] Jovis Optimi Maximi, atque hanc arcem[10] omnium gentium displicere. Capuam deduci colonos volunt:[11] illam urbem huic urbi rursus opponere,[f] illuc opes suas deferre, et imperii nomen transferre cogitant. Qui locus, propter[12] ubertatem[g] agrorum, abundantiamque rerum omnium, superbiam et crudelitatem genuisse dicitur; ibi nostri coloni, delecti ad omne facinus, a decemviris collocabuntur. Et, credo, qua in urbe homines, in veteri dignitate fortunaque nati, copiam rerum moderate ferre non potuerunt, in ea isti

CAP. VI. 4 H S ψ *Quid vero.* Mox ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Vict. Lamb. *coloniis.*—5 *Existimatis* C H χ ψ et nonnullæ edd. vett.—6 H *Italia.*—7 ψ *nobis.*—8 '*Atque*] Fortasse *At. Atqui* nescio cujus conjectura.' *Orell.*—9 C H S χ *nam aperte.* Mox pro *sedem* iidem Mss. habent *seriem.*—10 Ven. 1480. Junt. *hanc arum.*—11 χ *nolunt.*—12 Lamb. collocat *propter* post vocem

NOTÆ

Romæ opponerent.

[c] *Municipia*] Omnes aliæ urbes appellabantur municipia, quæ jus Romanæ civitatis habebant.

[d] *Militibus*] Non milites proprie intelligit, sed colonos, quibus, tanquam militibus, contra rempub. utentur.

[e] *Hoc templum*] Loquitur de templo Jovis Capitolini, ubi ad senatum hanc habebat orationem.

[f] *Rursus opponere*] Livius scribit bello secundo Punico Hannibalem adversus Romanos excepisse Capuam, quæ vix redire potuit ad Romanos.

[g] *Propter ubertatem*] Capua amœnissima totius Italiæ pars habetur.

vestri satellites modeste[13] insolentiam suam[g] continebunt. 19. Majores nostri[h] Capua magistratus,[i] senatum,[k] consilium[l] commune, omnia denique insignia reipublicæ sustulerunt, neque aliud quicquam, nisi inane nomen Capuæ reliquerunt; non crudelitate,[m] (quid enim illis fuit clementius, qui etiam externis hostibus[14] victis sua sæpissime reddiderunt?) sed consilio: quod videbant, si quod reipublicæ vestigium illis mœnibus contineretur, urbem ipsam imperio[n] domicilium præbere posse. Vos hæc, nisi evertere rempublicam cuperetis, ac vobis novam dominationem comparare, credo, quam perniciosa essent, non videretis?[15] VII. 20. Quid enim cavendum est[16] in coloniis deducendis? si luxuries; Hannibalem[o] ipsum Capua[17] corrupit: si superbia; nata inibi esse[18] ex Campanorum fastidio videtur: si præsidium; non præponitur huic urbi ista colonia, sed opponitur. At quemadmodum armatur?[19] Dii immortales! nam bello Punico, quicquid potuit Capua, potuit ipsa per sese: nunc omnes urbes,[20] quæ circum Capuam sunt, a colonis[1] per eosdem decemviros occupabuntur. Hanc enim ob causam permittit ipsa lex,[2]

[g] *Opes novas.*

omnium.—13 H *moleste.*—14 C et χ *hesternis host.*—15 Post *videretis* nonnullæ edd. ponunt, non interrogandi signum, sed punctum.

CAP. VII. 16 Lamb. scribi voluit, *Quid enim non cav. est.*—17 *Capuæ* nonnulli Pariss. Ven. 1480. Nang. Lamb. *Capuana* Græv. e Franc. 1.—18 Post *inibi esse* Beck. et Orell. addiderunt *hæc,* auctoritate C H S χ ψ, Ven. 1480. 1483. prob. Schutz.—19 χ *armantur.*—20 H *nam omn. urbes.*—1 *A coloniis* C H S χ, Ven. 1483. Junt.—2 C *perm. illa decemviri lex:* χ *perm. etiam viri lex.*

NOTÆ

[h] *Majores nostri*] Majores olim delendam esse Capuam censuerunt, ne fieret imperii caput.

[i] *Magistratus*] Penes magistratus est imperium, quibus exterminatis, cadat necesse est.

[k] *Senatum*] Ad senatum pertinent deliberationes.

[l] *Consilium*] Consilium consessus est eorum, qui causam vel publicam vel privatam cum prætore aut judice cognoscunt; unde illa verba, consilium vocare, consilium dimittere, de consilii sententia, &c.

[m] *Non crudelitate*] Legitur tamen quod Flaccus consul, dissentiente Appio collega, 70. viros primarios virgis cæsos securi jussit percuti, trecentis nobilibus in vincula conjectis.

[n] *Urbem ipsam imperio*] Tres urbes Romani delevere, Carthaginem, Corinthum, et Capuam, quæ poterant imperii nomen et dignitatem sustinere.

[o] *Luxuries; Hannibalem*] Hannibal in Campania, ad Nolam, post tot re-

'in omnia, quæ velint, oppida, colonos ut decemviri deducant, quos velint.' Atque his colonis agrum Campanum et Stellatem[p] campum dividi jubet.

21. Non queror diminutionem vectigalium, non flagitium hujus jacturæ atque damni: prætermitto[3] illa, quæ nemo est quin gravissime et verissime conqueri possit: nos[4] caput patrimonii publici, pulcherrimam populi Romani possessionem, subsidium annonæ,[q] horreum belli, sub signo claustrisque[r] reipublicæ positum vectigal, servare non potuisse: eum denique nos[5] agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per sese et Sullanæ dominationi et Gracchorum largitioni restitisset.[h] Non dico, solum hoc in republica vectigal esse, quod, amissis aliis,[s] remaneat; intermissis, non conquiescat; in pace niteat, in bello non obsolescat; militem sustentet,[t] hostem non pertimescat. Prætermitto omnem hanc orationem, et concioni reservo: de periculo salutis ac libertatis loquor. 22. Quid enim existimatis integrum vobis[6] in republica fore, aut in vestra libertate ac dignitate[7] retinenda, cum Rullus, atque ii, quos multo magis, quam Rullum, timetis, cum omni egentium atque improborum manu, cum omnibus copiis, cum omni argento et auro, Capuam et urbes circa [Capuam[8]] occu-

[h] *Superfuisset.*

—3 C S χ ψ *præmitto.* Mox quinque Oxonn. Mss. *gravissima et verissima.*—4 C H S χ *vos.*—5 H S χ *vos.* In C legitur, *cum denique vos agrum publicum Rullo conc.*—6 ψ *nobis.*—7 H *ad dignitatem.* Tum *retinendam* H S et Pal. 2. *retinendum* ψ et edd. ante Græv. cum Oliv.—8 Ern. et Beck. de Grævii sen-

NOTÆ

portatas de Rom. victorias, primum a Marcello victus, deinde a Sempronio Graccho repulsus est.

[p] *Stellatem*] Hunc campum cum Campano Cæsar consul postea divisit viginti millibus civium, quibus terni pluresve liberi essent.

[q] *Subsidium annonæ*] Per annonam significatur frumentum, vinum, et res ceteræ, quæ ad alimoniam spectant.

[r] *Sub signo claustrisque*] Per signum et claustra intelliguntur ea quibus literæ ac res quælibet aliæ claudunturur et obsignantur.

[s] *Amissis aliis*] Propter Mithridaticum bellum Asiæ, propter Sertorianum Hispaniæ, propter servile Siciliæ vectigal amissum est.

[t] *Militem sustentet*] Sustentat milites Campania, quia reipub. et legionum horreum est.

parint? [*p.* 65.] His ego rebus,[9] patres conscripti, resistam vehementer atque acriter, neque patiar, homines ea, me consule, expromere,[i] quæ contra rempublicam diu[10] cogitarint.

23. Errastis, Rulle, vehementer et tu et nonnulli collegæ tui, qui sperastis,[11] vos contra consulem, veritate, non ostentatione popularem,[u] posse in evertenda republica populares existimari. Lacesso vos; in concionem voco; populo Romano disceptatore[k] uti volo.[12] VIII. Etenim, ut circumspiciamus[13] omnia, quæ populo grata atque jucunda sunt; nihil tam populare, quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus. Solicitam mihi civitatem suspicione, suspensam metu, perturbatam vestris legibus, et concionibus, et seditionibus[14] tradidistis: spem[l] improbis ostendistis: timorem bonis injecistis: fidem de foro, dignitatem de republica sustulistis. 24. Hoc motu atque hac perturbatione animorum atque rerum, cum populo Romano[15] vox et auctoritas consulis repente in tantis tenebris illuxerit; cum ostenderit, nihil esse metuendum, nullum exercitum, nullam manum, nullas colonias, nullam venditionem vectigalium, nullum imperium novum, nullum regnum decemvirale, nullam alteram Romam,[x] neque aliam sedem imperii, nobis consulibus, futuram, summamque[16] tranquillitatem pacis atque otii; verendum, credo, nobis erit, ne vestra ista præclara lex agraria magis popularis

[i] *Exequi.* [k] *Judice.* [l] *Securitatem.*

tentia *Capuam* uncis inclnserunt.—9 C H S χ, Pith. *His ergo rebus.*—10 *Jam diu* Mss. quidam ap. Turneb. ac edd. Ven. 1480. Junt. *tam diu* ψ. Dein *cogitarunt* Lamb. e conjectura Lauredani.—11 In ed. Oxon. 1784. est *speratis*, et in Varr. Lectt. notatur χ habere *sperastis.*—12 χ *nolo.*

CAP. VIII. 13 Ven. 1483. *Etenim circumsp.* edd. vett. pancæ *Etenim ut ita circumsp.*—14 χ ψ *deditionibus.*—15 ψ *populi Rom.*—16 ' *Summamque*] Hic videtur verbum excidisse; nam *que* pro ' contra ' accipere durum est.' *Ern.*

NOTÆ

[u] *Popularem*] Se vere popularem esse Cicero dicit, quia pacem populi tuetur, qualis Rullus non est habendus, qui dominationi regiæ sibi vindicandæ et reipub. evertendæ studet.

[x] *Alterum Romam*] Capuam Romæ æmulam a decemviris erigendam fore declarat.

esse videatur. 25. Cum vero scelera consiliorum vestrorum, fraudemque legis, et insidias, quæ ipsi populo Romano a popularibus tribunis[y] plebis fiant, ostendero;[17] pertimescam, credo, ne mihi[18] non liceat contra vos in concione consistere; præsertim cum mihi deliberatum et constitutum sit, ita gerere consulatum, quo uno modo geri graviter et libere potest, ut neque provinciam, neque honorem, neque ornamentum aliquod aut commodum, neque rem ullam, quæ a tribuno plebis impediri[z] possit, appetiturus sim.[19] 26. Dicit frequentissimo senatu consul, Kalendis Januarii,[20] sese, si status hic reipublicæ maneat, neque aliud[1] negotium extiterit, quod honeste subterfugere non possit, in provinciam non iturum.[a] Sic me in hoc magistratu geram populo Romano,[2] ut possim tribunum plebis reipublicæ iratum coërcere; mihi iratum, contemnere.

IX. Quamobrem, per Deos immortales! colligite vos,[b] tribuni plebis; deserite eos, a quibus, nisi prospicitis,[3] brevi tempore deseremini: conspirate nobiscum: consentite cum bonis: communem rempublicam communi studio atque amore defendite. Multa sunt occulta reipublicæ vulnera, multa[4] nefariorum civium perniciosa consilia: nullum externum periculum est; non rex, non gens ulla, non natio pertimescenda est: inclusum malum, intestinum ac domesticum est. Huic pro se quisque nostrum mederi,

[1] Fortasse, *summam futuram tranq.*' Orell.—17 Delendum *ostendero* censebant nonnulli apud Laured.—18 In χ *nec mihi.* A Pal. 2. abest *non* ante *liceat*, non improb. Grut.—19 S et χ *adepturus sim.*—20 C χ, Laured. in Comment. et Orell. *Januariis.*—1 *Aliquid* χ ψ, Franc. Pith. *aliquod* duo Mss. Gœrenzii ad Fin. v. 6. cum Schutz. et Orell. *aliud* ceteri.—2 Edd. vett. et Laured. *populi Romani:* Grut. Ern. *populo Romano:* H, Franc. 1. quidam ap. Laured. cum Lamb. 1566. Oliv. Beck. Schutz. et Orell. *patres conscripti.* In Mss. nonnullis, Ven. 1483. Junt. *P. R.* sive *Po. Ro.*

NOTÆ

[y] *A popularibus tribunis*] Ironia: neque enim populares habendi sunt, qui populi auctoritatem labefactare volunt.

[z] *A tribuno plebis impediri*] Vel intercedendo, vel auspiciis non servatis, aliquid impediri poterat a tribunis.

[a] *In provinciam non iturum*] Gallia provincia decreta fuerat Ciceroni, quam statim dimisit.

[b] *Colligite vos*] Id est, dissipatas animi partes revocate.

atque hoc omnes[5] sanare velle debemus. 27. Erratis, si senatum probare ea, quæ[6] dicuntur a me, putatis, populum autem esse in alia voluntate. Omnes, qui se incolumes volunt,[7] sequentur auctoritatem consulis, soluti a cupiditatibus, liberi a delictis,[8] cauti in periculis, non timidi in contentionibus. Quodsi quis vestrum spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori velificari suo;[c] primum, me consule, id sperare desistat; deinde habeat me ipsum sibi documento, (quem equestri ortum loco[d] consulem videt) quæ vitæ via facillime viros bonos ad honorem dignitatemque perducat. Quodsi vos[9] vestrum mihi studium, patres conscripti, ad communem dignitatem defendendam profitemini, perficiam profecto id, quod maxime respublica desiderat, ut hujus ordinis auctoritas, quæ apud majores nostros fuit, eadem nunc longo intervallo reipublicæ restituta esse videatur.[10]

Cap. ix. 3 ψ *perspicitis.*—4 C et H omittunt *multa* ante *nefariorum.*—5 In ψ *atque hæc omnes.*—6 χ *prob. alia quæ.*—7 C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Laured. Lamb. et Orell. *volent.*—8 S *delectis.* Lamb. maluit *deliciis.*—9 C *Quid si vos.*—10 Post *videatur* C H S addunt *finis.* In Pith. adjicitur, *M. Tullii Cic. de agraria lege primus liber explicit contra Rullum. Incipit secundus.*

NOTÆ

[c] *Honori velificari suo*] Id est, omni contentione ad honores et magistratus pervenire.

[d] *Equestri ortum loco*] Cicero Arpini natus est, matre Helvia, patre vero equestris ordinis, quem ferunt ex regio Volscorum genere traxisse originem: quod tamen ipse in Bruto refellit.

M. TULLII CICERONIS

DE LEGE AGRARIA,

CONTRA P. SERVILIUM RULLUM,

TRIBUNUM PLEBIS,

AD POPULUM,

ORATIO XVI.

---

1. 1. [*Ed. Ald. p.* 66.] Est hoc in more positum, Quirites,[a] institutoque majorum, ut ii, qui[1] beneficio vestro[b] imagines familiæ[c] suæ consecuti sunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficii vestri cum suorum laude[d] conjungant. Qua in oratione nonnulli aliquando digni majorum loco[a] reperiuntur: plerique autem hoc per-

[a] *Dignitate.*

NOTÆ

[a] *Quirites*] Vide orationem pro Lege Manilia, ubi fuse de his § 1. not.

[b] *Beneficio vestro*] Beneficio populi consul Cicero factus est, a quo tantum magistratus decernebantur.

[c] *Imagines familiæ*] Imaginem ponere non temere omnibus licuit, sed iis tantum qui magistratus curules gesserant, quorum primus fuit ædilitas; quia autem magistratus tantum auctoritate populi mandabantur, ait idcirco populi beneficio eos fuisse consecutos.

[d] *Cum suorum laude*] Qui plures imagines majorum suorum poterant ostendere, ii majori nobilitatis laude florebant.

ficiunt,[b] ut tantum[e] majoribus eorum debitum esse videatur, unde etiam,[f] quod posteris solveretur,[2] redundaret. Mihi quidem[3] apud vos de meis majoribus[g] dicendi facultas non datur; non, quod non tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos,[c] disciplinisque institutos videtis; sed quod laude populari,[h] atque honoris vestri luce[i] caruerunt. 2. De me autem ipso, vereor, ne arrogantis sit, apud vos dicere; ingrati, tacere: nam et, quibus studiis hanc dignitatem consecutus sim, memetipsum commemorare, perquam grave est; et silere de tantis vestris beneficiis nullo modo possum. Quare adhibebitur a me certa ratio moderatioque dicendi, ut, quid a vobis acceperim, commemorem: quare dignus vestro summo honore[k] singularique judicio[l] sim, ipse modice dicam, si necesse erit; vos eosdem existima-

[b] *Assequuntur.* [c] *Qualem me videtis natum ex sanguine illorum.*

Cap. I. 1 C S χ *ut ei qui:* Junt. *ut hi qui.*—2 In C S χ deest *solveretur.*—3 Pro *Mihi quidem* in C H S χ *Mihique;* Erf. *mique;* Pith. et Ven. 1480. *mihiq.* unde Græv. legend. conjecit *Mihi, Quirites,* prob. Orell. Tum in C H

NOTÆ

[e] *Ut tantum*] Id est, ut hoc magistratus et nobilitatis beneficium debitum tantum sit eorum majoribus propter virtutem; at posteris eorum minime, quia nihil laude dignum pro repub. præstiterunt.

[f] *Unde etiam*] Id est, propter quos majores, ipsi posteri laudantur, quasi laus parentum in filios, licet immeritos, redundaret. Metaphora utitur ab aquis, quæ proprie, cum alveos et ripas superant, dicuntur redundare.

[g] *De meis majoribus*] Cicero habuit patrem M. Tullium, qui cum infirma esset valetudine, in Arpinati villa fere ætatem egit in literis. Eum enim fulloniam fecisse, ac vites oleasque semper coluisse, Q. Calenus ap. Dion. lib. XLVI. ait. Tamen in Eusebii Chronicis legitur ex regio Volscorum genere fuisse. Quin Plutarchus scribit nonnullos ejus genus referre ad Tullum Attium, nobilem Volscorum regem; cui consentit Silius Italicus, lib. VIII.

[h] *Laude populari caruerunt*] Ciceronis majores nullam sibi laudem apud populum rebus bene gestis promeriti sunt.

[i] *Honoris vestri luce*] Ciceronis majores nullum assecuti sunt a populo magistratum, quo maxime familiæ dignitas illustratur.

[k] *Vestro summo honore*] Gratum erga populum animum suum ostendit, qui eum ad consulatum extulit, quo nullus illustrior aut major dignitatis gradus fuit apud Romanos.

[l] *Singularique judicio*] Judicium populi de Cicerone tunc maxime patuit, cum ter communi voce primus prætor renuntiatus est.

turos[d] putem,[4] qui judicavistis.[m] 3. Me perlongo[n] intervallo prope memoriæ[o] temporumque nostrorum, primum hominem novum,[p] consulem fecistis, et eum locum,[q] quem nobilitas præsidiis firmatum, atque omni ratione obvallatum[r] tenebat, me duce, rescidistis,[5] virtutique in posterum patere voluistis. Neque me tantummodo consulem, quod est ipsum per sese amplissimum, sed ita fecistis, quomodo pauci nobiles in hac civitate consules facti sunt, novus ante me nemo. II. Nam profecto si recordari[6] volueritis de novis hominibus, reperietis, eos, qui sine repulsa consules facti sint,[7] diuturno labore atque aliqua occasione[s] esse factos, cum multis annis post petissent, quam prætores fuissent, aliquanto serius,[t] quam per ætatem[u] ac per

[d] *Cogitaturos.*

χ *apud nos.*—4 Franc. 1. Ven. 1480. Græv. Beck. Wolff. *dicam, ut, si necesse erit, vos . . . putem.* Orell. conj. *dicam, uti necesse erit; vos . . . putem.*—5 '*Rescidistis* displicuit Schellero Obss. p. 83. propterea quod voc. *locum* (h. e. consulatum) non satis conveniat. Igitur aut parum diligenter scripsisse Ciceronem, aut legendum *expugnastis, escendistis, reserastis, reclusistis,* vel simile quid, censet.' *Beck.*

CAP. II. 6 C S χ *recordare.* Mox *hominibus* post *novis* in ed. Wald. 1480. deest.—7 Ern. e conj. cum Beck. Schutz. et Orell. *facti sint.* Omnes

NOTÆ

[m] *Qui judicavistis*] Gloriose populus de Cicerone judicavit, cum eum, qui ad tantos honores eveberetur, dignum existimavit.

[n] *Me perlongo*] Hic aggreditur commemorare beneficia, quibus affectus est a populo.

[o] *Memoriæ*] Dicitur ante triginta annos C. Cælius Caldus, novus homo, factus fuisse consul.

[p] *Hominem novum*] Dicitur novus homo, qui, nulla generis gloria nobilis, a semetipso nominis decus assumsit.

[q] *Eum locum*] Consulatum, quo tunc potiebatur, intelligit, quem penes se, non populum, consistere, semper nobiles voluerunt, ut Livius ait in prima decade.

[r] *Obvallatum*] Allegoria desumta ab obsidionibus. Obvallare porro de iis dicitur, qui intus sunt, et oppidum defendunt.

[s] *Aliqua occasione*] Id est, multi consulatum non suis virtutibus, sed aliqua occasione consecuti sunt, quia nempe id postulabat præsens aliquod reipub. periculum.

[t] *Aliquanto serius*] Consulatum inter et præturam ad minimum intercedebat biennii spatium; nec fas erat denuo anno sequente consulem fieri, qui anno proximo hac dignitate fuerat perfunctus.

[u] *Per ætatem*] Nemini consulatus regulariter contingebat, nisi, ad minimum, annum ætatis quadragesimum secundum aut tertium explevisset, et gradatim per quæsturam, ædilitatem, ac præturam antea ges-

leges liceret: qui autem anno suo petierint,[8] sine repulsa non esse factos: me esse unum ex omnibus novis hominibus, de quibus meminisse possimus,[9] qui consulatum petierim, cum primum licitum sit;[x] consul factus sim, cum primum petierim: ut vester honos ad mei temporis diem petitus,[10] non ad alienæ petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur. 4. Est illud amplissimum, quod paulo ante commemoravi, Quirites, quod hoc honore ex novis hominibus primum me, multis post annis,[11] [y] affecistis; quod prima petitione; quod anno meo:[z] sed tamen magnificentius atque ornatius esse illo nihil potest, quod meis comitiis non tabellam,[a] vindicem [12] tacitæ libertatis,[b] sed vocem vivam [13] præ vobis indicem [14] vestrarum erga me voluntatum ac studiorum tulistis. Itaque me non extrema tribus[c] suffragiorum, sed primi illi vestri concur-

edd. aliæ *facti sunt*.—8 Erf. *petissent*.—9 Laured. Ern. Beck. Schutz. et Orell. *possimus*. Ceteri *possumus*. Tum χ *qui consulatus*.—10 χ *temp. finem pet*.—11 C, Pal. 2. Erf. cum Grut. et edd. seqq. *multis post annis*. Ceteri Mss. et edd. ante Grut. *multis posthabitis*.—12 C S et edd. nonnullæ *indicem*. —13 Pro *vivam* quinque Oxonn. Mss. Ven. 1483. Crat. habent *unam*.—

NOTÆ

tam, aditum sibi ad petitionem hujus dignitatis fecisset.

[x] *Cum primum licitum sit*] Licitum fuit petere consulatum anno ætatis quadragesimo secundo, et expletis aliis magistratibus per quos ad consulatum poterant pervenire.

[y] *Multis post annis* [*multis posthabitis*] In consulatus petitione sex competitores Cicero habuit; P. Sulpicium Galbam, L. Sergium Catilinam, C. Antonium, L. Cassium Longinum, Q. Cornificium, et C. Licinium Sacerdotem; sed, iis omnibus posthabitis, consul omnium consensu factus est.

[z] *Quod anno meo*] Nempe quadragesimo tertio suæ ætatis, urbis vero conditæ 689. consul Cicero factus est.

[a] *Non tabellam*] Usque ad legem Gabiniam, populus, in magistratibus creandis, voce, sed postea tabulis usus est, quæ vocis munere fungeretur; quare tot tabulæ dabantur, quot erant candidati, quorum nomen receptum esset ad obeundos magistratus.

[b] *Vindicem* [*judicem*] *tacitæ libertatis*] Ex iis verbis patet tabellam populo datam fuisse ad occultanda suffragia.

[c] *Extrema tribus*] Triginta quinque tribus erant pop. Rom. Extrema omnium fuit Armeniensis, quæ ut et omnium erat ultima, ita etiam ultima omnium sua suffragia ferebat.

sus, neque singulæ voces præconum,[d] sed una voce universus populus Romanus[15] consulem declaravit.[e] 5. Hoc ego tam insigne, tam singulare vestrum beneficium,[f] Quirites,[16] cum ad animi mei fructum atque lætitiam duco esse permagnum,[17] tum ad curam solicitudinemque multo majus.[18] [*p.* 67.] Versantur enim, Quirites, in animo meo multæ et graves cogitationes, quæ mihi nullam partem neque diurnæ, neque nocturnæ quietis impertiunt:[19] primum tuendi consulatus; quæ cum omnibus est difficilis et magna ratio, tum vero mihi præter ceteros;[g] cui[20] errato,[h] nulla venia; recte facto, exigua laus et ab invitis expressa[e] proponitur;[1] non dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur. III. 6. Quodsi solus in discrimen aliquod adducerer,[2] ferrem, Quirites, animo æquiore: sed mihi videntur certi homines, si qua in re me non modo consilio, verum etiam casu lapsum esse[3] arbitrabuntur, vos universos, qui me antetuleritis nobilitati,[i] vituperaturi. Mihi autem, Quirites, omnia

[e] *Erepta.*

14 Lamb. 1566. *vindicem.* Pro *vestrarum* C H S χ habent *vestrum.*—15 Pith. *una voce universi P. R.*—16 Pro *Quirites* in χ passim est *quare.*—17 ψ *permaximum.*—18 Quinque Oxonn. Mss. *magis.*—19 Al. *impartiunt.*—20 Pro *cui* S χ ψ, Ven. Junt. habent *cum*, prob. Laured. In Pal. 1. 2. Pith. *cujus.* Lamb. legi jussit, aut *cujus errato*, aut *cui in errato . . . in recte facto.*—1 C et H *præponitur.*

NOTÆ

[d] *Voces præconum*] Præcones in comitiis suffragia petebant, unde propterea 'calata' dicta sunt, a voce καλεῖν, *calare*, id est vocare.

[e] *Consulem declaravit*] Catilina jam, iis convocatis, quibus maxima necessitudo et plurimum audaciæ inerat, consilium suum exposuerat: at illud per Fulviam in vulgus prolatum in primis studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. T. Ciceroni, ut Sallustius scribit; itaque, ut ait Asconius, Cicero consul omnium consensu factus est; Antonius vero pauculis centuriis Catilinam superavit.

[f] *Hoc ego tam insigne . . . beneficium*] Insigne fuit beneficium ex eo, quod communi omnium voce consul renuntiatus est, et multis nobilibus antepositus.

[g] *Tum vero mihi præter ceteros*] Ostendit sibi difficiliorem quam ceteris consulatus gerendi rationem futuram, tum quia novus est homo, tum quia præsidio nobilium destitutus est, qui sibi hanc dignitatem invident.

[h] *Cui errato*] Id est, in errato et in recte facto.

[i] *Nobilitati*] Nobiles eos intelligit, quorum majores olim magistratibus

potius perpetienda esse duco, quam non ita gerendum consulatum, ut in omnibus meis factis atque consiliis vestrum de me factum consiliumque laudetur. Accedit etiam ille mihi summus labor ac difficillima ratio consulatus gerendi, quod non eadem, qua[4] superioribus consulibus, lege et conditione utendum esse decrevi; qui aditum hujus loci conspectumque vestrum partim magnopere fugerunt, partim non vehementer secuti sunt. Ego autem non solum hoc in loco[5 k] dicam, ubi est id dictu facillimum, sed in ipso senatu, in quo esse locus huic voci non videbatur, popularem me futurum esse consulem, prima mea illa[6] oratione Kalendis Januariis[l] dixi. 7. Neque enim ullo modo facere possum,[7] ut, cum me intelligam, non hominum potentium studio,[f] non excellentibus gratiis paucorum, sed universi populi Romani judicio consulem ita factum,[m] ut nobilissimis hominibus longe præponerer,[8] non et in hoc magistratu et in omni vita sim[9] popularis. Sed mihi ad hujusce verbi[10] vim et interpretationem[g] vehementer opus est vestra sapientia. Versatur enim magnus error,[11] propter insidiosas nonnullorum simulationes; qui cum populi

[f] *Favore.* [g] *Ad definiendum et interpretandum hoc verbum, populare.*

Cap. III. 2 C *adducerem.*—3 In C H S χ deest *esse.*—4 In Pith. *non eadem mihi, quam.* Tum *superiores consules* e conj. edidit Orell. Porro in C et χ *utendam.* Lamb. conjecit *mihi utendum* legend.—5 C H S χ omittunt *in loco.*—6 In ed. Junt. et Lamb. *prima illa mea.* Mox *Januarii* Crat. Hervag. Cam. Grut. Oliv. Sic etiam infra.—7 Laured. *possem.*—8 *Præponeret* C H S χ et nonnullæ edd. *proponeret* χ.—9 *Sim* e conj. Lauredani dederunt Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *essem* ceteri.—10 In quinque Oxonn. Mss. deest *verbi.*—11 Lamb. legi jussit, *Versatur enim in eo magnus error,* prob.

NOTÆ

functi fuerant.

[k] *Hoc in loco*] In rostris dicebant tantum, qui magistratum aut gerebant aut gesserant.

[l] *Kalendis Januariis*] Primam orationem pro Lege Agraria iis Kal. Jan. dixit in senatu.

[m] *Consulem ita factum*] Cum illis temporibus maxime respub. periclitaretur, ut refert Plutarchus, propter Sullæ dominationem, quæ proxime antecesserat; et multi adhuc superessent, qui bellis assueti, et luxui dediti, bona sua dilapidaverant, quorum se ducem fecerat Catilina, qui civibus multis, ac Ciceroni potissimum insidias struxerat; nec ullæ copiæ ad vim coërcendam præsto essent; ad Ciceronem populus confugit, ac ipsum consulem creavit.

non solum commoda, verum etiam salutem oppugnant et impediunt, oratione[h] assequi volunt, ut populares esse videantur. 8. Ego qualem Kalendis Januariis[12] acceperim rempublicam, Quirites, intelligo; plenam solicitudinis, plenam timoris: in qua, nihil erat mali, nihil adversi, quod non boni metuerent,[13] improbi expectarent. Omnia turbulenta consilia contra hunc reipublicæ statum, et contra vestrum otium, partim iniri, partim, nobis[14] consulibus designatis, inita esse dicebantur. Sublata erat de foro fides, non ictu[15] aliquo novæ calamitatis, sed suspicione ac perturbatione judiciorum, infirmatione[i][16] rerum judicatarum. Novæ dominationes, extraordinaria, non imperia, sed regna,[n] quæri putabantur. IV. 9. Quæ cum ego non solum suspicarer, sed plane cernerem, (neque enim obscure gerebantur) dixi in senatu,[o] in hoc magistratu me popularem consulem futurum. Quid enim est tam populare, quam pax?[p] qua non modo ii,[17] quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta atque agri mihi lætari videntur. Quid tam populare, quam libertas? quam non solum ab hominibus,[18] verum etiam a bestiis expeti, atque omnibus rebus anteponi videtis. Quid tam populare, quam otium? quod ita jucundum est, ut et vos, et majores vestri, et fortissimus quisque vir, maximos labores suscipiendos putet, ut aliquando in otio possit esse, præsertim in[19] imperio ac dignitate: qui idcirco etiam majoribus nostris præcipuam laudem gra-

[h] *Verbis.* [i] *Rescisione.*

Ern. Mox in χ *nonnullorum simultationes.*—12 Al. *Januariis.*—13 ψ *quod non boni viri met.*—14 Ern. conjecit *partim jam nob.* Dein pro *designatis* χ habet *dignitatis.*—15 H S χ *actu.*—16 'Ante *infirmatione* copula desideratur.' *Weiske.*

Cap. IV. 17 C H S χ *eis.*—18 H S χ *non solum hom.* sine præpositione.—

NOTÆ

[n] *Non imperia, sed regna*] In decemviros regna conferebantur, propter nimiam potentiam quæ ipsis tribuebatur.

[o] *Dixi in senatu*] Quando habuit superiorem orationem Kal. Jan. popularem se futurum pollicitus est Cicero.

[p] *Quam pax*] Pace tunc nihil erat optabilius, propter civiles Marii et Sullæ discordias, quibus quasi attrita erat respub.

tiamque debemus, quod eorum labore est factum, ut impune in otio esse possemus. [*p.* 68.] Quare qui possum non esse popularis, cum videam hæc omnia, Quirites, pacem[20] externam, libertatem propriam generis ac nominis vestri, otium domesticum, denique omnia, quæ vobis cara atque ampla sunt, in fidem[k] et[1] quodam modo in patrocinium mei consulatus esse collata? 10. Neque enim, Quirites, illud vobis jucundum aut populare debet videri, largitio aliqua promulgata,[q] quæ verbis ostentari potest, re vera[2] fieri, nisi exhausto ærario,[r] nullo pacto potest. Neque vero illa popularia sunt existimanda, judiciorum perturbationes,[s] rerum judicatarum infirmationes, restitutio damnatorum: qui civitatum afflictarum, perditis jam rebus, extremi exitiorum[3] solent esse exitus: neque si qui agros populo Romano[4] pollicentur, si aliud quiddam obscure moliuntur, aliud spe ac specie[l] simulationis ostentant, populares existimandi sunt.

v. Nam vere dicam, Quirites, genus ipsum legis agrariæ vituperare non possum. Venit enim mihi in mentem,[t] duos

[k] *Tutelam.* [l] *Prætextu.*

19 χ, Ven. 1480. et 1483. omittunt præpositionem ante *imperio.*—20 Pith. *omniaq., pacem:* C H χ *omnia quæ pacem.* Pro *externam* C habet **extra nostram* cum asterisco; H χ *extremam;* S *extrema* cum spatio.—1 Pro *et* C S χ ψ habent *ut.*—2 χ *re vero.*—3 ' *Extremi exitiorum, &c.*] Hoc vix sanum. *Exitiorum* delend. censebat Lamb. *rebus extrema exitiorum solent esse* Schutz. suspic. Sed cum certe in Pal. 1. omittatur gloss. *extremi,* equidem lego *rebus exitiales solent esse exitus,* plane ut Verr. II. 7.' *Orell.*—4 C et H *populi R.* Mox quinque Oxonn. Mss. *sed si aliud.* Pro *quiddam* ψ habet *quid est;* χ, Ven. 1480. 1483. *quidem:* unde Garaton. conjecit legend. *sed aliud quiddam.*

NOTÆ

[q] *Promulgata*] Alludit ad leges, quæ, antequam ferrentur, per trinundinum populo proponebantur, rogabaturque populus, an eam juberet et vellet.

[r] *Exhausto ærario*] Pungit decemviros, quos Plutarchus ait voluisse jus in ærarium publicum sibi vindicare, a quibus brevi exhauriendum erat.

[s] *Judiciorum perturbationes*] Reprehendit leges a tribunis promulgatas, quibus omnium judiciorum rationes perturbantur.

[t] *Venit mihi in mentem*] Ratio cur agrariam legem non vituperet; immo ejus æquitatem ostendit a causa efficiente, vel ab auctoris commendatione.

clarissimos,[u] ingeniosissimos, amantissimos plebis[5] Romanæ viros, Ti. et C. Gracchos, plebem in agris publicis constituisse, qui agri a privatis antea possidebantur. Non sum autem ego is consul, qui, ut plerique, nefas esse arbitrer,[6] Gracchos laudare; quorum consiliis, sapientia,[7] legibus,[x] multas esse video reipublicæ partes constitutas. 11. Itaque, ut initio mihi, designato consuli, nuntiabatur,[8] legem agrariam tribunos plebis designatos conscribere; cupiebam,[9] quid cogitarent, cognoscere. Etenim arbitrabar, quoniam eodem anno[10] gerendi nobis essent magistratus, esse aliquam oportere inter nos reipublicæ[11] bene administrandæ societatem. 12. Cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem[12] ac darem; celabar, excludebar; et, cum ostenderem, si lex utilis plebi Romanæ mihi[13] videretur, auctorem me atque adjutorem futurum; tamen aspernabantur[14] hanc liberalitatem meam:[y] negabant, me adduci posse, ut ullam largitionem[15] probarem. Finem feci offerendi mei, ne forte mea sedulitas aut insidiosa aut impudens videretur. Interea non desistebant[z] clam inter

Cap. v. 5 H S χ ψ *plebi.*—6 *Arbitror* C H S χ: *arbitrarer* ψ.—7 Ante *sapientia* H addit copulam *et.* Mox, pro *reipublicæ* idem Ms. habet *populi R.*—8 Pro *nuntiabatur* in χ *designabatur.*—9 C S χ *cupiebant.* Tum *qui cog.* χ et Ven. 1480. *quod cog.* C H S, Grut. Græv. Oliv.—10 ψ *quo eodem anno.*—11 In H deest *reipublicæ.* Vox *bene* Ernesto suspecta fuit.—12 Turnebi Ms. *Cum fam. in eum serm. me insin.* Dein ante *celabar* χ addit *cum.*—13 *Mihi* non est in H.—14 χ *aspernabatur.*—15 Pith. Franc. Turnebi Mss. et quinque

NOTÆ

[u] *Duos clarissimos*] Pater duorum Gracchorum, T. Sempronius Gracchus, et genere et publicis honoribus clarissimus fuit: in Hispaniam proconsul missus, Celtiberos in deditionem accepit: uxorem habuit Corneliam, ex Scipionum familia, insigni pudicitia et eruditione mulierem, ex qua Tiberium et Caium Gracchos suscepit, generosissima indole et eloquentia mirabiles.

[x] *Legibus*] Cum uterque Gracchus plus æquo popularem plausum affectarent, relictis optimatibus, ad plebem se contulerunt, et leges agrarias, perpetua seditionum semina, retulerunt. Laudantur autem hic a Cicerone, ne populo displiceat, cui illi inprimis gratiosi fuerunt. Eorum cædem narrat Appianus Bell. Civ. l. 1.

[y] *Liberalitatem meam*] Per liberalitatem suam designat Cicero promtam officiorum oblationem.

[z] *Interea non desistebant*] Tribunorum fraudes detegit, quos trahit in suspicionem.

se convenire, privatos quosdam adhibere, ad suos cœtus occultos noctem adjungere, et solitudinem.[16 a] Quibus rebus quanto in metu fuerimus, ex vestra solicitudine, in qua illis temporibus fuistis, facile assequi conjectura poteritis. 13. Ineunt tandem [17] magistratus tribuni plebis: concio tandem expectata P. Rulli, quod et princeps erat [b] agrariæ legis, et truculentius se gerebat, quam ceteri. Jam designatus,[18] alio vultu,[c] alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur,[19] vestitu obsoletiore,[20] corpore inculto et horrido, capillatior quam ante, barbaque majore; [d] ut oculis et aspectu denuntiare omnibus vim tribuniciam,[e] et minitari reipublicæ videretur. Legem hominis concionemque expectabam. Lex initio nulla proponitur: concionem in primis advocari jubet: summa cum expectatione concurritur. Explicat orationem sane longam, et verbis valde bonis. Unum erat, quod mihi vitiosum videbatur, quod tanta ex frequentia inveniri nemo potuit, qui intelligere posset, quid diceret. Hoc ille utrum insidiarum causa fecerit, an hoc genere eloquentiæ delectetur, nescio. Tamen, si qui [1] acutiores in concione steterant, de lege agraria nescio quid voluisse eum dicere, suspicabantur.[2] Aliquando tandem,

Oxonn. Mss. *illam larg.*—16 C H S χ *solicitudinem.* Tum *Quibus in rebus* Pith. Erf. Franc. Turnebi Ms. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Græv. Lall. *Rebus* non est in ed. Junt.—17 Lamb. et Schutz. deleverunt *tandem,* quod Beck. et Orell. uncis includunt. Dein in ed. Junt. legitur *expectatur,* ut volebant Gulielm. Ern. Weiske. Conjecit Garaton. *Concio tum expectata.* —18 Lamb. *Nam jam design.*—19 *Meditabant* C: *meditabantur* H S χ.—20 C S χ *absolentior.* Tum C S χ *corp. incultu et horr.*—1 Lamb. maluit, *Tumen etsi, qui;* aut *Tametsi qui.*—2 C et χ *suspicabatur:* ψ *si suspicabantur.* Dein ψ *Ali-*

NOTÆ

[a] *Et solitudinem*] Remotis omnibus arbitris, soli inter se illud negotium tractabant; quia illud perniciosum reipub. futurum esse non ignorabant.

[b] *Princeps erat*] Licet in ferenda lege plures essent tribuni, tamen unus erat potissimum, a quo lata lex nomen accipiebat, qui princeps rogationis dicebatur.

[c] *Alio vultu*] Per prosopopœiam Rullum describit.

[d] *Barbaque majore*] Ciceronis temporibus barba radebatur. Cum antea per annos 454. intonsi fuerint Romani, primus Scipio Æmilianus radi instituit.

[e] *Vim tribuniciam*] Tanta fuit vis tribunorum, ut senatusconsultum nullum valeret, nisi tribuni approbassent.

me designato,[f] lex in publicum[3] proponitur. Concurrunt jussu meo plures[4] uno tempore librarii:[g] descriptam legem ad me afferunt. VI. 14. Omni hoc vobis ratione[5] confirmare possum, Quirites, hoc animo me ad legendam legem cognoscendamque venisse, ut, si eam vobis accommodatam[6] atque utilem esse intelligerem, auctor ejus atque adjutor[h] essem. [*p.* 69.] Non enim natura, neque[7] discidio, neque odio penitus insito, bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu,[i] quia persæpe[8] seditiosis atque improbis tribunis plebis boni et fortes consules obstiterunt, et quia vis tribunicia nonnunquam libidini restitit consulari.[k] Non potestatum dissimilitudo,[l] sed animorum disjunctio dissensionem facit.[9] 15. Itaque hoc animo legem sumsi in manus, ut eam cuperem esse aptam vestris commodis, et ejusmodi, quam consul, re, non oratione, popularis, et honeste[10] et libenter posset defendere. Atque ego[11] a primo capite legis, usque ad extremum, reperio, Quirites, nihil aliud cogitatum, nihil aliud susceptum, nihil aliud actum, nisi ut decem reges,[12 m] ærarii, vectigalium,

quando tamen.—3 Lamb. *in publico.*—4 χ *complures.*

CAP. VI. 5 Pro *ratione* Lamb. edidit *asseveratione.* Mox, *Quirites* non est in C H S χ.—6 χ *accommodare.*—7 Pro *neque* S et χ habent *atque.* Tum alii *dissidio.* Porro χ *neque otio.*—8 Lamb. *sed quia persæpe.*—9 Mss. Turnebi *fecit,* quod ipse præfert.—10 C S ψ *pop., et jam hon.* H *pop., eam hon.*—11 Quidam *Atqui ego,* teste Turnebo.—12 Ven. 1483. Junt. Laured. Lamb.

NOTÆ

[f] *Me designato*] Id est, Cicerone consule: inibant enim magistratum tribuni plebis 4. Id. Decemb., consules vero Kal. Jan.

[g] *Librarii*] Qui libros Romæ transcribebant, vel orationes dicentibus oratoribus excipiebant, librarii dicebantur.

[h] *Adjutor*] Testatur Cicero se legis agrariæ adjutorem et suasorem futurum, si eam reipublicæ utilem cognovisset, ut revera Maniliam persuasit.

[i] *Consulatus cum tribunatu*] Videre est sæpius apud Livium tribunos plebis nunquam fere cum consulibus convenisse, immo sæpe in foro ad verbera et cædes pervenisse. Hanc autem criminis suspicionem a consulatu in homines singulares removet, ostendens non consulatum tribunatumque, sed nonnullorum seditiosorum consilia in causis esse.

[k] *Libidini restitit consulari*] Livius lib. IV. ait tribunos plebis C. Julio, T. Quintio, consulibus, restitisse.

[l] *Non potestatum dissimilitudo*] Potestas consularis et tribunicia spectare ad reipub. bonum debet.

[m] *Decem reges*] Decemviros reges

provinciarum omnium, totius reipublicæ, regnorum, liberorum[n] populorum, orbis denique terrarum, domini constituerentur, legis agrariæ simulatione atque nomine. Sic confirmo, Quirites, hac lege agraria, pulchra atque populari, dari vobis nihil, condonari certis hominibus omnia; ostentari populo Romano agros, eripi etiam libertatem; privatorum pecunias augeri, publicas exhauriri: denique, quod est indignissimum, per tribunum plebis, quem majores præsidem libertatis[o] custodemque esse[13] voluerunt, reges in civitate constitui.[14] 16. Quæ cum exposuero, si falsa vobis videbuntur esse; sequar auctoritatem vestram; mutabo meam sententiam: sin insidias fieri libertati vestræ, simulatione largitionis, intelligetis; nolitote dubitare, plurimo sudore et sanguine majorum vestrorum partam, vobisque[15] traditam libertatem, nullo vestro labore, consule adjutore, defendere.

VII. Primum caput[p] est legis agrariæ, quo, ut illi putant, tentamini leviter, quo animo libertatis vestræ diminutionem[16] ferre possitis. Jubet enim 'tribunum[17] plebis, qui eam legem tulerit, creare[18] decemviros per tribus sep-

Orell. *nisi uti decem reges.*—13 Erf. *per tribunos plebis, quos majores præsides libertatis custodesque esse,* prob. Græv.—14 ψ *constituta.* Tum Pith. *Quæ cumque exp.* unde Græv. hic, ut supra, conjecit legend. *Quæ cum, Quirites, exp.*—15 Mss. nonnulli, Lamb. Grut. Græv. Oliv. *nobisque.* 'Verba *nullo vestro labore* collocanda puto ante *partum.*' Weiske. Pro *adjutore* Schutz. recepit *auctore* e conjectura Ernesti.

CAP. VII. 16 ψ, Beck. Schutz. et Orell. *deminutionem.*—17 H *tribunus.*—

NOTÆ

appellat ad invidiam.

[n] *Liberorum*] Populi liberi dicebantur, qui suis legibus utebantur.

[o] *Præsidem libertatis*] Cum pop. Rom. creditorum potentia pressus, senatus auxilium frustra imploraret, tandem secessione in Sacrum Montem facta, Menenii eloquentia reductus est; ea tamen conditione, ut populus ex se magistratus crearet, tribunos scilicet, quorum majestatem violare nefas esset, quique consulum potentiæ resisterent. Vide Liv. lib. II.

[p] *Primum caput*] Cicero exponere incipit singula legis agrariæ capita, et refellere. Primum est, quo populum Rom. suffragiis fraudare volebant. Cum enim triginta quinque tribus essent in pop. Rom. rusticæ 31. et urbanæ quatuor; non harum omnium, sed decem saltem et septem suffragiis decemviros creari volebant. Hoc autem non tutum esse Cicero ostendit, quia populus suffragio suo privatur.

temdecim, ut, quem novem tribus fecerint, is decemvir sit.' 17. Hic quæro, quam ob causam initium rerum ac legum[19] suarum hinc duxerit, ut populus Romanus suffragio[20] privaretur. Toties legibus agrariis curatores[q] constituti sunt, triumviri, quinqueviri,[1] decemviri: quæro a populari tribuno plebeio,[2] ecquando, nisi per XXXV tribus, creati sint. Etenim cum omnes[r] potestates, imperia, curationes ab universo populo Romano proficisci convenit, tum eas profecto maxime, quæ constituuntur ad populi fructum aliquem et commodum; in quo[3] et universi deligant, quem populo Romano maxime consulturum putent, et unusquisque studio et suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum munire possit.[4] Hoc tribuno plebis potissimum venit in mentem, populum Romanum universum privare suffragiis, paucas tribus, non certa conditione juris, sed sortis beneficio, fortuito,[5] ad usurpandam[m] libertatem vocare. 18. 'Item,'[6] inquit, 'eodemque modo,' capite altero, 'ut comitiis pontificis[s] maximi.'[t] Ne hoc quidem

[m] *Retinendam.*

18 ψ *errare.* Mox edd. vett. *septemdecem.*—19 χ *regum.*—20 H S ψ in marg. *subsidio:* χ *subsidii.* Post *privaretur*, et paulo infra, post *creati sint*, S, Beck. Weiske, Schutz. et Orell. interrogandi notam ponunt.—1 C H S χ *qui quinqueviri.*—2 Al. *tribuno plebis.* 'Proprie ubique scribend. esset *tribunus plebi*, vel *plebei.*' Orell. Pro *ecquando* in C H S χ *quando;* in ψ *hæc quando.*—3 Lamb. omisit præpositionem ante *quo.*—4 In ψ *munite possit.* Ern. et Weiske censebant *Huic tribuno* legend.—5 ψ, Pith. Franc. Ven. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell. *fortuitu.*—6 Mss. quidam, teste Turnebo, *Idem.* Dein ψ, Erf. Franc. cum Orell. *eodem modo*, sine copula. Gulielm. maluit scribi, *Item, inquit, capite altero, eodemque modo:* Grævius autem, *Idem, inquit, eodem modo, cap.*

NOTÆ

[q] *Curatores*] Ut curari quidvis dicitur, ita cujuslibet rei curatores dicuntur, ut curator viæ, annonæ, &c. pertinebat autem ad istos agrorum curatores agros dividere, urbes designare, colonias deducere, &c.

[r] *Etenim cum omnes*] Argumentum a minori ad majus.

[s] *Ut comitiis pontificis*] Verba legis sunt, et exemplum quo suam illam decemvirorum electionem Rullus confirmare volebat. Hoc Cicero confutat; nam hic nullam similitudinem, sed dissimilitudinem esse ostendit: quia, ut Pomponius Lætus ait, defuncto pontifice, alius eligebatur non a populo, sed a pontificibus: dissimilitudinem vero ostendit, quod in pontificis creatione, propter sacrorum mysteria, populi suffragia non petebantur; at in aliis creandis magistratibus populi suffragio opus erat.

[t] *Pontificis maximi*] Regnante Nu-

vidit, majores nostros[7] tam fuisse populares, ut, quod per populum creari fas non erat, propter religionem sacrorum, in eo tamen, propter amplitudinem[u] sacerdotii,[8] voluerint populo supplicari.[x] Atque hoc idem de ceteris sacerdotiis[y] Cn. Domitius,[z] tribunus plebis, vir clarissimus, tulit: quod populus, per religionem, sacerdotia mandare non poterat, ut minor pars populi[a] vocaretur; ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur.[n] [9] 19. Videte, quid[b] intersit inter[10] Cn. Domitium, tribunum plebis, hominem nobilissimum,[c] et P. Rullum,[d] qui tentavit, ut opinor, patientiam vestram, cum se[11] nobilem esse diceret. [*p.* 70.] Domitius, quod per cærimonias[e] populi fieri non poterat, ratione[o] assecutus est, ut id, quoad posset, quoad fas esset,

[n] *Eligeretur simul.* [o] *Prudentia.*

alt.—7 Mss. ap. Turneb. *maj. vestros.*—8 χ *sacerdotum.*—9 C S ψ *coaptaretur.*

NOTÆ

ma, dictus est princeps sacerdotum; at postea pontifex max. vel a pontibus, quorum gerebat curam, vel a posse facere. Primo cum regia dignitate conjunctus fuit pontificatus, deinde cum imperatoria; nam Julius Cæsar et Augustus hac insigniri voluerunt.

[u] *Amplitudinem*] Tanta porro fuit illius dignitatis amplitudo, ut penes pontificem max. esset omnis fastorum et dierum ratio, quibus cum populo ageretur.

[x] *Populo supplicari*] Hoc verbo 'supplicari' de industria utitur Cicero, quo majestas populi indicatur, ut magis odium excitet contra Rullum, qui, comitia e solis septemdecim tribubus constituens, contemnere populum videtur. Majores autem voluisse innuit, ut pro creando pontifice populi consensus et approbatio peteretur.

[y] *De ceteris sacerdotiis*] De pontificibus minoribus et auguribus idem ac de summo pontifice tulit Domitius, cujus auctoritas maximum pondus apud populum habuit.

[z] *Cn. Domitius*] Domitius Ænobarbus trib. pontificibus offensus, quod se in locum patris non cooptassent, jus subrogandorum sacerdotum a collegiis ad populum transtulit. Vide Paterculum lib. II.

[a] *Ut minor pars populi*] Felix apud Gell. XV. 27. putat, cum non universus populus, sed ejus tantum aliqua pars vocaretur, conventum illum consilium, non comitia nominari.

[b] *Videte, quid*] Ostendit Cicero, collatis partibus, dissimilitudinem propositi exempli, adducitque Rullum in invidiam.

[c] *Hominem nobilissimum*] Domitius a patre et avo nobilitatem accepit, ut ait Cicero pro Cornelio.

[d] *P. Rullum*] Cicero Phil. V. inter antiquæ nobilitatis viros Rullos numerat.

[e] *Per cærimonias*] Id est, per religionem sacrorum vetabatur populus pontifices creare.

quoad liceret, populi ad partes[f] daret:[12] hic, quod populi proprium semper fuit, quod[13] nemo imminuit, nemo immutavit, quin ii, qui populo agros essent assignaturi, ante acciperent a populo beneficium,[p] quam darent; id totum eripere vobis atque e manibus extorquere conatus est. Ille, quod dari populo nullo modo poterat, tamen quodammodo dedit: hic, quod adimi nullo pacto poterat potestate,[14] quadam ratione[g] eripere conatur.

VIII. 20. Quæret quispiam,[h] in tanta injuria tantaque impudentia quid spectarit.[15] Non defuit consilium: fides erga plebem Romanam, æquitas in vos libertatemque vestram, vehementer defuit. Jubet enim, comitia decemviris habere creandis eum, qui legem tulerit. Hoc dicam planius. Jubet Rullus, homo non cupidus,[i] neque appetens, habere comitia Rullum. Nondum reprehendo:[16] video fecisse alios. Illud, quod nemo fecit, de minore parte populi, quo pertineat, videte. Habebit comitia: volet eos renuntiare,[17] quibus regia potestas hac lege quæritur. Universo populo neque ipse committit, neque illi horum consiliorum auctores committi recte putant[18] posse. 21. Sortietur tribus idem Rullus: homo felix educet,[19] [k] quas

[p] *Magistratum.*

—10 Pro *inter* χ habet *in.*—11 C et S non habent *se.*—12 Laured. maluit *populo ad partes daret:* Gulielm. conjecit *populi ad partes traheret.* Vid. Nott. Varr.—13 In C H S χ deest *quod* ante *nemo imm.* Tum pro *immutavit* in C H χ ψ *mutavit.* Porro *quin eo* ψ: *quin ei* C H S ψ.—14 Pro *potestate* Muretus Varr. Lectt. v. 5. legi jussit *potestve,* prob. Lamb. Vocem *potestatem* Beckius uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.

CAP. VIII. 15 *Quod spectant* C: *quid spectant* S χ, Pith. et Franc. *quid spectent* H.—16 χ *habere comitia. Rullum nondum repreh.*—17 *Denuntiare* Mss. plerique et edd. ante Lamb. qui cum edd. seqq. e conjectura Lauredani recepit *renuntiare,* etsi maluit *renuntiari* scribi.—18 Pith. et quinque Oxonn. Mss. *putantur.* Mox *Sortitur* χ ψ, Ven. 1480. et 1483. Pro *Rullus* in C et ψ *nullus.* —19 ψ *educi:* C H S, Ven. 1480. et 1483. *educit.* Tum C *quas volet, tribum.*—

NOTÆ

[f] *Populi ad partes*] Tribuum fuit creare partes populi.

[g] *Quadam ratione*] Legis agrariæ simulatione Rullus eripere populo conatus est, quod ei eripi non potest; potestas videlicet creandi magistratus: cum tantum a populi parte creari illos decemviros voluit.

[h] *Quæret quispiam*] Hic legis iniquitatem arguit.

[i] *Homo non cupidus*] Ironice Rullum carpit.

[k] *Educet*] Ex urna nomina tribuum educebantur.

volet, tribus: quos novem tribus decemviros fecerint, ab eodem Rullo eductæ;[20] hos omnium rerum (ut jam ostendam) dominos habebimus. Atque ii, ut grati ac memores beneficii esse videantur, aliquid se novem tribuum notis[q1] hominibus debere confitebuntur: reliquis vero sex et XX tribubus, nihil erit, quod non putent[2] posse suo jure denegare. Quos tandem igitur decemviros creari[3] vult? Se primum. Qui licet? leges enim sunt veteres, neque eæ consulares,[4] (si quid interesse hoc arbitramini) sed tribuniciæ, vobis[5] majoribusque vestris vehementer gratæ atque jucundæ. Licinia est lex,[m] atque altera Æbutia, quæ non modo eum, qui tulerit de aliqua curatione ac potestate, sed etiam collegas ejus, cognatos, affines excipit,[6] ne eis ea potestas curatiove mandetur. 22. Etenim, si populo consulis,[7] remove te a suspicione alicujus tui commodi: fac fidem, te nihil, nisi populi utilitatem et fructum quærere: sine ad alios[8] potestatem, ad te gratiam beneficii tui[n] pervenire. Nam hoc[o] quidem vix est liberi populi, vix vestrorum animorum ac magnificentiæ. IX. Quis le-

[q] *Corruptis.*

20 C H S χ *ductæ.*—1 H S χ *novis.*—2 Græv. e Franc. 1. edidit *quod non se putent.* Dein in Pith. *suo jure se denegare.*—3 Pro *creari* Erf. Pith. Franc. 1. Ven. 1480. Junt. et Orell. habent *fieri*, ut Grævius scribi jussit. Vid. Nott. Varr.—4 C H χ *neque esse cons.*—5 C H S *nobis.* Mox C H S χ *nostris.*—6 C χ ψ *excidit.*—7 C *consul:* χ *consul is.*—8 Pith. Franc. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. et 1483. *ad illos.*

NOTÆ

[1] *Neque eæ consulares*] Consulares leges, quæ primis reipub. nempe temporibus latæ sunt: postquam enim reges exacti sunt, Romani consules leges populo descripserunt. Neque enim tribunus patricios advocare, neque ad eos referre de re ulla poterat. Vel etiam intellige leges latas a consule, populo quidem jubente, sed tamen seducto; et ideo non tam populares sunt, quam si tribunus tulisset; quia consules patres, et tribuni plebem sequebantur.

[m] *Licinia est lex*] Lex Licinia a Licinio tribuno dicta est; qua cavebatur, ne aliquid in ferenda lege contra populi commodum fieret. Ejus legis meminit Cicero in oratione pro Domo sua.

[n] *Gratiam beneficii tui*] Id est, monet Rullum ut nihil aliud pro se apud populum, quam gratam suorum beneficiorum memoriam quærat.

[o] *Nam hoc*] Non est liberi populi, ut qui legem fert, pro sua voluntate sanciat ea quæ dicuntur contra legem Liciniam.

gem tulit? Rullus. Quis majorem partem populi suffragiis privavit?[9] Rullus. Quis comitiis præfuit?[10] Rullus. Quis tribus, quas voluit, vocavit, nullo custode[p] sortitus? Rullus. Quis decemviros, quos voluit, renuntiavit? Idem Rullus. Quem principem renuntiavit? Rullum. Vix, mehercule, servis hoc eum suis, non vobis,[11] omnium gentium dominis, probaturum arbitrarer.[12] Optimæ leges[q] igitur hac lege[13] sine ulla exceptione tollentur. Idem sibi sua lege curationem[14] petet: idem, majore parte populi suffragiis spoliata, comitia habebit: quos volet, atque in iis se ipsum renuntiabit: et videlicet collegas suos, ascriptores[r] legis agrariæ non repudiabit, a quibus ei locus primus invidiæ in præscriptione[15][r] legis concessus est: ceteri fructus[s] omnium rerum, qui in spe legis hujus positi sunt, communi cautione,[t] atque æqua sibi parte[16] retinebuntur.

[r] *Inscriptione.*

Cap. ix. 9 Pro *privavit* Erf. Franc. 1. Pall. Ven. 1480. Junt. habent *prohibuit.*—10 Pro *præfuit* Grævius tacite dedit *prohibuit.* Nomen *Rullus* post *præfuit* omittunt Erf. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. et Orell. Mox Erf. *evocavit.* Post *sortitus* Ern. e conj. addidit *Rullus*, et enm sequuntur Beck. Schutz.—11 Gulielm. legi jussit *ne vobis*, aut *nedum vobis.*—12 Pal. 2. *arbitror:* Ven. 1483. Junt. Beck. Weiske, et Orell. *arbitrer*, ut Ern. volebat.—13 C H S χ *hæc*, omisso *lege.* Dein iidem Mss. ac Franc. Erf. Mss. Turnebi, edd. Ven. 1480. 1483. Junt. et Orell. *sine ulla suspicione:* Pith. *sine ulla susceptione.*—14 Mss. plerique et edd. ante Græv. cum Oliv. et Lall. *Idem legis sibi sua lege cur.* Erf. Franc. 1. et Mss. ap. Turneb. cum Græv. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *Idem sibi sua lege cur.* Mox ψ *eisdem majore parte.*—15 *Locus primus invidiæ, et in præscr.* C H S χ, Franc. 1. Pal. 1. Ms. Turnebi, Ven. 1483. Junt. *locus primus invidiæ in indice et in præscr.* Mss. Pariss. *locus primus in indice et in præscr.* Pal. 2. Erf. Pith. Græv. et Orell.—16 ψ, Erf. Franc.

NOTÆ

[p] *Nullo custode*] Sortienti tres custodes adjungebantur, quasi observatores; nullus autem ab Rullo appositus est.

[q] *Optimæ leges*] Licinia et Æbutia, de quibus paulo ante.

[r] *Ascriptores*] Ascriptores hic vocat, qui communem ex illa lege agraria cum Rullo quæstum expectabant: indicat autem quemadmodum in accusationibus erant quidam, quasi secundi accusatores, qui subscriptores dicebantur; sic in illa lege ascriptores quosdam fuisse, qui in ea re secundas partes agerent, et qui Rullo suffragarentur.

[s] *Ceteri fructus*] Hunc habebit fructum Rullus, quod suo nomine sit lex inscripta: ceteri fructus inter alios decemviros communes erunt.

[t] *Cautione*] Id est, cautum et provisum inter eos est, ut nemo sua fructuum parte fraudetur.

23. At videte[u] hominis diligentiam, si aut Rullum cogitasse, aut si Rullo potuisse in mentem venire arbitramini. Viderunt ii, qui hæc machinabantur, si vobis ex omni populo deligendi potestas esset data, quæcumque res esset, in qua fides, integritas, virtus, auctoritas quæreretur, vos eam sine dubitatione ad Cn. Pompeium principem[s] delaturos. [*p.* 71.] Etenim, quem unum ex cunctis delegissetis,[17] ut eum omnibus omnium gentium bellis terra et mari[x] præponeretis;[18] certe in decemviris faciendis, sive fides haberetur, sive honos; et committi huic optime, et ornari hunc[19] justissime posse intelligebant. 24. Itaque excipitur[y] hac lege, non adolescentia,[z] non legitimum aliquod impedimentum, non potestas, non magistratus ullus, aliis negotiis ac legibus impeditus: reus[20] denique, quo minus decemvir fieri possit, non excipitur. Cn. Pompeius excipitur, ne cum P. Rullo (taceo de ceteris) decemvir fieri possit. Præsentem eum profiteri[1][a] jubet, quod nulla alia in lege

[s] *Primum.*

Pariss. duo Pall. Ms. Turnebi, et pleræque edd. vett. cum Lall. *æqua ei parte.* Gulielm. conj. *æquabili parte.* Vid. Nott. Varr. Dein *retinebuntur* e conjectura edidit Ern. quem Beck. et Schutz. secuti sunt. Ceteri *retinentur.* Orellius, qui putat totum locum esse corruptum, conjecit legend. *ceteros fructus .... æqua sibi parte retinent.*—17 χ *delegistis.*—18 Edd. nonnullæ post *præponeretis* comma ponunt. Tum in Franc. 1. *certe in decemviris fiendis.*—19 *Ornari huic* Ven. 1483. *ornari hunc* Junt.—20 Ante *reus* edd. nonnullæ e conjectura Lauredani inseruerunt *non.* Mox in C S χ *decemviri.* Porro in Mss. plerisque et edd. ante Græv. desunt verba *non excipitur . . . decemvir fieri possit.*—1 Pal. 2. Ms. Turnebi, quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Junt. Beck.

NOTÆ

[u] *At videte*] Anget Cicero suspicionem in Rullum, quia unum Pompeium ex decemviratu excludi voluit, ne propter auctoritatem, et ejus in rempub. merita, a populo eligeretur, et, cognitis ejus fraudibus, ipsi resisteret.

[x] *Terra et mari*] Pompeius toto mari Mediterraneo contra piratas, et terra in Africa contra Domitium, in Hispania contra Sertorium, in Asia contra Mithridatem imperator delectus est.

[y] *Itaque excipitur*] Cicero causas removet exceptionis.

[z] *Non adolescentia*] Prohibebatur ne quis in urbe magistratum gereret, nisi decem stipendia confecisset.

[a] *Præsentem eum profiteri*] Volebat Rullus ut qui hunc magistratum peteret, præsens esset; quod Pompeius facere non poterat, longinquo bello impeditus. 'Profiteri' autem est in concione significare suam de aliquo magistratu obtinendo voluntatem.

unquam fuit,[b] ne in his quidem magistratibus, quorum certus ordo[c] est. Timebat enim, Pompeius si adesset, ne ferri non posset; aut ne,[2] si accepta lex esset, illum sibi collegam ascriberetis, custodem ac vindicem cupiditatum. X. Hic, quoniam video vos hominis dignitate, et contumelia legis[d] esse commotos; renovabo illud, quod initio dixi, regnum comparari, libertatem vestram hac lege funditus tolli. 25. An vos[3] aliter existimabatis, cum ad omnia vestra pauci homines cupiditatis[4] oculos adjecissent, non eos in primis id acturos, ut ex omni custodia vestræ libertatis,[5] ex omni potestate, curatione,[e] patrocinio vestrorum commodorum Cn. Pompeius depelleretur? Viderunt, et vident, si per[6] imprudentiam vestram, negligentiam meam,[f] legem incognitam[g] acceperitis;[7] fore, uti postea, cognitis insidiis, cum decemviros crearirits,[8] tum vitiis omnibus, et sceleribus legis, Cn. Pompeii præsidium opponendum pu-

Weiske, Schutz. et Orell. *Præs. enim prof.*—2 In quinque Oxonn. Mss. Pal. 1. 2. Pith. atque edd. vett. desunt verba *timebat enim . . . aut ne;* et ea omittit Orell. Mox, pro *si*, ante *accepta*, C H S χ, Pall. et edd. nonnullæ habent *sive*, Pith. *sine*. Naug. Hervag. Cam. Lamb. Græv. Oliv. Lall. ita dederunt, *Timebat enim, Pompeius* (vel *Timebat enim Pompeius,*) *ne si adesset, ferri non posset: aut, ne si accepta, &c.* unde Ern. e conjectura, cum Beck. Weiske, Schutz. recepit *Timebat enim, Pompeius si adesset, ne ferri non posset: aut ne, si accepta, &c.* Vid. Nott. Varr.

Cap. x. 3 H *At vos.* Tum C *existimatis:* H S χ *existimantibus.*—4 Vox *cupiditatis* suspecta fuit Gulielmio, qui volebat *homines cupidi atque audaces oc.* Grævius eam deleri maluit: in Erf. deest, in marg. tamen ab eadem manu ascripta. Schutz. e conj. dedit *cupiditate.* Weiske conjecit legend. *homines cupidi oculos.* Dein χ *non eo in pr.*—5 H S χ *nostræ lib.*—6 In χ deest præpositio *per.*—7 C H S χ *acciperetis.*—8 Quinque Oxonn. Mss. Ven. Crat.

NOTÆ

[b] *Quod nulla alia in lege fuit*] Nulla lege præscriptum est, ut præsentes tantum peterent; nam fas erat absentibus petere per amicos præsentes.

[c] *Certus ordo*] In magistratibus petendis certus quidam ordo observandus est, v. g. ut nemo consulatum obtineat, nisi qui prætor antea fuerit, &c. De hoc jam superius.

[d] *Contumelia legis*] Contumeliosum erat Pompeio excludi hac lege a decemviratu petendo.

[e] *Curatione*] Agrorum videlicet.

[f] *Negligentiam meam*] Si vitia illius legis non detegeret Cicero consul, et eam accepisset populus; nullum haberet, quem ei opponeret præter, Pompeium.

[g] *Legem incognitam*] Incognita hæc lex est, quia aliud verbis, aliud re ipsa significat.

tetis. Et hoc parvum[9] argumentum vobis erit, a certis hominibus dominationem potestatemque omnium rerum quæri, cum videatis, eum, quem custodem vestræ libertatis[10] fore videant, expertem fieri dignitatis?

26. Cognoscite nunc, quæ potestas decemviris, et quanta detur. Primum lege curiata decemviros ornat.[f] Jam hoc inauditum, et plane novo more,[11] uti curiata lege[h] magistratus detur,[i] qui nullis comitiis[k] ante sit datus. Eam legem ab eo prætore,[12] qui sit primus[l] factus, ferri jubet. At quomodo? Ut ii decemviratum habeant, quos plebs designaverit. Oblitus est, nullos ab plebe designari.[m] Et is orbem terrarum constringit novis legibus, qui, quid[13] in secundo capite scriptum est, non meminit in tertio? Atque hic[n] perspicuum est, quid juris a majoribus acceperitis, quid ab hoc tribuno plebis vobis[14] relinquatur. XI. Ma-

[f] *Instruit.*

Hervag. Laured. Vict. Manut. Lamb. *crearetis:* Cam. *creatis.*—9 ψ *parum:* Ms. ap. Turneb. *primum.*—10 H S χ *nostræ lib.*—11 Iidem Mss. *novo in more.* Pro *uti*, quod in C H S χ deest, Lamb. habet *ut ei.* Mox C H S ψ, Pariss. et edd. vett. cum Lall. et Orell. *cui nullis com.*—12 Franc. 1. *ab eo prætore populi Romani:* ψ *ab eo prætore po. Ro.* Grævius e Pith. et duobus Pall. edidit *ab eo prætore P. R.* Mox in C S χ *fieri jubet.*—13 Pro *qui quid* C H S ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. Rom. Wald. habent *quicquid.* Beck. Schutz. et Orell. e conjectura Lambini dederunt *qui quod.*—14 *Vobis* non est in H S χ.

NOTÆ

[h] *Curiata lege*] Curiata lex dicebatur, quæ ad populi curias, hoc est, quæ curiatis comitiis ferebatur, cum populus per curias suffragia inibat. Porro ejusmodi lex curiata duplex fuit; una quæ ferebatur olim magistratibus patriciis jam designatis, ad eos confirmandos; populus autem poterat priorum comitiorum centuriatorum sententiam infirmare, si illius pœniteret: verum postremis temporibus obsoleta hæc lex fuit. Altera, quæ ferebatur consulibus et magistratibus, in provinciam, et ad bellum cum imperio militari profecturis, ac postremis temporibus observata.

[i] *Magistratus detur*] Curiata lex magistratum non dabat, sed rebus necessariis instruebat.

[k] *Nullis comitiis*] Comitia erant totius populi, non septemdecim tantum tribuum, a quibus volebat Rullus creari decemviros.

[l] *Ab eo prætore qui sit primus*] Tunc octo erant prætores urbani: porro lex curiata a consulibus ferebatur.

[m] *Nullos ab plebe designari*] Non a plebe, sed a parte tantum plebis designari jubet.

[n] *Atque hic*] Amplificat hic Cicero hujus creationis indignitatem: nam majores populo gemina comitia dederunt, Rullus vero omnia sustulit.

jores de omnibus magistratibus[15] bis vos sententiam[o] ferre voluerunt: nam cum centuriata lex[16] censoribus ferebatur,[p] cum curiata ceteris patriciis[q] magistratibus; tum iterum de eisdem judicabatur, ut esset reprehendendi potestas, si populum beneficii sui pœniteret. 27. Nunc,[17] quia prima illa comitia tenetis,[r] centuriata et tributa; curiata tantum

Cap. xi. 15 C H S ψ, Pith. Franc. 1. duo Pall. Ms. Turnebi, edd. Wald. Ven. 1480. 1491. cum Græv. Oliv. Lall. *de singulis mag.* Tum C H S et edd. pr. *nos.*—16 Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. *nam centur. lex*, omissa particula *cum.* Dein pro *censoribus* C H S χ exhibent *majoribus;* Lambinus, Sigonium, Gruchium, et Hotomannum secutus, *consulibus.* Mox in Pall. *cum iterum;* et in χ *judicabitur.* Pantagathus legi malnit *nam centur. lex cens. fereb., cum cur. . . . . cum iterum, &c.* Quidam ap. Garaton. conjecit *nam cum curiata lex cens. fer. et ceteris patr. magistr., tum iterum de iisdem jud.* Gruchius legi jussit, *nam centuriata lex consulibus ferebatur, et ceteris patr. mag., tributa plebeiis, tum curiata iterum de iisd. judic.* Vulg. ut Ern.—17 Pro *Nunc* C H S χ habent *Nostra.* Schutz. jubet verba *prima illa* ante *curiata tantum* transponi.

NOTÆ

[o] *Bis sententiam*] Veteri majorum instituto geminis comitiis sententia de magistratibus ferebatur.

[p] *Centuriata lex censoribus ferebatur*] Unis tantum centuriatis comitiis censores creabantur, licet ad patricium magistratum pertinerent: ceteri vero magistratus curiatis et centuriatis comitiis creabantur.

[q] *Patriciis*] Patricii magistratus fuere censura, consulatus, prætura, ædilitas; quia olim a solis patriciis magistratus illi tenebantur; sed postea ad plebeios etiam transiverunt.

[r] *Comitia tenetis*] Comitia fuerunt populi cœtus, quem magistratus legitime convocabat, ut aliquid suo suffragio vel juberet, vel prohiberet. Eorum vero tria genera extiterunt; curiata, centuriata, et tributa. Curiata Romulus, centuriata Ser. Tullius, tributa tribuni plebis in rempub. intulerunt. Curiata dicta sunt cum populus in curias; centuriata, cum in centurias; tributa, cum in tribus descriptus suffragium tulit. Curiæ porro triginta fuerunt illæ partes, in quas Romulus populum Romanum distribuit: centuriæ vero sunt illi conventus populi ad comitia per centenas turbas ex censu et ætate divisi. Tribus denique sunt tres illæ partes in quas primum populus Rom. descriptus est a Romulo, inquit Dionysius, ubi primum ab agresti illa Albanorum convenarumque multitudine rex declaratus est. Idem Dionysius, et Livius volunt, vel dictas tribus a tribus illis partibus, quibus qui præesset, tribunus appellatus est; vel a tributo, quod populus Romanus in tribus divisus conferre solitus fuit. Curiatis comitiis, quæstores, tribuni plebis, ædilesque ejusdem generis primi creati, pariterque judicia de capite facta, et leges omnes usque ad Servium Tullium regem perlatæ sunt: postremis autem temporibus duæ tantum rogationes curiatim perlatæ; una de imperio, altera de adoptione: at illæ decuriæ et comitia curiata diuturnitate temporis exoleverunt. Centuriatis vero comitiis consules, decemviri, tribunique militares, consulares,

auspiciorum causa[s] remanserunt. Hic autem tribunus[t] plebis, quia videbat, potestatem neminem injussu populi aut plebis posse habere,[18] curiatis ea comitiis, quæ vos non sinitis,[u] confirmavit; tributa, quæ vestra erant, sustulit. Ita, cum majores binis[19] comitiis voluerint vos de singulis magistratibus judicare; hic homo popularis ne unam quidem populo comitiorum potestatem reliquit. 28. Sed videte[20] hominis religionem et diligentiam. Vidit, et perspexit, sine curiata[u] lege decemviros habere potestatem non posse,[x] quoniam per novem tribus essent constituti. Jubet ferre[1]

[u] *Jubetis.*

—18 Lamb. *potestatem injussu . . . habere neminem.* Mox, Laured. legi jussit, *curiatis eam comitiis, quæ vos non initis:* Ursinus cum Pantagatho corrigit *curiatis eam comitiis, quam vos non scivistis.* Pro *sinitis* ed. Junt. exhibet *scitis;* Hotom. et Lamb. *tenetis;* Orell. *scistis.* Vid. Nott. Varr.—19 Pro *binis* χ habet *his;* C H S ψ, Pal. 1. *hujus.* Tum C H S χ, Pith. et duo Pall. *voluerunt.* —20 χ *videtis.*—1 Laured. et Weiske *Jubet ferri.* Mox *legem centuriatam* C

NOTÆ

prætores, censores, lexque de bello lata, et judicia perduellionis peracta sunt. Tributis minores magistratus creabantur, atque in iis etiam agebatur de legibus ferendis, quas plebs, magistratu publico rogante, constituebat. Nota autem, quod etiam comitia calata nominantur, non autem proprium et peculiare genus efficiunt; nam omnia primum calata comitia dicta sunt, quia per præcones patricii vocabantur, plebeii vero per cornicines. Cum vero verbum hoc desiisset in usu esse, retentum est nomen calatorum comitiorum in his tantum, quæ pro collegio pontificum, aut regis sacrorum, aut flaminum inaugurandorum, vel testamentorum condendorum causa fiebant. De his omnibus comitiis fuse tractat Rosinus lib. VI. Hunc consule.

[s] *Curiata tantum auspiciorum causa*] Primis tantum temporibus observata sunt illa comitia curiata; postremis vero temporibus tantum auspiciorum causa paucas ad res quasdam adhibita sunt: nulla enim comitia centuriata jure fieri poterant, nisi captatis ante auspiciis: nam si tonitru supervenisset, aut quis morbo Herculeo correptus repente concidisset, tum comitia dirimebantur.

[t] *Hic autem tribunus*] Rullus, qui jura populi tueri debet, suam legem contra populi auctoritatem confirmavit curiatis comitiis, quæ populus non tenet; et tributa suppressit, in quibus omnem auctoritatem habet.

[u] *Sine curiata*] Comitia curiata, sive lex curiata, auspicium quoddam erat, ut diximus supra, et quædam divinæ legis approbatio, quæ prioribus comitiis lata erat.

[x] *Non posse*] Id intellige de augurum et pontificum auctoritate, sine qua nihil gestum a magistratibus probabatur: nam ex arbitrio pontificum et augurum hæc secundaria comitia præbebantur.

de his legem curiatam: prætori imperat:[y] (quam id ipsum[z] absurde, nihil ad me attinet) jubet enim, 'qui primus sit prætor[3] factus, eum legem curiatam ferre: sin is ferre non possit;[4] qui postremus sit:' ut aut lusisse in tantis rebus,[z] aut profecto nescio quid spectasse videatur. [*p.* 72.] Verum hoc, quod est aut ita perversum,[a] ut ridiculum,[5] aut ita malitiosum,[b] ut obscurum sit, relinquamus: ad religionem hominis[6] revertamur. Videt, sine lege curiata[c] nihil agi per decemviros posse. 29. Quid postea, si ea lata non erit? Attendite ingenium. 'Tum ii decemviri,' inquit, 'eodem jure sint, quo qui optima lege.' Si hoc fieri potest,[7] ut in hac civitate, quæ longe jure libertatis ceteris civitatibus antecellit, quisquam nullis comitiis imperium aut potestatem assequi possit; quid attinet, tertio capite legem curiatam ferre jubere, quoniam quarto permittas,[8] ut sine lege curiata idem juris habeant, quod haberent, si optima lege a populo essent creati? Reges constituuntur, non decemviri, Quirites: iique ab his initiis[9] fundamentisque

H S χ, Pith. Franc. 1. duo Pall. et edd. vett. Vid. Nott. Varr.—2 χ *Quam ad ipsum.*—3 Idem Ms. *qui sit prætor,* omisso *primus;* et mox *eam legem.*—4 C H S χ, Erf. et edd. pr. cum Græv. *posset.* Paulo post, in C *postremum.* Pro *aut lusisse* Pal. 2. habet *illusisse.*—5 H S χ ψ *aut ridic.* Mox χ et ψ *aut obscurum,* sed in χ *sit* omittitur.—6 In C H S χ deest *hominis.*—7 Nonnullæ edd. vett. *fieri posset:* Laured. et Schutz. *ferri potest.*—8 Orell. ex ed. Lamb. 1566. recepit *cum quarto perm.* ut volebat Ern. In H *permittis:* C *permittat.* Pro *ut* ψ habet *iis.*—9 *Hique ab his in.* Lamb. *itaque ab in.* Crat. Hervag. *itaque ab his in.* Pith. Franc. 1. duo Pall. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Beck.

NOTÆ

[y] *Prætori imperat*] Tribuni prætoribus et majoribus magistratibus imperare non poterant: ideoque Rullum arguit, qui ei ausus est imperare.

[z] *Lusisse in tantis rebus*] Ludit Rullus in rebus maximi momenti, quia a primo prætore ad ultimum ferendæ curiatæ legis jus transfert, omissis aliis omnibus qui inter illum primum et ultimum medii sunt; nam tunc octo erant prætores.

[a] *Perversum*] Perversum est, quod lex ferenda non a primo ad secundum, sed ad ultimum transferatur.

[b] *Malitiosum*] Malitiosum est, quia sic cupit fallere, ut fraus ejus non cognoscatur.

[c] *Videt sine lege curiata*] Clarius nunc exponit quam minime Rullus leges curet; vult enim per legem curiatam suos creari decemviros. Si autem lex hæc ferri non possit, ejusdem tamen hos magistratus juris esse vult, quo ii sunt, qui optimis legibus constituti sunt.

nascuntur, ut non modo cum gerere cœperint, sed etiam cum constituentur, omne vestrum[10] jus, potestas, libertasque tollatur. XII. 30. At videte,[11] quam diligenter[d] retineat jus tribuniciæ potestatis. Consulibus legem curiatam ferentibus, a tribunis plebis sæpe est intercessum.[e] Neque tamen nos[12] id querimur, esse hanc tribunorum[13] plebis potestatem. Tantummodo, si quis ea potestate temere est usus, existimamus.[14] Hic tribunus plebis lege curiata,[15] quam prætor ferat, adimit intercedendi[16] potestatem. Atque hoc cum in eo reprehendendum est, quod per tribunum[17] plebis tribunicia potestas minuitur, tum in eo deridendum, quod consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet: huic [cui vetat intercedendi] potestatem,[18] etiamsi intercessum sit, tamen eandem constituit, quam,[19] si lata esset lex: ut non intelligam, quare aut hic[f] vetet intercedere, aut quenquam intercessurum putet; cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura.

31. Sint igitur[20] decemviri, neque veris comitiis,[g] hoc est,[1] populi suffragiis, neque illis[h] ad speciem, atque ad

et Orell.—10 χ *nostrum*.

Cap. XII. 11 S *atque vid.*—12 χ *vos.*—13 H *tribuni.*—14 Pantagathus *exæstuamus* legi jussit. Vid. Nott. Varr.—15 Laured. et Lamb. *legi curiatæ*, ut voluit Turneb. Vid. Nott. Varr. Mox, pro voce *prætor* in χ *P. R.*; in S ψ *po. ro.*; in C H *populus R.*—16 ψ *interdicendi.*—17 C *per tribunos.*—18 Car. Steph. Laured. Mannt. Lamb. et Orell. *huic, qui vetat intercedere, potestatem*: Junt. Cam. Garaton. et Lall. *hic, qui vetat intercedendi potestatem*: Verburg. Græv. et Oliv. *huic, qui vetat intercedendi potestatem*: Mss. plerique, Ven. 1483. Crat. Hervag. Grut. *huic, cui vetat intercedendi potestatem.* Beck. Weiske, et Schutz. de conjectura Ernesti ediderunt *hic potestatem*, ceteris omissis. Turnebus conjecit *huic, cui vetat intercedi, potestatem*, aut *vetat intercedere.* Tum H *et si interc. sit.*—19 Pro *quam* C H χ habent *quare.* Mox in C H S χ deest

NOTÆ

[d] *At videte quam diligenter*] Ostendit invidiose contra Rullum, eum hac lege tribuniciam potestatem imminuere, quæ sanctissima apud populum habebatur.

[e] *Tribunis plebis sæpe est intercessum*] Tanta erat tribunorum auctoritas, ut nulli alteri magistratui parerent; at omnibus possent, vel ipsis consulibus intercedere, immo et in carcerem conjicere.

[f] *Aut hic*] Tribunus plebis.

[g] *Neque veris comitiis*] Centuriatis videlicet, de quibus supra, § 27. not.

[h] *Illis*] Curiatis.

usurpationem vetustatis,[2 i] per XXX lictores,[k] auspiciorum causa, adumbratis, constituti. Videte nunc, eos, qui a vobis nihil potestatis acceperint, quanto majoribus ornamentis afficiat, quam omnes nos affecti sumus, quibus vos amplissimas potestates[l] dedistis. Jubet[m] [auspicii[3]] coloniarum deducendarum[y] causa decemviros habere pullarios.[n] 'Eodem jure,' inquit, 'quo habuerunt[4] tresviri[o] lege Sempronia.'[p] Audes etiam,[5] Rulle, mentionem facere legis Semproniæ? nec te ea lex ipsa commonet,[6] tres viros illos

[y] *Ut coloniæ deducantur auspicato.*

quare.—20 χ *Sin igitur.*—1 *Est* in C omittitur.—2 Pro *vetustatis* in χ *libertatis.*—3 '*Auspicia*] Hoc sane corruptum. Sic codd., puto, omnes, Ven. 1483. Junt. Beck. *auspicii* Crat. Hervag. Cam. Laured. Lamb. Grut. Græv. Ern. qui uncis inclusit. Delevit Schutz. *auspiciis* Weiskii suspicio: *ad auspicia* Grævii conjectura, recepta a Lallemando. Ego corrigo *auspicato*, jung. cum *deducendarum.*' Orell. 'Nonnulli *causa* omitti voluerunt. Ern. censet *auspicii* (quod tamen in nullo libro vet. legitur) a glossem. verborum *colon. deduc.* esse. Mihi *auspicia* extitisse ex interpretamento voc. *pullarios* visum est.' *Beck.* Vid. Nott. Varr. In C H S χ, Ven. 1483. legitur *coloniarum deductarum.* Porro pro *decemviros* S habet *XXviros.*—4 χ *quos hab.* Dein Erf. *treviri:* Ms. Turnebi *triumviri:* Orell. e Ms. Lambini *IIIviri*, ut est in Inscriptt. Omnes aliæ edd. *tresviri.*—5 C H S χ *Audes enim.*—6 C H S χ ψ *commovet.*

NOTÆ

[i] *Ad usurpationem vetustatis*] Id est, ad continuandam possessionem juris antiqui, et consuetudinis antiquæ.

[k] *Per XXX lictores*] Romulus singulis curiis, quæ triginta erant, triginta lictores assignavit in comitio: cum autem jam tribus sic vocatæ non convenirent, triginta illi lictores pro curiis ad servandum morem majorum comitia inibant, ne curiata illa comitia et auspicia, quæ in eis habendis observare oportebat, sublata omnino viderentur. At Rullus non modo a curiis, sed ne quidem a lictoribus decemviros institui voluit.

[l] *Amplissimas potestates*] Consulatum intelligit, qui potestas omnium est maxima in repub.

[m] *Jubet*] Caput legis quartum a Rullo positum, ut pullarii decemviris concedantur.

[n] *Habere pullarios*] Pullarii erant ii qui pullorum, quorum in auspiciis usus erat, curam gerebant; singulis quippe magistratibus, qui imperium habebant, pullarii præsto erant, quorum jussu, esurientibus pullis, quos e cavea emittebant, cibus objiciebatur. Illi vero rei eventum ex eorum pastu conjiciebant. Magistratus vero, qui in consulatu et prætura provinciam obtinuerant, non nisi addicentibus pullis, rem ullam aggrediebantur.

[o] *Tresviri*] Intelligit tresviros, quorum officium fuit, ut agros novis colonis dividerent, urbes designarent, areas volentibus ædificare partirentur.

[p] *Lege Sempronia*] Tulit legem T. Sempronius Gracchus, ut tresviri agros a divitibus supra quingenta jugera possessos, pauperibus dividerent.

XXXV tribuum suffragio esse creatos? Et, cum tu a Ti. Gracchi æquitate ac pudore[7] longissime remotus sis; id quod dissimillima ratione factum sit, eodem jure putas esse oportere? XIII. 32. Dat præterea potestatem, verbo prætoriam,[q] re vera[8] regiam: definit in quinquennium; facit sempiternam. Tantis enim confirmat opibus et copiis, ut invitis eripi nullo modo possit. Deinde ornat apparitoribus,[r] scribis,[s] librariis,[9 t] præconibus,[u] architectis;[x] præterea mulis,[y] tabernaculis,[z] centuriis,[10 a] supellectili: sumtum haurit[b] ex ærario, suppeditat a sociis: [janitores[11 c]] ex equestri loco ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit; eosdem ministros et satellites potestatis. Formam adhuc habetis,[d] Quirites, et speciem ipsam tyrannorum: insignia videtis[12] potestatis, nondum ipsam potes-

Pro *tres* C H S χ habent *talis;* ψ *tales;* Orell. *III.*—7 H *atque pud.*

CAP. XIII. 8 χ *re vero.*—9 Sine interpunctione Ursinus legi maluit *scribis librariis,* quomodo in monumentis antiquis interdum legatur. Tum in χ *præconiis.*—10 ' Pro *centuriis,* Turnebus *tentoriis* scribi jussit; Pantagath. *canteriis,* quod Ursino, Manutio, Grutero placuit. Scheller. Obss. p. 85. aut ex *tentoriis* (gloss. voc. *tabernaculis*) exstitisse, ideoque delendum esse, aut legendum esse *ceteraque supell.,* aut etiam *cibariis,* visum est.' *Beck.* Alii conjecerunt *coriis,* vel *centonibus,* legend. Schutz. delevit. Vid. Nott. Varr.—11 Pro *janitores* Orell. e conjectura Augustini dedit *finitores,* quod Ursino, Grutero, Garatono probatum est.—12 Pro *videtis* Mss. quidam ap. Laured. exhibent

NOTÆ

q *Prætoriam*] Potuit prætor jus novum condere, vetus abrogare: porro ad indicandam ejus potestatem sex lictores habuit, sellam curulem, trabeam candidam, &c.

r *Apparitoribus*] Apparitores magistratui præsto erant, ut eorum obirent imperium.

s *Scribis*] Scribæ sunt quos dicimus, modo a secretis alicui magistratui; et hi ingenui erant utplurimum.

t *Librariis*] Librarii rationes publicas referebant in tabulas, leges, actaque perscribebant.

u *Præconibus*] Præcones ii erant, qui aliquid magistratus jussu pronuntiabant.

x *Architectis*] Architecti hospitia designabant, quo magistratus debebat advenire.

y *Mulis*] Ad vehendum.

z *Tabernaculis*] Ad manendum.

a *Centuriis*] Centuriæ centum illi homines dicebantur, qui stipare decemviros debebant.

b *Sumtum haurit*] Id est, vult Rullus ut sumtus publicos tum ex ærario, tum a provincialibus, decemviri accipiant.

c *Janitores*] Ducentos pro omnibus decemviris janitores numerabat.

d *Formam adhuc habetis*] Concludit tyrannidem institui a Rullo per illos decemviros.

tatem. Dixerit enim fortasse quispiam, Quid me ista lædunt, scriba, lictor,[13] præco, pullarius? Omnia sunt hæc hujusmodi, Quirites, ut ea qui habeat sine vestris suffragiis, aut rex non ferendus, aut privatus furiosus esse videatur.

33. Perspicite, quanta potestas permittatur: non privatorum insaniam, sed intolerantiam regum[14] esse dicetis. Primum permittitur infinita potestas[e] innumerabilis pecuniæ conficiendæ de vestris vectigalibus, non fruendis, sed alienandis: deinde orbis[15] terrarum gentiumque omnium datur cognitio[f] sine consilio, pœna sine provocatione,[g] animadversio sine auxilio.[h] 34. Judicare per quinquennium, vel de consulibus, vel de ipsis tribunis plebis poterunt:[16] [*p.* 73.] de illis interea nemo judicabit. Magistratus his gerere[17] licebit: causam dicere[z] non licebit. Emere agros, a quibus volent,[18] vel quos volent, quam volent magno, poterunt: colonias deducere novas, renovare veteres, totam Italiam suis coloniis[19] ut complere liceat, permittitur: omnes provincias obeundi, liberos populos[i] agris mulctandi, regnorum vel dandorum,[20] vel adimendorum, summa

[z] *Facere reos.*

habelis. Ante *potestatis* Hervag. Cam. Lamb. addunt *veteris.*—13 χ *lector.*—14 Crat. Hervag. Cam. Grut. *regis.*—15 ψ *deinde de orbis.*—16 ψ *potuerunt.* Tum, '*De illis*] Putem *ipsis:* nisi si *illis* dixit, quia paulo ante est *ipsis.*' Ern. —17 Pro *gerere* H S χ ψ, Erf. Ms. Turnebi, Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. habent *petere.*—18 ψ *velint.*—19 Orell. e Ms. Turnebi edidit *colonis.* Tum Schutz. tacite edidit *complere ut liceat.*—20 Vulg. *mulct., regnorum vel dand.* Junt. *mulct., agrorum vel regn. dand.* al. *mulct., agrorum vel dand.* unde Camerar. conjecit legend. *mulct., agrorum vendendorum:* Lamb. autem edidit *mulct., regnorum vendendorum.* ' Veveor ne hic aliquid exciderit. Videtur Cicero

NOTÆ

[e] *Infinita potestas*] Quintum caput legis agrariæ, quo permittitur non de usu et fructu, sed de alienatione et venditione vectigalium, pecuniam conficere.

[f] *Datur cognitio*] Id est, uni decemviro datur potestas judicandi sine aliorum consilio, etiamsi in urbe judex quæstionis, nisi judicibus advocatis, causam non cognoscat.

[g] *Sine provocatione*] A quolibet magistratu fas erat ad populum provocare. At provocationem omnem a decemviris Rullus removet; quo ne quidem jure consules eximuntur.

[h] *Sine auxilio*] Iis, qui opprimebantur, auxilium ferebant tribuni plebis, etiam contra ipsorum collegas.

[i] *Liberos populos*] Liberi sunt qui nihil pendunt populo Romano.

potestas datur, cum velint: Romæ esse, cum commodum sit;[a] quacumque velint summo cum imperio, judicioque omnium rerum vagari ut liceat, conceditur: interea dissolvant judicia publica;[k] de consiliis abducant, quos velint; singuli de maximis rebus[1] judicent; quæstori permittant;[l] finitorem mittant;[m] ratum sit, quod finitor uni illi,[2] a quo missus erit, renuntiaverit. XIV. 35. Verbum mihi deest, Quirites, cum ego hanc potestatem regiam appello:[3] sed profecto major est quædam. Nullum enim regnum fuit unquam, quod non, si minus jure aliquo, at[4] regionibus tamen certis, contineretur. Hoc vero infinitum est, quo et regna omnia, et vestrum imperium, quod latissime[5] patet, et ea, quæ partim libera[6] a vobis, partim etiam ignorata vobis sunt, permissu legis continentur.[7]

Datur igitur eis primum, ut liceat eis[8] vendere omnia, de quibus vendendis senatusconsulta facta sunt, M. Tullio, Cn. Cornelio[n] consulibus. 36. Cur hoc[9] tam est obscurum atque cæcum? quid? ista omnia, de quibus senatus

[a] *Placebit.*

scripsisse *mulct.*, *regnorum vel dandorum, vel eripiendorum;* aut cum Erf. *vel* expungendum.' *Græv.* Ern. addidit *vel adimendorum,* et eum Beckius, Schutzius, et Orellius secuti sunt.—1 C H S χ ψ *e max. rebus.*—2 ψ et ed. Vict. *uni ulli.*

CAP. XIV. 3 ' *Verbum mihi deest, &c.*] Hoc quidem vitiosum est, nec constructio constat. Puto Ciceronem scripsisse, *Verbum mihi deest, quo ego hanc pot. appello, &c.* Hæc est forma legitima in hac sententia.' *Ern.* ' Facilior medela videtur, si ante *deest* addatur intelligaturve *gravius,* aut tale quoddam vocab.' *Beck.*—4 H S χ ψ *ac.* Pro *regionibus* in ψ *regi omnibus.*—5 Weiske conjecit *quam latissime* legend.—6 Weiske e conjectura Ernesti dedit *liberata.* Dein C H S χ *a nobis.*—7 χ *permissum legis continetur.*—8 ' *Liceat eis*] *Eis* offendit, putemque delendum, tum vero legendum *facta sint.*' Ern.—9 In C H S χ ψ, Erf. Ven. 1480. 1483. *Postea cur hoc, &c.* Orell. ex edd. Crat. Hervag. Cam. recepit *consulibus, aut postea. Cur hoc, &c.* Dein Græv. ex Erf.

NOTÆ

[k] *Judicia publica*] Dicuntur publica judicia, quorum cuivis e populo actio permittebatur.

[l] *Quæstori permittant*] Volebat quoque Rullus sua lege, ut decemviri quæstori permitterent agros vendere: qui enim bello capti erant, vendebantur per quæstores, quos appellamus vulgo bellicos thesaurarios.

[m] *Finitorem mittant*] Finitor est qui mensurat agros, et qui regiones limitibus determinat.

[n] *M. Tullio, Cn. Cornelio*] M. Tullius et Cn. Cornelius consules fuere, dictatore Sulla, A. U. C. 672.

censuit, nominatim in lege perscribi nonne potuerunt? Duæ sunt hujus obscuritatis causæ, Quirites: una pudoris, si quis pudor esse potest in tam insigni impudentia;[10] altera sceleris. Nam neque ea, quæ senatus nominatim vendenda censuit, audet appellare: sunt enim loca publica urbis; sunt sacella,[11] quæ post restitutam tribuniciam[o] potestatem nemo attigit, quæ majores in urbe partim[12] periculi perfugia[p] esse voluerunt. Hæc lege tribunicia decemviri vendent. Accedet[13] eo mons Gaurus:[q] accedent salicta ad Minturnas:[r] adjungetur[14] etiam illa via vendibilis Herculanea,[15][s] multarum deliciarum, et magnæ pecuniæ: permulta alia,[16] quæ senatus propter angustias ærarii vendenda censuit, consules propter invidiam non vendiderunt. 37. Verum hæc fortasse propter pudorem in lege reticentur. Sed illud magis est credendum[17] et pertimescendum, quod audaciæ decemvirali, corrumpendarum tabularum publicarum, fingendorumque senatusconsultorum, quæ facta nunquam sunt, cum ex eo numero, qui per eos annos[t] consules fuerunt, multi mortui sint, magna potestas permittitur: nisi forte nihil est æquum vos[18] de

dedit *est tam obscurum.*—10 C et χ *imprudentia.*—11 ψ *urbis, atque sacella.*—12 Pro *partim,* Laured. legi jussit *passim,* quod Manut. et Ursin. receperunt: Puteanus *portus periculi,* quod Lamb. edidit: Pantagath. *parati.*—13 C H S χ *Accedit.*—14 ψ *adjungentur.* Pro *etiam,* quod Pith. omittit, in C H S legitur *et.*—15 C H S ψ, Pith. Pall. et edd. vett. *Herculantea.*—16 χ *permagnæ pec.: et permulta alia.*—17 Lall. Schutz. et Orell. e Franc. 1. et Mss. Pariss. receperunt *cavendum;* et Beck. ita legi jubet. Lamb. *cavendum* aut *hor-*

NOTÆ

[o] *Restitutam tribuniciam*] Tribuniciam potestatem sustulit Sulla, quia populo iratus erat, quod Marii partes secutus esset: at postmodum a Pompeio et Crasso consulibus restituta est.

[p] *Perfugia*] Perfugia loca erant, quo qui profugisset in periculis, salvus erat. Talia erant illa sacella.

[q] *Gaurus*] Gaurus mons Campaniæ est, Massicis et Surrentinis propinquus, in quo nascitur vinum exquisitæ generositatis.

[r] *Minturnas*] Minturnæ oppidum est in Campania, Sinuessam inter et Formias, ad Lirim fluvium, habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit, ut Sullam evitaret.

[s] *Herculanea*] Hercules et Virgo duo fontes aut rivi sunt, octavo ab urbe lapide. Hinc Herculanea via amœnissima, et ideo vendibilis.

[t] *Per eos annos*] Ab annis viginti plures, qui consulatum gesserant, e vivis excesserant.

eorum audacia suspicari, quorum cupiditati nimium angustus[19] orbis terrarum esse videatur. XV. 38. Habetis unum venditionis genus, quod magnum videri vobis intelligo: sed attendite animos[20] ad ea, quæ consequuntur: hunc quasi gradum quendam atque aditum[1] ad cetera jactum intelligetis. 'Qui agri,[u] quæ loca, quæ[2] ædificia.' Quid est præterea? multa in mancipiis,[3] in pecore, auro, argento, ebore, veste, supellectili, ceteris rebus. Quid dicam? invidiosum putasset[4] hoc fore, si omnia nominasset? non metuit invidiam. Quid ergo? longum putavit, et timuit, ne quid præteriret: ascripsit, 'aliudve quid:'[5] [x] qua brevitate rem nullam esse exceptam videtis. Quicquid ergo sit extra Italiam,[6] quod publicum[b] populi Romani factum sit, L. Sulla, Q. Pompeio, consulibus, aut postea, id decemviros jubet vendere. 39. Hoc capite,[7] Quirites, omnes gentes, nationes, provincias, regna, decemvirum ditioni, judicio, postestatique permissa et condonata esse dico. [*p.* 74.] Primum enim hoc quæro,[8] qui tandem locus usquam sit, quem non possint decemviri dicere publicum populi Romani esse factum. Nam, cum idem possit judicare, qui dixerit; quid est, quod non liceat ei dicere, cui liceat eidem[9] judicare? Commodum erit Pergamum,[y]

[b] *Vectigale.*

rendum, Gulielm. et Ern. *verendum* legi maluerunt.—18 C H S χ *nos.*—19 C *angustiis.*

Cap. XV. 20 C *animo.*—1 Idem Ms. *auditum.* Mox, pro *jactum* C H S, Lamb. Manut. Oliv. Beck. Schutz. et Orell. habent *factum*, ut volebant Lanredanus et Ernest. Dein *intelligitis* C H S χ.—2 C et H omittunt *quæ* ante *ædificia.*—3 In H *municipiis.*—4 Lamb. e conj. Puteani recepit *putasse.*—5 C S ψ *aliud nequid.*—6 χ *contra Ital.*—7 C H S χ *Hoc caput.*—8 C H, Pith. Franc. Pall. Ms. ap. Lamb. et edd. pr. *Primum hoc quæro enim*, quod restituit Græv. posito post *hoc* colo; et eum Orellius secutus est. In edd. a Naug. usque ad Grut. *enim* omissa est. In S legitur *Hoc quæro vel enim.* Ceteri ut Ern.—9 C H S *cui non liceat idem:* χ ψ *cui non liceat eidem:* Pith. et edd. nonnullæ *cui liceat idem.* In Franc. 1. *quid est, quod liceat dicere, cui*

NOTÆ

[u] *Qui agri, &c.*] Verba legis sunt.

[x] *Aliudve quid*] His verbis significat nihil prorsus esse in imperio Romano, quod a decemviris non vendatur.

[y] *Pergamum*] Pergamum urbs Troadis est, seu Mysiæ Mediterraneæ, ad Caicum fluvium, diu sub Attalis regibus fortunata, et postea Romanorum facta provincia.

Smyrnam,[z] Tralles,[10 a] Ephesum,[b] Miletum,[c] Cyzicum,[d] totam denique Asiam, quæ post L. Sullam, Q. Pompeium, consules, recuperata sit,[e] populi Romani[11] factam esse dicere. 40. Utrum oratio ad ejus rei disputationem[12] deerit? an, cum idem et disseret,[13] et judicabit, impelli non poterit, ut falsum judicet? an, si condemnare Asiam volet,[14] terrorem damnationis et minas non, quanti volet, æstimabit?[15] Quid? (quod[16] disputari contra nullo pacto potest, quoniam statutum a vobis est et judicatum) quam hæredi-

non liceat idem jud.—10 Nonnullæ edd. vett. *Trallis:* Manut. et Lamb. *Tralleis.* Mox ψ *Cyricum.*—11 Lamb. *publicam populi Rom.*—12 Ald. Crat. Laured. Lamb. Grut. *disceptationem.*—13 χ *dissereret.*—14 *Nollet* Turnebi Ms. *Nolet* Pith. Franc. Junt. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—15 H S χ *existimabit.*—16 ' *Quid quod, &c.*] Est h. l. primum interpunctionis magna varietas. In ed. Ven. 1483. (etiam 1480. ubi tantum interr. nota ubique deest, Naug. Vict.) Græv. et Verburg. consentiente cod. Franc. interpungitur ita, *Quid quod . . . potest? quoniam . . . judicatum quam . . . crevimus. Regnum Bithyniæ, quod . . factum:* at manifestum est, ita sejungi, quæ arcte cohærent, nec sententiam effici plenam, nec sequentibus locis hunc respondere. In Erf. post *crevimus* comma, post *Bith.* punctum est. Manut. Lamb. Grut. Ern. post *Bith.* interr. notam habent. Ita seqq. conveniunt: Oliv. Lall. Oxon. *Quid?* cum continua periodo *quod disp . . . factum?* Ernesto oratio durior et ita emendanda videbatur, *quoniam hæred. jam crevimus: regnum Bithyniæ certe publ. est pop. Rom. factum.* Ita non video, quo pertineat *Quid?* Garaton. ostendit construendum esse (laudato Cortio ad Sallust. Catil. c. 55. § 3.) *quid regnum Bith., quam hæred. jam crev.* Nimirum aut est hic nomin. absolutus (*regnum Bith.*), aut verbum quoddam intelligendum. Deinde varietas lect. non minus est insignis. χ *quid contra existimari.* In C *contra* deest. Pro *quoniam* ψ *quod jam,* atque ita legendum esse conjecerat Laured. (Ex Lamb. affert Oliv. *quod.*) Verum ita relativum nimis frequenter ponetur. Pro *vobis,* C S ψ, et utraque Ven. *nobis,* quod magis verbo *crevimus* accommodari videtur. Pro *crevimus* quinque codd. Oxonn. *creavimus,* iidemque loco vocab. *certe* miro errore exhibent *terræ.* Forsitan tamen ad seq.

NOTÆ

[z] *Smyrnam*] Smyrna urbs Ioniæ, Milete amne irrigata.

[a] *Tralles*] Trallæ urbs, teste Plinio, prius Evanthia, deinde Seleucia, et tandem Antiochia dicta est.

[b] *Ephesum*] Ephesus urbs est in Ionia, et emporium totius Asiæ Citerioris celebratissimum, Amazonum opus, ut Plin. ait lib. v. cap. 29.

[c] *Miletum*] Mela, lib. I. de illa urbe sic ait: ' Miletus urbs quondam Ioniæ totius, belli pacisque artibus princeps; patria Thaletis astrologi, Timothei musici, et Anaximandri physici.'

[d] *Cyzicum*] Urbs Mysiæ ad Propontidem, magnitudine et pulchritudine cum primis Asiæ urbibus comparanda, paci et bello apta, tribus armamentariis inclyta, quorum aliud armorum, aliud instrumentorum, aliud frumenti receptaculum fuit.

[e] *Recuperata sit*] Cum fere totam Asiam populi Rom. provinciam Mithridates occupasset, a Sulla recuperata est.

tatem jam crevimus,[c] regnum Bithyniæ,[f] quod certe publicum est populi Romani factum; numquid causæ est, quin omnes agros, urbes, stativa,[17 g] portus, totam denique Bithyniam decemviri vendituri sint? XVI. Quid Mitylenæ? [18 h] quæ certe vestræ, Quirites, belli lege, ac victoriæ jure,[19 i] factæ sunt; urbs et natura,[k] et situ, et descriptione ædificiorum et pulchritudine, in primis nobilis; agri jucundi et fertiles; nempe eodem capite inclusi continentur. 41. Quid Alexandria, cunctaque Ægyptus? ut occulte latet![1] ut recondita est![20] ut furtim tota decemviris traditur! Quis enim vestrum hoc ignorat, dici illud regnum, testamento regis Alexandri,[1 m] populi Romani esse factum? Hic ego consul populi Romani non modo nihil judico,[2] sed ne, quid sentiam, quidem profero: magna enim mihi res non modo ad statuendum,[3] sed etiam ad dicendum videtur esse. Video, qui testamentum factum esse confirmet: auctoritatem senatus extare hæreditatis aditæ sentio, tum, quando, Alexandro mortuo,[n] legatos[4]

[c] *Adivimus.*

paragr. ea varietatis notatio pertinet.' *Beck.*—17 Pro *stativa* Erf. et Pith. habent *stagna.*

CAP. XVI. 18 Turnebi Ms. *Mitylene:* edd. nonnullæ *Mytilenæ.* Dein pro *certe* Mss. ap. Laured. et Ven. 1480. 1483. Hervag. habent *terræ.* 'Monet Garaton. *terræ* legi debuisse, si antea fuisset *Mitylene,* sed Ciceronem aliosque sæpe plurali numero dixisse *Mitylenas,* quam in rem exempla plura affert, atque Oudend. ad Sueton. Cæs. c. 2. laudat.' *Beck.*—19 Pro *jure* C S χ habent *in rem.*—20 H S χ ψ *ut recond. sunt.*—1 Pro *Alexandri* χ habet *Alixæ;* ψ *Alexæ:* infra uterque *Alexa.* Junt. Crat. Laured. *Alexandrini.*—2 ψ *judicio.*—3 Pal. 2. *res non ad stat.* omisso *modo,* prob. Grut.—4 χ *legato.*

NOTÆ

[f] *Bithyniæ*] Bithyniam Nicomedes populo Rom. testamento legavit.

[g] *Stativa*] Stativa munitiones sunt, quibus sese milites continent.

[h] *Mitylenæ*] Mitylenæ urbs Lesbi maxima juxta Methymnam.

[i] *Lege, ac victoriæ jure*] Cum, victo Mithridate, hæc civitas arma retineret, expugnata et diruta est. Vide Liv. lib. XCI.

[k] *Urbs et natura, &c.*] Vitruvius lib. I. scribit quod magnifice et eleganter ædificata fuerit; sed non prudenter posita, quia in eam cum auster flat, homines ægrotant; cum corus, tussiunt; cum septemtrio, restituuntur in salubritatem.

[l] *Ut occulte latet*] Id est, ut occulte cuniculis oppugnatur.

[m] *Testamento regis Alexandri*] Vide orationem superiorem, § 1. not.

[n] *Alexandro mortuo*] Post Sullæ et Pompeii consulatum mortuus est Alexander: quare, lege a Rullo lata, veniebat Ægyptus in decemvirorum potestatem.

Tyrum[o] misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris[5] recuperarent. 42. Hæc L. Philippum[6 p] sæpe in senatu confirmasse memoria teneo; eum, qui regnum illud teneat[q] hoc tempore, neque genere, neque animo regio esse, inter omnes fere video[7] convenire. Dicitur contra, nullum esse testamentum; non oportere populum Romanum omnium regnorum appetentem[8] videri; demigraturos in illa loca nostros homines, propter agrorum bonitatem, et omnium rerum copiam. 43. Hac tanta de re P. Rullus cum ceteris decemviris, collegis suis, judicabit? et verum[9] judicabit? nam utrumque ita magnum est, ut nullo modo neque concedendum, neque ferendum sit. Volet esse popularis?[10] populo Romano adjudicabit. Ergo idem ex sua lege vendet Alexandriam, vendet Ægyptum: urbis copiosissimæ, pulcherrimorumque agrorum judex, arbiter, dominus, rex denique[11] opulentissimi regni reperietur. Non sumet sibi tantum, non appetet? judicabit, Alexandriam regis esse; a populo Romano abjudicabit.[r] XVII. 44. Primum[12] populi Romani hæreditatem decemviri judicent, cum vos volueritis

—5 Pro *nostris*, quod Beck. uncis inclusit, et Schutz. delevit, Lamb. Oliv. Lall. e conjectura Puteani dederunt *nobis*. 'Altior latet corruptela, veluti *a Tyriis*, vel *a magistratu*.' Orell. In ed. Ven. 1480. legitur *depositis nostris*. —6 Gulielm. conjecit *Ad hæc L. Phil.*—7 'Grævius aut *video* censet spurium, (nimirum commatibus post *teneo* et post *eum* positis,) ut pertineat *convenire* ad *confirmasse mem. teneo*; aut legi mavult *id inter omnes video conv.* Sed aliæ edd. (Naug. Manut. Cam. Oliv.) plene post *teneo* interpungunt, Lallem. etiam colo.' *Beck.*—8 *Potentem* C H χ : *petentem* S ψ. Mox pro *in illa* C H S χ habent *nulla*.—9 Pro *verum* Lamb. Schutz. et Orell. habent *utrum*. Puteanus conjecit, *judicabit; sed utrum judicabit?*—10 Post *popularis* edd. nonnullæ colon ponunt. Mox in C *adjudicavit:* in S *abjudicabit*.—11 C *res denique*. Tum C H χ ψ *reperitur*.

NOTÆ

[o] *Tyrum*] Tyrus Phœniciæ insula est, et urbs celeberrima, quæ ab Alexandro Magno continenti juncta est. Mortuo Alexandro, huc legati a senatu missi sunt, qui pecuniam regis ibi depositam Romanis recuperarent.

[p] *L. Philippum*] Is fuit pater illius qui postea cum Marcellino consul fuit.

[q] *Regnum illud teneat*] Tenebat illud regnum tunc Ptolemæus Auletes, qui a suis expulsus Romam venit, et a Gabinio restitutus est.

[r] *Abjudicabit*] Id est, feret sententiam ad populum Rom. non pertinere.

de privatis hæreditatibus centumviros[s] judicare? deinde quis aget causam populi Romani? ubi res ista agetur? qui sunt isti decemviri, quos perspiciamus,[13] regnum Alexandriæ Ptolemæo gratis adjudicaturos? Quodsi Alexandria petebatur;[t] cur[14] non eosdem cursus hoc tempore, quos L. Cotta, L.[15] Torquato consulibus, concurrerunt? cur non aperte, ut antea? cur non item, ut cum decreto[16 u] et palam, regionem illam petierunt? an, quietis iis,[17] qui per cursum rectum regnum tenere non potuerunt, nunc, tetris tenebris[x] et caligine se Alexandriam perventuros arbitrati sunt? 45. Atque illud circumspicite vestris mentibus, unaque[18 y] legatos nostros,[z] homines auctoritate

Cap. xvii. 12 χ *Primum tum.*—13 Idem Ms. *quod persp.* Paulo post, C *Tholomæo.*—14 *Cur* non est in C H S χ. Mox, pro *cursus* in χ *rursus.* Weiske conjecit legend. *eodem cursu hoc temp., quo.*—15 C et S omittunt prænomen ante *Torquato.* Dein *concurrerunt* legitur in χ et ψ.—16 Nonnulli ap. Laured. cum Lamb. Schutz. et Orell. *directo.* Pantagathus, probante Ursino, legit, *cur non iterum, ut cum directo.*—17 Pro *iis* H S, Erf. Ven. 1483. Naug. Cam. habent *his.* In Ven. 1480. legitur, *cur non quietis iis:* Laured. *cur non quietis nobis:* Lamb. *petierunt quietis nobis? An qui per cursum.* Manut. scribi voluit, *an, Quirites, ii,* vel *an quietis nobis.* Schutz. et Orell. e conjectura Gulielmii dederunt *an qui etesiis.* Ceteri ut Ern. Vid. Nott. Varr.—18 ʿ Laured. pro *unaque* reponi *animisque,* Turnebus *una Quirites,* Pantagathus *namque* vel *nam cum* maluit: sed Lambinus deesse quædam censuit, v. c. *quantum mali exteris nationibus comparetur, considerate.* Ernestus Ciceronem dixisse ejusmodi quid conjicit, *cognoscite labem reipubl.* Ursinus multa deesse

NOTÆ

[s] *Centumviros*] Centumviri ex 35. tribubus eligebantur, qui judicabant de usucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, alluvionibus, &c. Consule Cic. de Orat. lib. I. Licet 35. essent secundum numerum tribuum, ad commodiorem appellationem centumviri dicebantur.

[t] *Alexandria petebatur*] Insidias decemvirorum exemplo Cicero exponit. Ptolemæo mortuo multi hoc regnum palam petebant, sed justis de causis repulsi sunt. Rullus autem nunc cum suis per insidias affectabat, quod alii palam. Argumentum autem est a majori ad minus; nam ostendit injustum esse insidiosis hoc committi, quod antea aperte petentibus negatum est.

[u] *Ut cum decreto* [*directo*] Id est, non oblique, et per cuniculos, sed recto itinere illud regnum petiverunt.

[x] *Tetris tenebris*] Occulta legis fraude.

[y] *Unaque*] Hic desideratur aliquid, quo sensus compleatur; qui perfectus esset, inquit Manutius, si pro *unaque* reponeretur *vestris mentibus animisque.*

[z] *Legatos nostros*] Aliud argumentum a majori ad minus, quo ostendit hanc decemvirorum potentiam exteris nationibus intolerabilem fore.

tenui, qui rerum privatarum causa legationes liberas[19 a] obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix possunt. [*p.* 75.] Grave est enim nomen imperii, atque id etiam in levi persona pertimescitur, propterea quod vestro, non suo nomine, cum hinc egressi sunt, abutuntur. Quid censetis, cum isti decemviri cum imperio, cum fascibus, cum illa delecta[20] finitorum juventute per orbem terrarum vagabuntur? quo tandem animo, quo metu, quo periculo miseras nationes futuras? 46. Est in[1] imperio terror: patientur. Est in in adventu sumtus:[2] ferent. Imperabitur aliquid muneris: non recusabunt. Illud vero quantum est, Quirites, cum is decemvir, qui aliquam in urbem aut expectatus, ut hospes, aut repente, ut dominus, venerit, illum ipsum locum, quo venerit, illam ipsam sedem hospitalem, in quam[3] erit deductus, publicam populi Romani esse dicet? quanta calamitas populi, si dixerit! quantus ipsi quæstus,[b] si negarit! Atque iidem,[4] qui hæc appetunt, queri nonnunquam solent, omnes terras Cn. Pompeio atque omnia maria esse permissa. Simile vero est, multa committi, et condonari[5 c]

existimat, quia statim Cicero ad vectigalia pop. Rom. transit, quod non fecisset, nullis interpositis querelis. Inde Garaton. quærit, an fragmentum, quod ap. Aquilam de Fig. c. 43. orationis hujus c. 31. subjungitur, quodque Ruhnkenius ad I. orat. deperditam partem refert, huc pertineat, *veniet igitur sub præcone tota Propontis, atque Hellespontus: addicitur communis ora Lyciorum atque Cilicum, Mœsia et Phrygia:* etsi jam c. 15. fuerit de Asia actum. Idem tamen fatetur, verba ista pertinere ad auctionem vectigalium, de qua c. 19. ideoque iis locum quæri posse in superiori oratione. Certe non probabile est excidisse multa, cum sequentia arcte nexa sint cum omni præcedente loco. Forsitan unum verbum *cogitate* excidit. A verbis *Legatos, &c.* nova incipit sententia, unde majuscula litera init. scripsi.' *Beck.* In Pal. 2. legitur *perspicite vestr. mentibus atque* . . . Schutz. e conj. edidit *circumsp. ment. vestris, Quirites! Legatos.* Vid. Nott. Varr. Pro *nostros* C habet *nostro;* ψ, Ms. Turnebi, et Ven. 1480. *vestros.*—19 χ *libertas.*—20 χ *delicta:* al. *dilecta.* Franc. et Ms. Turnebi omittunt. Ante *juventute* χ addit *in.*—1 C omittit præpositionem ante *imperio.*—2 C H S χ *Est adv. sumtus.*—3 C S χ ψ *in qua.* Mox in C deest *esse.* Tum *dicent* H: *diceret* χ. Porro ψ et tres Mss. Lauredani atque Ven. 1480. Junt. *at quanta calam.*—4 ψ *At quidem.*—5 Junt. Lau-

NOTÆ

[a] *Legationes liberas*] De his diximus superiori orat. § 8 not.

[b] *Ipsi quæstus*] Magnam pecuniam accipiet a populo.

[c] *Condonari*] Hic arguit eos qui iniquum putabant, quod Pompeio omnia regna mariaque commissa essent: at quanto iniquius est hæc omnia decemviris condonari! vi enim et fraudibus in suam potestatem vin-

omnia? labori[6] et negotio præponi, an prædæ et quæstui? mitti ad socios liberandos,[7] an ad opprimendos? Denique, si quis[8] est honos singularis, nihilne interest,[9] utrum populus Romanus eum, cui velit, deferat, an is impudenter populo Romano[10] per legis fraudem surripiatur?

XVIII. 47. Intellexistis, quot res et quantas decemviri, legis permissu, vendituri sint.[11] Non est satis. Cum sese sociorum,[12] cum exterarum nationum, cum regum sanguine implerint;[d] incidant nervos populi Romani,[13] [e] adhibeant manus vectigalibus vestris, irrumpant in ærarium. Sequitur enim caput, quo capite non permittit[14] quidem, si forte desit pecunia, (quæ tanta ex superioribus recipi[15] potest, ut deesse non debeat) sed plane, quasi ea res vobis[16] saluti futura sit, ita cogit atque imperat, ut decemviri vestra vectigalia[f] vendant[17] nominatim. 48. Quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto[g] populi Romani auctionem; quam, mehercule, ego[18] præconi huic ipsi luctuosam et acerbam prædicationem futuram[19] puto. (*Auctio.*) Ut in

red. Lamb. *an cond.*—6 Hervag. Cam. Lanred. Vict. Manut. *vel labori.*—7 Edd. nonnullæ *mitti vel ad soc. lib.*—8 C S ψ *si qui.*—9 Erf. *nihil int.* Mox pro *eum* in χ *ei.*—10 Lauredanus conjecit legend. *imprudente pop. Rom.*

CAP. XVIII. 11 χ *vend. sunt.*—12 Pith. *Cum soc.* omisso *sese.* Dein *tum ext. nat.* H: *non ext. nat.* χ. Porro C H S *tum regum:* χ *cum rerum.*—13 Grævius e Franc. et Ms. Turnebi edidit *populo Romano.* Mox in quinque Oxonn. Mss. Ven. 1483. Junt. *irrumpent.* Orellius e conjectura Schutzii recepit *incident . . . adhibebunt . . . irrumpent.*—14 *Ne perm.* Erf. Franc. Ms. Turnebi, quinque Oxonn. Mss. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell.—15 Lamb. e conjectura *refici.*—16 Quinque Oxonn. Mss. edd. Vict. Manut. Lamb. *nobis.*—17 H et χ *vendatis.*—18 Weiske suspicabatur legend. *pop. Romani auctionem: vos autem, Quirites, æquis animis audite; quanquam mehercule ego, &c.* Mox pro *ipsi* in quinque Oxonn. Mss. Ven. 1483. et Vict. *ipsam.*—19 Amicus Lauredani in Ms. reperit *recitationem*

NOTÆ

dicare volunt, quod uni Pompeio denegatur.

[d] *Sanguine implerint*] Sanguinem metaphorice pro facultatibus et divitiis dicit.

[e] *Nervos populi Rom.*] Sæpe vectigalia et ærarium, quibus stat imperium pop. Rom. ejus nervos appellat.

[f] *Vestra vectigalia*] Per vectigalia intelligit vectigales agros, ex quibus maxima pecunia colligitur.

[g] *De legis scripto*] Jam orationem ad præconem convertit, monetque ut legendo, non memoriter dicendo, auctionem illam, seu venditionem, quæ lege hic constituitur, recitet.

suis rebus, ita in republica luxuriosus est[20] nepos, qui prius sylvas vendat, quam vineas.[h] Italiam percensuisti:[i] perge in Siciliam. (*Auctionis pars ea, quæ ad Siciliam pertinet.*[1]) Nihil est in hac provincia, quod aut in oppidis, aut in agris majores nostri proprium nobis[2] reliquerint, quin id venire jubeat. 49. Quod partum[3] recenti victoria[k] majores vobis in sociorum urbibus ac finibus, et vinculum pacis, et monumentum belli[l] reliquerunt, id vos ab illis acceptum, hoc auctore, vendetis?[4] Hic mihi parumper[5] mentes vestras, Quirites, commovere videor, dum patefacio vobis, quas isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrentur[6] contra Cn. Pompeii dignitatem. Et mihi,[7] quæso, ignoscite, si appello talem virum sæpius. Vos mihi prætori, biennio ante, Quirites, hoc eodem in loco, personam hanc[m] imposuistis, ut, quibuscumque rebus possem, illius absentis[n] dignitatem vobiscum una tuerer. Feci adhuc, quæ potui, neque familiaritate illius adductus, nec spe honoris atque amplissimæ dignitatis; quam ego,

futuram, quod Weiske recepit. Vox *auctio* in Mss. plerisque et edd. vett. deest: itaque Beck. uncis inclusit. Orell. delevit.—20 Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. non agnoscunt *est*.—1 Verba *Auctionis pars ea, quæ ad Sic. pertinet* Lamb. primus insernit. Beck. ea uncis inclusit: Orell. delevit. Mox, in edd. nonnullis deest *hac* ante *provincia*.—2 *Majores vestri propr. vobis* Franc. et Ms. Turnebi cum Græv. Beck. Schutz. et Orell. Dein C H S χ *reliquerunt*. Porro in χ *quicquid ven. jub.*—3 C et S *partim*.—4 χ *vendendis*.—5 Ante *parumper* Garaton. Beck. et Orell. existimant quædam verba e lege Servilia excidisse.—6 Lamb. e conj. *quam . . . arbitrentur*: unde *arbitrentur* dederunt Grut. Græv. Oliv. Lall. Ern. et Schutz. *arbitrantur* ceteri.

NOTÆ

[h] *Quam vineas*] Id est, ille bona sua misere perdit, qui prius sylvas, quam vineas vendit; quia cum vineæ minoris sint pretii, prius quam sylvæ, vendi debent.

[i] *Italiam percensuisti*] Id est, percensuisti quæ in Italia vectigalia, et quæ in Sicilia colliguntur.

[k] *Recenti victoria*] Id est, statim post victoriam quam Rupilius, Lævinus, Marcellus retulerant.

[l] *Monumentum belli*] Quo indicatur ad perpetuam memoriam victos a nobis Siculos fuisse.

[m] *Personam hanc*] Per metaphoram sumtam a ludis theatralibus. Commemorat suasionem legis Maniliæ, quæ ipsi in gratiam absentis Pompeii a populo demandata est.

[n] *Illius absentis*] Pompeius tunc aberat, bello piratico, cum illam legem suasit, et modo Mithridatico detentus.

etsi libente illo, tamen absente illo,[8] per vos consecutus sum. 50. Quamobrem cum intelligam, hanc totam fere legem ad illius opes evertendas, tanquam machinam, comparari; et resistam consiliis hominum, et perficiam profecto, quod ego video comparari, ut id vos universi non solum videre, verum etiam tenere possitis. XIX. Jubet venire, quæ Attalensium,[9][o] quæ Phaselitum, quæ Olympenorum[p] fuerint, agrumque Agerensem,[10][o] et Orindicum,[11] et Gedusanum.[q] [*p.* 76.] Hæc P. Servilii[r] imperio et victoria, clarissimi viri, vestra facta sunt. Adjungit agros Bithyniæ regios,[s] quibus nunc publicani fruuntur: deinde Attalicos[t] agros in Cherroneso;[12][u] in Macedonia, qui regis Philippi sive Persæ[x] fuerunt, qui item a censoribus locati sunt, et certissimum vectigal. 51. Ascribit idem auctioni Corinthios[y] agros,[13] opimos et fertiles, et Cyrenenses,[14][z] qui Apionis fuerunt: et agros in Hispania prop-

—7 Mss. quidam *Ac mihi.*—8 Laured. deleri maluit *illo* post *absente.*

CAP. XIX. 9 *Attaliensium* ψ, Erf. et Ven. 1480. *Attaleensium* Lamb. Mox *Phasiletum* C H S ψ: *Phalisetum* χ: *Phasilietum* Franc. 1. Dein *Olimpinorum* C: *Olympinorum* H S ψ, Franc.—10 Pro *Agerensem* Grævius legi jussit *Sagalassensem* aut *Agalassensem.*—11 E Plin. v. 32. Beck. Schutz. et Orell. dederunt *Oroandicum.* Grævius legi jusserat *Orondicum.* Tum Franc. 1. *Gedusarium:* Lamb. *Gesudanum.*—12 C H S ψ et edd. paucæ *Chersoneso:* Orell. *Cherrhoneso.*—13 Lamb. *eidem auctioni.* Ven. 1480. et 1483. ita interpungunt, *et cert. vectigal adscribit idem auctioni, Corinthios agros, &c.* prob. Garaton.—14 χ *Cyrenses.* Mox *Opionis* C: *Apionis* S: *Appionis* edd. non.

NOTÆ

[o] *Attalensium*] Vide superiorem orationem, § 5. not.

[p] *Phaselitum, Olympenorum*] Vide superiorem orationem.

[q] *Agerensem, et Orindicum, et Gedusanum*] Agri sunt superioribus oppidis finitimi.

[r] *Servilii*] Vide superiorem orationem.

[s] *Bithyniæ regios*] Quos Nicomedes possidebat, qui hæredem pop. Rom. fecit.

[t] *Attalicos*] Qui ad regem Attalum pertinuerunt. Hic quoque hæredem populum Rom. fecit.

[u] *In Cherroneso*] Cherronesus, seu Chersonesus, peninsula est, in procursu Minoris Asiæ ad Mare Mediterraneum.

[x] *Philippi sive Persæ*] Vide superiorem orationem.

[y] *Corinthios*] Corinthii Memmii victoria populi Rom. facti sunt. Vide superiorem orationem § 5.

[z] *Cyrenenses*] Cyrene Libyæ oppidum inter Syrtim Majorem et Mareotidem sinum, unum ex iis quæ Pentapolim efficiunt. Ptolemæus Apio regnum illud suum moriens populo Rom. legavit; cujus civitates liberas senatus esse jussit.

ter Carthaginem novam,[a] et in Africa[15] ipsam veterem Carthaginem vendit: quam videlicet P. Africanus non propter religionem sedium[16] illarum ac vetustatis, de consilii sententia,[b] consecravit, sed[17] ut ipse locus, eorum, qui cum hac urbe de imperio certarunt,[18] vestigia calamitatis ostenderet. Sed non fuit tam diligens, quam est Rullus;[19] aut fortasse emtorem ei loco reperire non potuit. Verum inter hos agros[20] regios, captos veteribus bellis virtute summorum imperatorum, adjungit regios agros Mithridatis, qui in Paphlagonia,[c] qui in Ponto,[d] qui in Cappadocia[e] fuerunt, ut eos decemviri vendant. 52. Itane vero? non[1] legibus datis,[f] non auditis verbis imperatoris,[g] nondum denique bello confecto, cum rex Mithridates, amisso exercitu, regno expulsus, tamen in ultimis terris aliquid etiam nunc moliatur,[h] atque ab invicta Cn. Pompeii manu, Mæotide,[2][i] et illis

nullæ.—15 C S χ *in Africam.* Dein χ *vendidit.*—16 C S ψ *sedum.* Paulo post, in χ *de consitio, sententia.*—17 Pro *sed* C et χ habent *nec.*—18 ψ *decertarunt.*—19 χ *quam ille Rullus.*—20 Lamb. conjecit legend. *Verum interim ad hos agros:* Schutz. e conjectura edidit, *Verum iste ad hos agros.* Vid. Nott. Varr.—1 In C H S χ deest *non* ante *legibus.* Mox *imperatoriis* legunt Manut. et Lauredanus.—2 '*Mæotide*] Edd. nonnullæ (ut Oxon.) *Mœotide,* quam scripturam dudum critici rejecerunt. In C deest hoc vocab., sed spatium est plurium verborum; etiam in χ deest. In H S ψ *Mœote.* Vetus lib. ap. Turneb. *Mœoti:* Franc. *Meote,* ut binæ Ven.: Pith. *Mœotie:* et Lallem. auctor est, suos codd. constanter scribere *Mœoti* vel *Mœote.* Itaque legi b. l. etiam potest *Mœoti,* quam formam non minus probam esse quam alteram *Mœotide,* ex Plin. H. N. XXVII. 1. et Cic. Tusc. v. 17. docet Garaton.' *Beck.*—

NOTÆ

[a] *Propter Carthaginem novam*] De utraque Carthagine vide primam orat. § 5. not.

[b] *De consilii sententia*] Lege Papiria cautum erat, ne quis sine jussu populi urbem consecraret. Consecrata autem est decem legatorum sententia, qui in Africam a senatu missi sunt.

[c] *Paphlagonia*] Paphlagonia regio est Asiæ ad Pontum Euxinum, a Paphlagone Phinei filio denominata.

[d] *In Ponto*] Pontus regnum Mithridatis in Asia.

[e] *Cappadocia*] Cappadocia Asiæ regio maxima, mari Euxino exposita.

[f] *Non legibus datis*] Cum devicta fuerat provincia a Romanis, ei de senatus sententia per decem legatos leges imponebantur.

[g] *Imperatoris*] De Pompeio loquitur, qui bellum adhuc gerebat cum Mithridate.

[h] *Etiam nunc moliatur*] Id est, meditetur, licet multis cladibus attritus, Asia relicta, in Italiam bellum transferre.

[i] *Mæotide*] Mæotis, palus Scythica, juxta Tanais ostium sita est, Cimmerio Bosphoro a Ponto Euxino dis-

paludibus et itinerum angustiis, atque altitudine montium defendatur;[3] cum imperator in bello versetur; in locis autem illis etiam nunc belli nomen reliquum sit; eos agros, quorum adhuc penes Cn. Pompeium omne judicium et potestas,[k] more majorum,[4] debet esse, decemviri vendent? 53. Et, credo, P. Rullus (is enim sic se gerit, ut sibi jam decemvir designatus esse videatur) ad eam auctionem potissimum proficiscetur. XX. Is videlicet antequam veniat in Pontum, literas ad Cn. Pompeium mittet: quarum ego jam exemplum ab istis compositum esse arbitror. 'P. Servilius[l] Rullus, tribunus plebis, decemvir, S. D. Cn.[5] Pompeio, Cn. F.' Non credo ascripturum[6] esse, 'Magno:'[7][m] non enim videtur id, quod imminuere[8] lege conatur, concessurus verbo. 'Te volo curare,[n] ut mihi Sinope[9][o] præsto sis, auxiliumque adducas, dum eos agros, quos tuo labore[10] cepisti, ego mea lege vendam.' An Pompeium non adhibebit? in ejus provincia[11] vendet manubias[p] imperatoris? Ponite ante oculos vobis Rullum, in Ponto, inter vestra atque hostium castra hasta posita, cum suis formosis finitoribus[12] auctionantem. 54. Neque in hoc solum inest

3 *Defendatur* non est in χ.—4 χ *moreque maj.*

CAP. XX. 5 H S et edd. ante Manut. non habent *Cn.* ante *Pompeio.* In Ms. ap. Lamb. *X. VIR. S. POMPEIO.* Mox pro *F.* in χ legitur *fratri.*—6 *Adscriptus* χ: *adscriptum* Ven. 1480.—7 χ *Magna.* Tum C H S χ *videbitur.*—8 C *imminere.* Mox *concessurum* Oliv. et Lall.—9 Pro *Sinope* χ habet *in spe.*—10 Lamb. et Weiske e conj. Lauredani *quos tu tuo lab.*—11 S *non adhibebitur;* et S *in ejus provincias.*—12 C H S *form. finitaribus.* Pro *formosis*

NOTÆ

creta: ita dicta ab incolis, qui Mæotæ nuncupati sunt.

[k] *Judicium et potestas*] Licet, qui mittebantur imperatores, pop. Rom. imperiis subjecti essent, multa tamen ipsis permissa sunt circa provincias a se debellatas: fas enim ipsis fuit leges dare, vectigalia imponere, &c.

[l] *P. Servilius*] Hic titulos commemorat, quibus insignitum se Rullus esse voluit.

[m] *Magno*] Magni cognomine a militibus, victo in Africa Domitio, decoratus est.

[n] *Te volo curare*] Prosopopœia Rulli scribentis ad Pompeium, et quasi ipsi imperantis.

[o] *Sinope*] Sinope Mithridatis regia, et Diogenis cynici patria fuit.

[p] *Manubias*] Per manubias hic agros intelligit, quos bello peperit Pompeius. Manubiæ autem dicuntur tum quod manibus ab hoste capitur, tum ipsa præda imperatoris.

contumelia, quæ vehementer et[13] insignis est, et nova, ut ulla res parta bello, nondum legibus datis, etiam tum imperatore[14] bellum administrante, non modo venierit,[15] verum etiam locata sit. Plus spectant homines certe, quam contumeliam: sperant, si concessum sit inimicis[16] Cn. Pompeii, cum imperio, cum judicio omnium rerum, cum infinita potestate, cum innumerabili pecunia, non solum aliis in locis vagari, verum etiam ad ipsius exercitum pervenire; aliquid illi insidiarum fieri, aliquid de ejus exercitu, copiis, gloria, detrahi posse. [*p.* 77.] Putant, si quam spem in Cn. Pompeio exercitus habeat, aut agrorum, aut aliorum commodorum, hanc non habiturum, cum viderit,[17] earum rerum omnium potestatem ad decemviros esse translatam. 55. Patior non moleste, tam stultos esse, qui hæc sperent; tam impudentes, qui conentur: illud queror, tam me ab iis[18] esse contemtum, ut hæc portenta, me consule, potissimum cogitarent.

Atque in omnibus his agris ædificiisque vendendis, permittitur decemviris, 'ut vendant, quibuscumque in locis videatur.' O perturbatam rationem![19] o libidinem refrænandam! o consilia dissoluta atque perdita! XXI. Vectigalia locare nusquam licet, nisi in hac urbe, hoc ex loco,[20q] hac vestrum frequentia. Venire vestras res proprias, et in perpetuum a vobis alienari[1] in Paphlagoniæ tenebris atque in Cappadociæ solitudine licebit? 56. L. Sulla cum bona indemnatorum[r] civium funesta illa auctione sua venderet, et se prædam suam

Faërnus legit *famosis*.—13 *Et* ante *insignis* in χ deest.—14 C H S χ *etiam cum imp.* Ern. scribi jubet *jam dum imp.*—15 ψ *venerit.* Tum omnes Mss. et edd. pr. cum Græv. Beck. et Orell. omittunt *etiam* ante *locata sit.*—16 In χ *inimici.*—17 Quinque Oxonn. Mss. Ven. 1483. Junt. *viderint.*—18 C H S χ *ab aliis.* Mox χ *contentum.*—19 Verba *O perturb. rat.* in H desunt.

CAP. XXI. 20 Ven. 1480. *hæc ex loco*: Mss. plerique et edd. pr. *hoc aut illo ex loco.* Pro *vestrum* Ern. mavult *vestra.*—1 C H χ, Erf. Franc. Ms. Turnebi,

NOTÆ

q *Hoc ex loco*] Ex rostris scilicet, ubi tum agebat Cicero.

r *Indemnatorum*] Indemnati dicuntur qui publico judicio non sunt condemnati: eos autem hic indicat qui fuerant Marium secuti, quibus adimere bona nefas fuit, cum damnati non essent.

diceret vendere,[2] tamen ex hoc loco vendidit; nec, quorum oculos offendebat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est: decemviri vestra vectigalia non modo vobis[3] quidem arbitris,[d] sed ne præcone quidem publico teste vendent?[4]

Sequitur,[s] 'omnes agros extra Italiam' infinito ex tempore, non, ut antea, ab Sulla et Pompeio consulibus. Cognitio decemvirum,[t] privatus sit, an publicus: sicque agro pergrande vectigal imponitur.[5] 57. Hoc quantum judicium, quam intolerandum, quam regium sit, quem præterit?[e] posse, quibuscumque locis velint, nulla disceptatione,[f] nullo consilio, privata publicare, publica liberare?[g] Excipitur hoc capite ager in Sicilia[6] Recentoricus; quem ego excipi, et propter hominum necessitudinem,[7] [u] et propter æquitatem, Quirites, sæpe[8] vehementer gaudeo. Sed quæ hæc impudentia?[9] Qui agrum Recentoricum possident,

[d] *Judicibus.* [e] *Quis nescit?* [f] *Deliberatione facta.*
[g] *Redimere.*

Ven. 1480. Beck. et Orell. *abalienari.*—2 C H S χ omittunt verba *et se prædam suam dic. vendere.*—3 Vulg. *non modo ne vobis.* Ern. e conj. delevit *ne.*—4 In χ *vendente:* ψ *vendant.*—5 '*Cognitio . . . imponitur*] Credo P. Ramum acute vidisse, cum hic aliquid excidisse diceret; quanquam miratur Lauredanus.' *Ern.* 'Nimirum antea in verbis legis quædam omissa videntur, hoc autem loco subintell. 'erit.' Sensit jam Manut., non recitata esse omnia legis verba, quæ ipse ex orat. I. supplet.' *Beck.* Pro *sicque* Schutz. conjecit *huicque* legend. prob. Orell.—6 C S χ et Ven. 1483. omittunt præpositionem ante *Sicilia.* In Ven. 1480. et ed. Junt. legitur *ager Siciliæ Rec.*—7 χ *necessitatem.*—8 Schutz. e suspicione Turnebi delevit *sæpe,* pro quo Grut. mavult *ipse.* Lambinus e conjectura Lauredani recepit *sane,* probb. Manut. et Ernesto.—9 Quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. et 1483. *Sed quid hæc impud.*—

NOTÆ

[s] *Sequitur*] Aggreditur aliud legis caput, quod sic incipit, 'Omnes agros,' &c. Locus hic mutilatus est haud dubie, ac proinde obscurus, qui, ut intelligatur, repetenda sunt legis verba: *Qui agri, quæ loca, ædificia, aliudve quid extra Italiam, publicum pop. Rom. factum sit, L. Sulla et Pompeio consulibus, aut postea, vendunto:* id est, omnia loca et agros, qui jam antea et a longo tempore, aut a Sulla et Pompeio consulibus populo Rom. adjecti sunt, vendere poterunt decemviri.

[t] *Cognitio decemvirum, &c.*] Volebat Rullus, ut decemviri statuerent utrum agri vel publici essent vel privati; et secundum cognitionem suam vel vendere, vel grande vectigal imponere possent.

[u] *Hominum necessitudinem*] Necessitudinem habuit Cicero cum Siculis, apud quos quæstor fuit, et quorum in gratiam Verrem accusavit.

vetustate possessionis se, non jure,[10] misericordia senatus, non agri conditione defendunt. Nam illum agrum [x] publicum esse fatentur: se moveri[11] possessionibus, amicissimis sedibus ac Diis penatibus, negant oportere. At,[12] si est privatus ager Recentoricus, quid eum excipis? sin autem publicus; quæ est ista æquitas, ceteros,[13] etiamsi privati sint, permittere ut publici judicentur;[14] hunc excipere nominatim, qui publicus esse fateatur?[y 15] Ergo eorum ager excipitur, qui apud Rullum alia ratione valuerunt:[z] ceteri agri omnes, qui ubique sunt, sine ullo delectu,[16] sine populi Romani notione, sine judicio senatus, decemviris addicentur.[17] XXII. 58. Atque etiam est alia,[18] superiore capite, quo omnia veneunt, quæstuosa exceptio; quæ teget[h 19] eos agros, de quibus fœdere cautum est. Audivit,[20] hanc rem non a me, sed ab aliis agitari sæpe in senatu, nonnunquam ex hoc loco, possidere agros in ora maritima regem Hiempsalem,[a] quos P. Africanus populo Romano adjudicarit; et tamen[1] postea per C. Cottam consulem cautum esse fœdere. Hoc quia[2] vos fœdus non jusseritis,

[h] *Defendet.*

10 In C et χ deest *jure*, sed ita ut spatium trium circiter verborum relinquatur.—11 Nonnulliæ edd. vett. *sed moveri:* Pith. *sermoveri* (sic): Lamb. *sed se moveri.* Mox, pro *amicissimis* Lambinus de Manutii et Lauredani sententia recepit *antiquissimis*, prob. Ern.—12 Quinque Oxonn. Mss. *Ac.*—13 Lamb. aut legi vult *ceteri*, aut Ciceronem censet more comico, s. Græco potius esse locutum.—14 χ *videantur.*—15 Nonnulli, teste Lauredano, legi maluerunt *feratur;* Ramus autem, *quem qui possident, publicum esse fateantur.* Ern. conjecit *qui publicum esse se* (vel *publ. sese*) *fat.* 'Facillimum est, *quem publicum esse fatentur*, vel *fateantur*, ut edidit Weiske.' *Orell.*—16 Al. *dilectu.*—17 Franc. et Ms. Turnebi *adjicientur.* Post *addicentur* in H interrog. nota ponitur.

CAP. XXII. 18 χ *Atque etiam alia*, omisso *est.*—19 Mss. quidam, Ven. 1480. Manut. Lamb. 1566. *tegit*, ut Laured. legi jussit.—20 χ *Audiunt.*—1 Lamb. legi mavult *ei tamen*, non improb. Garaton.—2 Pro *quia* in H *quod:*

NOTÆ

[x] *Nam illum agrum*] Id est, qui hunc agrum possident, publicum illum esse fateantur, oportet.

[y] *Fateatur*] Aut passive ponitur hæc vox, quod antiquis familiare fuisse refert Priscianus; aut, ut supra, qui possident publicum esse fateantur, intelligatur.

[z] *Alia ratione valuerunt*] Data nempe aut promissa pecunia exceptus est ager, et publicus non esse dictus est.

[a] *Hiempsalem*] De eo dictum est superiori oratione § 11. not.

veretur Hiempsal, ut satis firmum sit et ratum. Quid? cujusmodi est illud? tollitur vestrum judicium: fœdus totum excipitur; comprobatur. Quod minuit[3] auctionem decemviralem, laudo: quod regi amico cavet,[4] non reprehendo: quod non gratis fit,[5] indico. 59. Volitat enim ante oculos istorum Jubæ[6] regis[b] filius, adolescens non minus bene nummatus, quam bene capillatus.[c]

Vix jam videtur locus esse, qui tantos acervos pecuniæ capiat. Auget, addit, accumulat. 'Aurum, argentum,[7][d] ex præda, ex manubiis, ex coronario,[e] ad quoscumque[8] pervenit, neque relatum est[f] in publicum, neque in monumento[9] consumtum,' id profiteri[i] apud decemviros, et ad eos referre jubet. [*p.* 78.] Hoc capite etiam quæstionem de clarissimis viris, qui populi Romani bella gesserunt, judiciumque de pecuniis repetundis,[10] ad decemviros translatum[g] videtis. Horum erit nullum[11] judicium, quantæ cujusque manubiæ fuerint, quid relatum, quid residuum[h] sit.[12] In posterum vero lex hæc imperatoribus vestris con-

[i] *Declarare.*

in S *qua.* Mox χ *vereretur.*—3 C *Quid min.*—4 C H S χ *caves.*—5 C H S et ed. Oxon. *gratis sit.* Pro *indico* Weiske conjecit *indicio est.*—6 Lamb. et Orell. e conjectura Lauredani dederunt *Juba.*—7 S *aur. et arg.*—8 χ et ψ *quodcunque.*—9 Franc. et Ms. Turnebi *in monumentum.*—10 Ven. 1480. *de prædiis repetundis*, prob. Garaton. qui tamen suspicatur legend. *de pecuniis residuis.* Tum in Pal. 2. desunt verba *ad decemv. transl. videtis.* Pro *videtis* in C H S χ legitur *videtur.*—11 Pro *nullum* Lamb. 1566. *solorum;* ed. 1472. et Lamb. 1584. *illud.* Lall. et Schutz. de sententia Lambini et Orell. ediderunt *Horum erit nullum jud.* omisso *nullum.* Vid. Nott. Varr.—12 ψ *resid.*

NOTÆ

[b] *Jubæ regis*] Juba rex fuit Numidiæ, Pompeianarum partium assertor constantissimus, qui Curionem, a Cæsare missum in Africam, cum omnibus copiis delevit.

[c] *Capillatus*] Mollitiem ejus notat.

[d] *Aurum, argentum*] Postremum caput de præda et manubiis imperatorum, quæ hac lege decemviris subjiciuntur.

[e] *Ex coronario*] Vide superiorem orationem, § 12. not.

[f] *Relatum est*] Rationes rerum in provincia gestarum in ærarium referebantur.

[g] *Translatum*] Hac lege a prætore et ejus consilio, ubi causæ de repetundis aguntur, transfertur judicium et quæstio ad decemviros.

[h] *Residuum*] Residuæ pecuniæ sunt, quæ ex publica pecunia supersunt, quas vel in usum publicum impendi, vel in ærarium referri oportebat.

stituitur, ut, quicumque de provincia[13] decesserit, apud eosdem decemviros, quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarii, profiteatur. 60. Hic tamen[14] vir optimus eum, quem amat,[i] excipit, Cn. Pompeium. Unde iste amor[15] tam improvisus ac tam repentinus? qui honore decemviratus excluditur prope nominatim;[k] cujus judicium, legumque datio,[l] captorum agrorum ipsius virtute cognitio, tollitur; cujus non in provinciam, sed in ipsa castra, decemviri cum imperio, infinita pecunia, maxima potestate, et judicio rerum omnium, mittuntur; cui jus imperatorium,[16 m] quod semper omnibus imperatoribus est conservatum, soli eripitur; is excipitur unus, ne manubias referre debeat.[17] Utrum tandem hoc capite[18] honos haberi homini, an invidia[n] quæri videtur? XXIII. 61. Remittit hoc Rullo Cn. Pompeius: beneficio isto legis, benignitate decemvirali nihil utitur. Nam si est æquum, prædas[19] ac manubias suas imperatores, non in monumenta Deorum immortalium, neque in urbis ornamenta conferre, sed ad decemviros, tanquam ad dominos, deportare;[20] nihil sibi appetit præcipue[1] Pompeius; nihil: vult se in communi, atque in eodem, quo ceteri, jure versari. Sin est iniquum, Quirites; si turpe, si intolerandum, hos decemviros, portitores[o] omnibus omnium pecuniis constitui, qui non modo

fuerit.—13 C H S χ omittunt verba *de provincia.*—14 In quinque Oxonn. Mss. *Hinc tamen.* Mox χ et ψ *excidit.*—15 Pro *amor* Lauredanus legi mavult *honor.*—16 In C et H *imperatorum.*—17 Pro *debeat,* Ms. Erf. exhibet *jubeat;* unde Grævius conjecit *jubeatur* legend. prob. Weiske.—18 Voces *hoc capite* non sunt in χ.

Cap. XXIII. 19 ψ *prædam.*—20 *Reportare* Mss. plerique et edd. ante Græv. qui e Ms. Franc. edidit *deportare;* et ita Ern. Lall. Beck. Weiske,

NOTÆ

[i] *Quem amat*] Ironia.

[k] *Prope nominatim*] Jubebat Rullus, cum longissime abesset Pompeius, detentus bello Mithridatico, eum præsentem profiteri.

[l] *Legumque datio*] Fas erat imperatori, cum victoriam retulerat, leges devictis a se populis imponere. Licet autem plurimas Pompeius retulisset, hæc ipsi potestas per Rullum adimebatur.

[m] *Jus imperatorium*] Dandi scilicet leges victis, judicandi, cognoscendi.

[n] *An invidia*] Invidiosum est, quod ille solus imperator excipiatur.

[o] *Portitores*] Portitores hi sunt qui

reges atque exterarum nationum homines, sed etiam imperatores nostros excutiant; non mihi videntur honoris causa excipere Pompeium, sed metuere, ne ille eandem contumeliam, quam ceteri, ferre non possit. 62. Pompeius autem[2] cum hoc animo sit, ut, quicquid vobis placeat, sibi ferendum putet; quod[3] vos ferre non poteritis, id profecto perficiat,[4] ne diutius inviti ferre cogamini. Verumtamen cavet,[5] ut, 'si qua pecunia post nos consules ex novis vectigalibus recipiatur,[6] ea decemviri utantur.' Nova porro vectigalia videt ea fore, quæ Pompeius adjunxerit. Ita remissis manubiis,[p] vectigalibus ejus virtute partis se frui putat oportere. Parta sit pecunia, Quirites, decemviris tanta,[7] quanta sit in terris; nihil prætermissum; sed omnes[8] urbes, agri, regna denique, postremo etiam vectigalia vestra venierint; accesserint in cumulum manubiæ vestrorum imperatorum; quantæ et quam immanes divitiæ decemviris in tantis auctionibus, tot judiciis, tam infinita potestate rerum omnium, quærantur, videtis.

XXIV. 63. Cognoscite nunc alios immensos atque intolerabiles quæstus, ut intelligatis, ad certorum[9] hominum importunam avaritiam hoc populare legis agrariæ nomen esse quæsitum. Hac pecunia jubet agros emi, quo deducamini. Non consuevi homines appellare[q] asperius, Quirites, nisi lacessitus. Vellem[10] fieri posset, ut a me sine

Schutz. et Orell.—1 'Fortasse *præcipui.*' Orell.—2 Pro *autem* in C S χ legitur *aut.* Lamb. censebat *enim* legend. Dein *cum* e conjectura Manutii addiderunt Lauredanus, Ernestus, Beckius, Weiske, Schutzius, et Orellius. Edd. aliæ et Mss. omittunt. Mox, pro *sit* Garaton. legi voluit *est.*—3 Lamb. *tum quod.*—4 Ven. 1480. Junt. Laured. in Comment. cum Lamb. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *perficiet.*—5 Franc. et Ms. Turnebi *Verum cavet,* omisso *tamen.*—6 Lamb. *reficiatur.*—7 In Franc. et Mss. Turnebi deest *tanta.* Tum Lamb. legit *quanta est.*—8 Manut. et Lamb. e conjectura Lauredani, atque Lallemandus e Mss. Pariss. cum Beck. Schutz. et Orell. *prætermissum sit: omnes.*

CAP. XXIV. 9 χ *ceterorum.*—10 *Velim* Mss. et edd. ante Ern. qui e conjec-

NOTÆ

portubus conductis vectigalia exigunt, et prætereuntes excutiunt, ne qui, mercede non persoluta, transeant.

p *Remissis manubiis*] Manubias referre nolet Pompeius ad decemviros.

q *Homines appellare*] Antonium suum in consulatu collegam indicat, qui huic legi favere videbatur.

contumelia nominarentur ii, qui se decemviros sperant futuros: jam videretis, quibus hominibus omnium rerum et vendendarum et emendarum potestatem permitteretis. 64. Sed, quod ego nondum statuo mihi esse dicendum, vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare. Unum hoc certe videor mihi verissime posse dicere: tum, cum haberet hæc respublica Luscinos,[r] Calatinos,[s] Acidinos,[t] homines non solum honoribus populi rebusque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornatos; [*p.* 79.] et tum, cum erant Catones,[u] Philippi,[11] [x] Lælii,[y] quorum sapientiam temperantiamque in publicis privatisque, forensibus[12] domesticisque rebus perspexeratis; tamen hujuscemodi res commissa[13] nemini est, ut idem judicaret et venderet, et hoc faceret per quinquennium toto in[14] orbe terrarum, idemque agros vectigales populi Romani abalienaret, et cum summam[15] tantæ pecuniæ, nullo teste, sibi ipse ex sua voluntate fecisset; tum denique emeret, a quibus vellet, quod videretur. 65. Committite vos[16] nunc, Quirites, his hominibus hæc omnia, quos odorari[z] hunc decemviratum suspi-

tura, cum Beck. Weiske, Schutz. et Orell. edidit *Vellem*.—11 E Sigonii conjectura *Phili* dederunt Laured. Lamb. Beck. Schutz. et Orell.—12 Ven. 1480. Junt. Schutz. *in forens.* prob. Garaton.—13 Laured. conjecit *permissa*. —14 χ non habet præpositionem ante *orbe terrarum*. Mox, pro *vectigales* in eodem legitur *vectigalibus*.—15 C et χ *summa*.—16 Pro *vos* Weiske suspica-

NOTÆ

[r] *Luscinos*] Intelligit C. Fabricium Luscinum, qui consul de Etruscis et Gallis primum triumphavit; deinde de Lucanis, Bruttiis, Tarentinis, et Samnitibus: is tam tenui censu fuit, ut ejus filiæ, ob paupertatem, de publico dotibus ornatæ sint. Is opes Pyrrhi et aurum contemsit.

[s] *Calatinos*] L. Attilius Calatinus, recepta Sicilia, prætor, de Pœnis triumphavit. Is Serranus dictus est, quod accersitus a senatu ad dictaturam suscipiendam, semen spargens inventus est.

[t] *Acidinos*] Acidinus Manliorum cognomen est: eum autem intelligit, qui citeriore in Hispania, re bene gesta, ovans in urbem ingressus est.

[u] *Catones*] Lege Catonem censorium, qui orator, senator, imperator, censor, et arator fuit: de cujus frugalitate vide Plutarchum in ejus vita.

[x] *Philippi*] Q. Martii Philippi inter clarissimos Romanos floruere.

[y] *Lælii*] Eum Lælium nominat, qui de amicitia loquitur apud Ciceronem, qui ab agraria promulgatione destitit.

[z] *Odorari*] Id est, quærere; metaphora sumta a canibus venaticis.

camini;[17] reperietis, partem esse eorum, quibus ad habendum,[a] partem, quibus ad consumendum,[b] nihil satis esse videatur. XXV. Hic ego jam illud, quod expeditissimum[18] sit, ne disputo quidem, Quirites, non esse hanc vobis[19] a majoribus relictam consuetudinem, ut emantur agri a privatis, quo plebs[20] publice deducatur; omnibus legibus agris publicis[1] privatos esse deductos; hujuscemodi me aliquid ab hoc horrido[c] ac truce tribuno plebis expectasse: hanc vero emendi et vendendi quæstuosissimam ac turpissimam mercaturam, alienam actione tribunicia, alienam dignitate populi Romani semper putavi. 66. Libet[2] agros emi? Primum quæro, quos agros? et quibus in locis? nolo suspensam et incertam plebem Romanam obscura spe et cæca expectatione pendere.[k] Albanus[d] ager est, Setinus,[3] Privernas, Fundanus, Vescinus, Falernus, Linternus,[4] Cumanus, Casinas. Audio. Ab alia porta,[e]

[k] *Teneri.*

batur *vero* legend.—17 In C H S χ *suspicabamini.*

Cap. XXV. 18 Ven. 1480. *expertissimum.*—19 ψ, Ven. 1480. et Lamb. *nobis*, probb. Laured. et Garaton. Verba *a majoribus* in C H S χ desunt.—20 C S, Franc. Erf. Pith. Ven. 1480. 1483. Beck. et Schutz. *plebes.* Pro *publice*, quod ab Erf. et Ven. 1480. abest, S et χ habent *publico.* Tum *deducantur* χ, Erf. Ven. 1480. *deducuntur* Pith.—1 Lamb. conjecit *de* vel *ex agris publ.* unde Schutz. recepit *ex agris publ.* Ern. legi jussit *agros publicos.* Mox, edd. nonnullæ *diductos.*—2 Margo Crat. *Jubet.* Mox, post *emi* aliæ edd. non interrogandi notam, sed punctum ponunt.—3 *Setimus* C: *Settimius* S: *Settimus* χ. Mox C *Privernus.* Tum C H S χ *Fundanius.* Porro *Vestinus* edd. ante Grut. præter Wald. Ceteri *Vescinus.*—4 Quinque Oxonn. Mss. *Liternus.*

Pro *Casinas* C H, et Ven. 1480. habent *Ancasianus;* S *Ancasianus;* χ ψ et Erf. *Ancasianas*, unde Græv. conjecit legendum *ac Casinas.* Sed Camillus Peregri-

NOTÆ

[a] *Ad habendum*] M. Crassum indicat, qui avarus fuit, idque maxime.

[b] *Ad consumendum*] De L. Lucullo, cujus summi sumtus erant in vita domestica; vel forte de Julio Cæsare, qui multas pecunias profundebat.

[c] *Ab hoc horrido*] Rullum intelligit, quem talem jam descripsit.

[d] *Albanus*] Albanus ager est ad portam Capenam, quæ et Triumphalis dicebatur, quia per eam ingrediebantur triumphantes, et per quam etiam in Viam Appiam itur. Albanus autem ager, Setinus, et Privernas in Latio sunt. Fundanus vero, Vescinus, Falernus, Linternus, Casinas, Cumanus, in Campania.

[e] *Ab alia porta*] Opposita est Capenæ portæ Collina, quæ in colle Quirinali sita est.

Capenas, Faliscus,[f] Sabinus,[5] Reatinus,[g] Venafranus, Alifanus,[h] Trebulanus.[i] Habes tantam pecuniam, qua hosce omnes agros, et ceteros horum similes non modo emere,[6] verum etiam coacervare[k] possis: cur eos non definis, neque nominas, ut saltem deliberare plebs Romana possit,[7] quid intersit sua, quid expediat, quantum tibi in emendis et in vendendis rebus committendum putet? Definio, inquit, Italiam.[l] Satis certa regio. Etenim quantulum interest, utrum[8] in Massici radices,[m] an in Italiam[9] aliove deducamini? 67. Age, non definis locum.[10] Quid? naturam agri? Vero, inquit, 'qui arari aut coli possit.' Qui possit arari, inquit, aut coli; non qui aratus aut cultus sit. Utrum hæc lex est, an tabula Neratianæ[11] auctionis?[n] in

nus in Campania Felice p. 393. requiri monet *Casilinas*, ut jam edidit Schutz. Lauredanus scribi vult *Cassinas*, quod ita sit in Philipp. II. et in Inscriptt., non assentiente Cluverio. Mox Camillus Peregrinus l. l. p.393. legit *Ab alia parte*. In Ven. 1480. legitur *ab illo portu*.—5 Post *Sabinus* S χ ψ et edd. ante Lamb. addunt *ager*. Dein C et S *Veneramus*: H et χ *Veneranius*: ψ *Veneranus*. Porro *Allifanus* edd. pleræque; et *Trebullanus* C S.—6 Lamb. solus *coëmere*.—7 χ *posset*.—8 Pro *utrum* C habet *ut*. Tum χ *in Mussia radices*.—9 Pro *Ituliam* Ant. Augustinus conjecit *Liguriam*; Sigonius *Apuliam*, quod, probatum Manutio, Lauredano, et Grutero, receperunt Lamb. et Schutz. Verba *an in Italiam* Ern. deleri jubet. Vid. Nott. Varr.—10 *Age definis locum* Ven. 1483. *Age vero definis locum* Crat. Laured. Lamb. Grut. Verburg. Oliv. Lall. Dein *Quidnam? agri vero inquit* C H S χ, edd. Rom. Brix. Ven. 1483. *Quidnam agri vero inquit* Junt. Crat. Laured. *Quid natura? vero inquit* ψ, Pal. 1. *Quid natura agri? vero inquit* Wald. 1480. *Quidnam agri? Agri vero inquit* Lamb. In edd. Vict. et C. Steph. ita legitur, *Age vero definis locum. Quid nam agri vero, inquit, qui arari aut coli possit? qui poss. ar. inq. aut coli, non qui aratus:* P. Manut. *Age vero definis locum: quid num agri? Vero, inq. qui arari aut coli possit. Qui poss. ar. inq. aut coli, non qui ar. aut cultus sit:* Grut. *Age vero def. locum. Quid naturam agri? Vero inq. qui ar. aut coli possit. Inquit, qui arari aut coli possit. Qui poss. ar. inq. aut coli, non q. ar. a. cult. sit.* Pith. *Age vero def. locum. Quid nutam vero, inquit, qui ar. aut coli possit? Qui possit ar. inq. aut coli, non qui ar. aut coli sit:* Franc. Mss. *Age non definis locum? quid nam? Agri vero, inquit, qui arari aut coli possit; qui poss. ar. inq. aut coli, non qui ar. aut coli sit:* Pal. 2. *Age: non def. locum. Quid naturam agri? Vero, inq. &c.* C H S χ omittunt verba *Qui possit arari, inquit, aut coli*.—11 Franc. Ms.

NOTÆ

[f] *Capenas, Faliscus*] In Etruria.

[g] *Reatinus*] In Sabinis.

[h] *Venafranus, Alifanus*] In Samnio.

[i] *Trebulanus*] In Sabinis.

[k] *Coacervare*] Id est, eos simul velut in acervum continuatos adjungere.

[l] *Definio Italiam*] Quia lex in Italia jubebat eos agros emi, in quos plebs deduceretur.

[m] *Massici radices*] Massicus mons est in Campania, vini generositate insignis.

[n] *Neratianæ* [*Veratianæ*] *auctionis*]

qua scriptum fuisse aiunt, 'Jugera CC, in quibus olivetum fieri potest: jugera CCC, ubi institui vineæ possunt.'[12] Hoc tu emes ista innumerabili pecunia, quod arari aut coli possit? Quod solum tam exile et macrum[13] est, quod aratro perstringi[l] non possit? aut quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?[14] Idcirco, inquit, agros nominare non possum, quia tangam nullum ab invito. Hoc quoque multo est quæstuosius, quam si ab invito sumeret. Inibitur[15] enim ratio quæstus de vestra pecunia; et tum denique ager emetur, cum idem expedierit[16] emtori et venditori.

XXVI. 68. Sed videte vim legis agrariæ. Ne ii quidem, qui agros[17] publicos possident, decedent de possessione, nisi erunt deducti optima conditione et pecunia maxima.[18] Conversa ratio. Antea, cum erat a tribuno plebis mentio legis agrariæ facta, continuo qui agros publicos, aut qui possessiones[19] invidiosas tenebant, pertimescebant.[20] Hæc lex eos homines fortunis locupletat,[1] invidia liberat. Quam multos enim, Quirites, existimatis esse, qui latitudinem possessionum tueri, qui invidiam Sullanorum[o] agrorum ferre non possint? qui vendere cupiant, emtorem non reperiant? perdere jam denique illos agros ratione aliqua velint? Qui

[l] *Exerceri.*

Turnebi, Mss. Pariss. cum Lall. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *Neratianæ.* Ceteri *Veratianæ.* Vid. Nott. Varr.—12 ψ *possint.*—13 Idem Ms. *exile aut macrum.* Mox C *perfringi non possit.*—14 C H S *elaboretur.* Mox in χ deest *inquit.*—15 *Inietur* Pal. 1. Franç. et Mss. Pariss. Ven. 1483. Junt. Crat. Græv. *Inhibetur* Erf. Pith. et Pal. 2. *Inhibetur* C, sed in marg. 'al. *inietur.*' S *Inhietur:* χ *Initietur:* ed. Vict. *Iniretur:* Lamb. 1566. e conjectura *Invenietur.*—16 C H S ψ *expediret.*

CAP. XXVI. 17 *Agros* ante *publicos* in edd. Verburg. Oliv. Lall. deest.—18 '*Opt. cond. et pec. max.*] Notavit Pithœus in ima pag. duo aut tria vocabb. erasa esse, viderique aliquid deesse. Et sane abrupti aliquid habet oratio.' *Orell.* In marg. ed. Verburgii legitur, 'Videtur aliquid deesse.'—19 C *at qui poss.*—20 C S χ ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. *expertimescebant.*—1 C

NOTÆ

Nihil video de hac tabula constare. Solus Frigeius conjicit Veratium vel præconem fuisse, qui publice sub hasta vendebat; aut civem aliquem, cujus bona vendebantur.

[o] *Sullanorum*] Sulla multos agros inimicis ademit, et largitus est militibus suis, aut proscripsit, et vendidit.

paulo ante, diem noctemque,[2] tribunicium nomen horrebant,[p] vestram vim metuebant, mentionem legis agrariæ pertimescebant; ii[3] nunc etiam ultro rogabuntur atque orabuntur, ut agros partim publicos, partim plenos invidiæ, plenos periculi, quanti ipsi velint, decemviris tradant. [*p.* 80.] Atque hoc carmen hic tribunus plebis non vobis, sed sibi intus canit.[q] 69. Habet socerum,[r] virum optimum, qui tantum agri in illis reipublicæ tenebris[s] occupavit, quantum concupivit. Huic[4] subvenire vult succumbenti jam, oppresso,[5] Sullanis oneribus[t] gravi, sua lege, ut liceat illi invidiam deponere, pecuniam condere. Et vos non dubitatis, quin vectigalia vestra vendatis,[6] plurimo majorum vestrorum sanguine et sudore quæsita, ut Sullanos possessores divitiis augeatis, periculo[u] liberetis? 70. Nam ad hanc emtionem decemviralem duo genera agrorum spectant, Quirites. Eorum unum, propter invidiam, domini fugiunt; alterum propter vastitatem. Sullanus ager, a certis hominibus latissime continuatus,[7] tantam habet invidiam, ut veri ac fortis tribuni plebis stridorem[x] unum per-

et S *locuplectat.*—2 Lamb. solus *dies noctesque.*—3 Pro *ii* in C H S χ legitur *nunc.*—4 C H S χ *Hic.* Mox Laured. in Comment. *vultis.*—5 Pro *oppresso* C H S χ habent *expresso* : ψ *ex oppresso.* In ed. Ven. 1480. Junt. legitur *jam et oppresso,* prob. Garaton. Lambinus dedit *jam, atque oppresso Sull. on. gravibus.* 'An *oppresso* gloss. est v. *gravi,* ita ut fuerit, *jam, et Sullanis oneribus gravi?*' Orell.—6 Pal. 2. *Et vos dub. qui vect. vestra vend.* Lamb. *Et vos dub., quin vect. vestra non vend.* Puteanus conjecit legend. *Et vos num dub., &c.*

NOTÆ

[p] *Horrebant*] Propter metum agrariæ legis, multi tribuniciam potestatem formidabant.

[q] *Sibi intus canit*] Allegoria a citharœdis, qui canere sibi intus dicuntur, cum tam molliter chordas tangunt, ut a semetipsis tantum, vel sibi proximis audiantur. Hinc proverbium in furaces, et in eos qui suis commodis student, dimanavit.

[r] *Socerum*] Valgius Rulli socer vocabatur: 'optimum' autem eum ironice vocat.

[s] *Tenebris*] Tenebras metaphorice appellat Sullana tempora, quibus oppressa videlicet respublica bellis civilibus fuit.

[t] *Sullanis oneribus*] In invidiam Valgium adducit, qui post Sullæ victoriam, multitudinem agrorum sibi comparavit.

[u] *Periculo*] Ex invidia magnum periculum iis imminebat, qui vel agros proscriptorum a Sulla emerant, vel eos ab ipso gratis acceperant.

[x] *Stridorem*] Stridor proprie dicitur de sono rudentum, ferri, &c. hic autem ponitur pro oratiuncula mag-

ferre non possit.[8] Hic ager omnis, quoquo pretio coëmtus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.[m] Alterum genus agrorum, propter sterilitatem incultum, propter pestilentiam vastum atque desertum, emetur ab iis, qui eos vident sibi esse, si non vendiderint,[9] relinquendos. Et nimirum istud[10] est, quod ab hoc tribuno plebis dictum est in senatu: urbanam plebem[y] nimium in republica posse;[11] 'exhauriendam esse:' hoc enim verbo[12] est usus; quasi de aliqua sentina,[13 z] ac non de optimorum civium genere loqueretur. XXVII. 71. Vos vero, Quirites, si me audire vultis, retinete[14] istam possessionem gratiæ,[a] libertatis, suffragiorum,[b] dignitatis, urbis, fori, ludorum, festorum dierum,[15] ceterorum omnium commodorum; nisi forte mavultis, relictis his rebus, atque hac luce reipublicæ,[16] in Sipontina siccitate,[c] aut in Salapinorum[d] pestilentiæ finibus, Rullo duce, collocari. At dicat,[17] quos agros emturus sit: ostendat, et quid, et quibus daturus sit.[18] Ut vero, cum omnes urbes, agros, vectigalia, regna vendiderit, tum arenam aliquam, aut paludes emat; id vos potestis, quæso, con-

[m] *Æstimabitur.*

Mox H *maj. vestrum.*—7 ψ *continuatur.*—8 Quinque Oxonn. Mss. *posset.*—9 χ *vendiderunt.*—10 Pro *istud* in quinque Oxonn. Mss. *idem.*—11 *Perposse* C S: *pposse* ψ, qui pro *exhauriendam* habet *et hauriendam.*—12 Ab quinque Oxonn. Mss. abest *verbo.*—13 In χ et ψ *sententia.*

Cap. XXVII. 14 χ *retinere.*—15 C H S χ omittunt *dierum.*—16 Pro *reipublicæ* in C et H *populi R.* in S *p. r.* Dein *in Sepontina sicc.* H S ψ. Paulo post, *Salpinorum* quinque Oxonn. Mss. et nonnullæ edd. vett.—17 *Ac dicat* Veu. 1480. *Aut dicat* Lall. e conjectura Turnebi.—18 Quinque Oxonn. Mss.

NOTÆ

na voce habita.

[y] *Urbanam plebem*] Rullus dixerat urbanam plebem potentiorem esse in republica, adeoque deducendam esse in colonias.

[z] *Aliqua sentina*] Sentina navis pars est infima, in quam omnes aquæ defluunt, et corruptæ fœtent: itaque per sentinam, fæcem civium omnium improborum intelligit.

[a] *Possessionem gratiæ*] Hortatur populum ut illam gratiæ possessionem conservet, quam ab iis inire solet, de quibus fert suffragium, cum magistratus petunt.

[b] *Suffragiorum*] Penes populum jus omne suffragiorum erat.

[c] *Sipontina siccitate*] Sipontum colonia et urbs est Apuliæ Dauniæ, in ora maritima ad Gargani montis radices, cujus territorium sterile admodum est.

[d] *Salapinorum*] Salapina est urbs Apuliæ Dauniæ, ubi Hannibal, post Cannensem pugnam, amoribus impuris fractus est.

cedere? Quanquam illud est egregium, quod hac lege ante omnia veneunt,[19] ante pecuniæ coguntur et coacervantur, quam gleba una ematur. Deinde emi jubet: ab invito vetat. 72. Quæro, si, qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia[20] fiet? Referre in ærarium lex vetat: exigi prohibet. Igitur pecuniam omnem decemviri tenebunt; vobis ager non emetur. Vectigalibus abalienatis, sociis vexatis, regibus atque omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebunt, vos agros non habebitis. Facile, inquit, adducentur[1] pecuniæ magnitudine, ut velint vendere. Ergo ea lex est, qua nostra vendamus, quanti possimus;[2] aliena emamus, quanti possessores velint. 73. Atque in hos agros, qui hac lege emti sint,[3] colonias ab iis decemviris deduci jubet?

Quid? omnisne ejusmodi locus est, ut nihil intersit reipublicæ, colonia deducatur in eum locum, necne? An est locus, qui coloniam postulet? est plane: rectius,[4] et * Quo in genere, sicutin ceteris reipublicæ partibus, est operæ pretium diligentiam majorum recordari; qui colonias sic in locis contra suspicionem periculi collocarunt,[5] ut esse non oppida Italiæ, sed propugnacula imperii[6] viderentur. Hi deducent colonias in eos agros, quos emerint. 74. Etiamne si reipublicæ non expediat? 'Et in quæ loca præterea videbitur.'[7] Quid igitur est causæ, quin coloniam in Janiculum[e] possint deducere, et suum præsidium in

et quid dat. sit, sine *et quibus.*—19 Franc. et Mss. ap. Turneb. *venierunt:* Ven. 1480. *venerunt.*—20 *Quid pecuniæ* Erf. Ms. Turnebi, quinque Oxonn. et Pariss. Mss. atque Ven. 1480. 1483. Mediol. 1498. Junt. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. Vid. Nott. Varr. Mox *Etenim referre* Mss. Lauredani, prob. Garaton. *Et referre* Mss. plerique et edd. vett. Paulo post, *et exigi* Turneb. legi jubet.—1 Quinque Oxonn. Mss. *adducuntur.*—2 Junt. Manut. Laured. *possumus.*—3 C H S χ ψ *emti sunt.*—4 χ *plane rectus:* ψ *plane rectius.* In Erf. et Ms. Turnebi legitur *est plane rectius, et quo* ... Grævius, e Ms. Franc. edidit *est plane rectius* * *Quo in gen.* Lauredanus conjecit, *An est locus, qui coloniam postulet, est, qui plane recuset? quo in gen.* sic etiam Lall. et Schutz. ediderunt. Alii ap. Turnebum legunt *an plane recusent?* sive *recuset?* Lambinus dedit *est et qui plane recuset.* Vid. Nott. Varr.—5 χ *collocarint.*—6 Post *imperii* C H S χ addunt *esse.*—7 Post *videbitur* S ψ et edd.

NOTÆ

[e] *In Janiculum*] Janiculum unus e septem montibus est, qui, quia urbi

capite atque cervicibus[8] vestris collocare? Tu non definias, quot colonias,[9] in quæ loca, quo numero colonorum deduci velis? tu occupes locum, quem idoneum ad vim tuam judicaris?[10] compleas numero? confirmes præsidio, quo velis? [*p.* 81.] populi Romani vectigalibus atque omnibus copiis ipsum populum Romanum coërceas? opprimas? redigas[11] in istam decemviralem ditionem ac potestatem? XXVIII. 75. Ut vero totam Italiam suis præsidiis obsidere atque occupare cogitet,[12] quæso, Quirites, cognoscite.[13] Permittit decemviris, ut in omnia municipia, in omnes colonias totius Italiæ colonos deducant, quos velint: iisque colonis agrum dari jubet. Num obscure majores opes, quam libertas vestra pati potest, et majora præsidia quæruntur? num obscure regnum constituitur? num obscure libertas vestra tollitur? Nam, cum iidem omnem pecuniam, maximam multitudinem, id est, totam Italiam, suis opibus obsidebunt;[14] iidem vestram libertatem suis præsidiis et coloniis interclusam tenebunt; quæ spes tandem, quæ facultas recuperandæ vestræ libertatis relinquetur?

76. At enim ager Campanus hac lege dividetur, orbis[15] terræ pulcherrimus: et Capuam[f] colonia deducetur, urbem

nonnullæ interrog, signum ponunt.—8 Lamb. *atque in cerv.* Tum alii *nostris.* Ante *collocare* χ addit *posse;* et edd. ante Lamb. *possint.*—9 *Quo colonias* Mss. et edd. præter Grut. Ern. Oliv. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. qui e conjectura Lauredani receperunt *quot col.*, ut est in C.—10 Mss. quidam *ad vim tuam etiam jud.* Lauredanus legi mavult *ad violentiam jud.*—11 Quinque Oxonn. Mss. *reducas.* Mox pro *istam* Ms. ap. Græv. *illam,* et pro *ditionem* in C et S *conditionem.*

CAP. XXVIII. 12 Pith. Franc. Erf. Ven. 1480. Junt. *cogitent,* prob. Græ-
id
vio.—13 χ *ignoscite:* C *cognoscite.*—14 '*Pecuniam ... obsidebunt*] Laured. hæc mendose legi existimat, cum non pateat quid sit *pecuniam* et *multitudinem obsidere.* Et Ern. quoque conjicit aliquid post *pecuniam* excidisse, cui vocabulo non conveniant verba *suis opibus obsid.* Laured. igitur scribi mavult, *Cum iidem omn. pec. max. mult. obtinebunt, id est, &c.* Lambinus autem ex ingenio ita correxit, *cum iidem omn. pec., max. mult. obtinebunt, iidem tot.*' Beck. Pro

NOTÆ

imminebat, inter ejus muros conclusus est, ne quando arx hostium esset.

[f] *Et Capuam*] Capua urbs totius Campaniæ nobilissima, quam Vulturnus amnis interfluit, et quam Virgilius

amplissimam atque ornatissimam. Atqui[16] quid ad hæc possumus dicere?[n] De commodo vestro prius dicam, Quirites: deinde ad amplitudinem et dignitatem revertar; ut, si quis agri aut oppidi bonitate delectetur,[17] ne quid expectet; si quem rei dignitas[18] commovet, ut huic simulatæ largitioni resistat. Ac primum[19] de oppido dicam, si quis est forte, quem Capua magis, quam Roma delectat.[20] Quinque millia colonorum Capuam scribi jubet: ad hunc numerum quingenos[1] sibi singuli[g] sument. 77. Quæso, nolite vosmetipsos[2] consolari:[h] vere et diligenter considerate: num vobis,[3] aut vestri similibus, integris,[o] quietis, otiosis hominibus,[4] in hoc numero locum fore putatis? Si est omnibus vobis, aut[5] majori vestrum parti; quanquam me vester honos vigilare dies atque noctes, et intentis[6] oculis omnes reipublicæ partes intueri jubet; tamen paulisper, si ita commodum vestrum feret, connivebo.[p] [7] Sed si quinque hominum millibus, ad vim, facinus, cædem-

[n] *Respondere.* [o] *Probis.* [p] *Paliar.*

opibus in χ *operibus.*—15 S χ ψ *orbe terræ:* H *in orbe terræ.*—16 Ernest. *Atqui* deleri jubet. In H, Franc. et Ms. Turnebi *Atque.* Grævius mavult *At quid.* Tum ψ *ad hoc poss. dic.*—17 Lamb. solus *delectatur.* Mox *expetat* C H S: *expectat* χ.—18 Franc. Ms. Turnebi, Ven. 1480. Junt. *rei indignitas.* Orell. conjecit *rei publicæ dignitas.*—19 In ψ *At primum.*—20 Weiske conjecit *delectet.*—1 *Quingentos* Crat. Laured. *quinquagenos* C H S χ, Pith. Franc. Ms. Turnebi, Pall. et edd. ante Lamb. qui e conjectura Lauredani cum edd. seqq. edidit *quingenos.*—2 Schutz. e conjectura Ernesti *vosmet ipsi.*—3 In ψ deest *vobis.* Mox *vestris* quinque Oxonn. Mss.—4 Pro *hominibus* in χ *omnibus.* Ante *in hoc num.* C H χ ψ addunt *ut.*—5 Quinque Oxonn. Mss. omittunt *aut* ante *majori.* Mox pro *quanquam* C H S χ addunt *quam.*—6 *Intuitis* C H S: *in tuitis* χ: *intuytis* ψ.—7 Quinque Oxonn. Mss. *fert, commovebo.*—

NOTÆ

a Capi, Æneæ commilitone, qui eam condidit, dictam esse ait Georg. II. cui Suetonius in Julio Cæsare consentit.

g *Quingenos sibi singuli*] Ad hunc numerum tantum conficiendum, ad arbitrium suum decemviri, lege permittente, deligent singuli quingenos, ut quinque colonorum millia sint, quos sibi, ob collatum beneficium, addictos habebunt: deinde, quos in agrum Campanum deduci lex jubet, eorum nomine agrum ipsi tenebunt, et eo fruentur.

h *Consolari*] Non est quod spe illius agri consolationem accipiant, cum inde maximum periculum imminent reipub. ut aggreditur jam ostendere.

que delectis,[8] locus atque urbs, quæ bellum facere atque instruere[9] possit, quæritur; tamenne patiemini, vestro nomine contra vos[10] firmari opes? armari præsidia? urbes, agros, copias comparari? 78. Nam agrum quidem Campanum, quem vobis ostentant, ipsi concupiverunt: deducent suos, quorum nomine ipsi teneant et fruantur: coëment præterea:[11] ista dena jugera continuabunt.[i] Nam, si dicent per legem id non licere; ne per Corneliam[k] quidem licet. At videmus (ut longinqua mittamus[12]) agrum Prænestinum[l] a paucis possideri; neque istorum pecuniis quicquam aliud deesse video, nisi ejusmodi fundos, quorum subsidio familiarum magnitudines, et Cumanorum[m] ac Puteolanorum prædiorum[13] sumtus sustentare possint. Quodsi vestrum commodum[14] spectat; veniat, et coram mecum de agri Campani divisione disputet. XXIX. 79. Quæsivi ex eo Kalendis Jan. quibus hominibus et quemadmodum illum agrum esset distributurus. Respondit, a Romilia[15] tribu[n] se initium esse facturum. Primum, quæ est ista superbia et contumelia, ut populi pars[16] amputetur, ordo tribuum negligatur? ante[17] rusticis detur ager, qui habent,[18] quam urbanis,[o] quibus ista agri spes et jucunditas

8 *Deductus* C: *delectus* χ.—9 H *instituere.* Tum χ *possit: queritur.*—10 Pal. 1. *contra nos,* non improb. Grutero.—11 ψ *fruantur quo emant. Præterea.* Turnebus observat quosdam legere *præterea dena jugera;* et in Varr. Lectt. ed. Græv. monetur alios distinguere, *coëmant, præterea ista dena jug.* Pro *coëment* in C H S χ, Pith. Franc. et aliis Mss. edd. Ven. 1480. 1483. Naug. Hervag. *coëmant,* commate post *præterea* posito. Mox ψ *continebunt.*—12 ψ *ut long. mutamus.* Mox ψ *Penestrinum.*—13 H S χ ψ *præsidiorum.*—14 H *nostrum comm.* et quinque Oxonn. Mss. *expectat.*

CAP. XXIX. 15 H et Ms. Turnebi *Romulia.* Mox ψ *esse futurum.*—16 ψ *et pop. pars.*—17 Pro *ante* in C legitur *aut;* in χ *an.*—18 Pro *qui habent* Erf.

NOTÆ

[i] *Continuabunt*] Jugeribus decem ex lege concessis addent alia, quæ ab eis ementur.

[k] *Corneliam*] Quæ lata est a Sulla.

[l] *Agrum Prænestinum*] Prænestinus ager in Latio fuit, quo Sulla coloniam misit.

[m] *Cumanorum*] Cumæ civitas Campaniæ ad mare, juxta Puteolos, a Cumæis, Asiæ populis, condita.

[n] *A Romilia tribu*] Romilia, una ex 35. tribubus, a Romulo instituta ex Veientibus et Sabinis.

[o] *Urbanis*] Urbanæ tribus non habebant agros.

ostenditur? aut, si hoc ab se dictum negat, et satisfacere omnibus vobis cogitat; proferat: in jugera dena describat:[p] a Suburana[q] usque[19] ad Arniensem nomina vestra proponat. [*p.* 82.] Si non modo dena jugera dari vobis, sed ne constipari[q 20] quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis; tamenne vexari rempublicam, contemni majestatem populi Romani, deludi[r] vosmetipsos diutius a tribuno plebis patiemini? 80. Quodsi posset ager iste ad vos pervenire; nonne eum tamen in patrimonio vestro remanere malletis?[1] unumne fundum pulcherrimum populi Romani, caput vestræ pecuniæ, pacis ornamentum, subsidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum,[2] solatium annonæ, disperire patiemini? An obliti estis, Italico bello,[s] amissis ceteris vectigalibus, quantos[3] agri Campani fructibus exercitus alueritis? An ignoratis, cetera illa magnifica populi Romani vectigalia,[t] perlevi[4] sæpe momento fortunæ, incli-

[q] *Coacervari.*

habet *qui emetur*, prob. Grævio. Tum in C S χ ψ *quanquam urbanis.*—19 ' *Proferat... a Suburana usque*] Magna est in h. l. codd. varietas. In C et H *proferat in jugera dena: describat abusura. Nam usque.* Pro *dena* S *domina;* pro *describat* χ *scribat.* Tum S *abusura. Nam usq.;* sed χ ψ *ab usura. Nam usq.;* atque *ab usura nam usq.* Græv. e Franc. affert; Laured. autem dicit omnes antiqq., quos viderit, libros ita exhibere; et Gruter. hæc notavit, ' Omnes Pall. item nostri et vett. edd. *ab usura nam ad usque.*' Postea editum est *ab Otriculana usque.* Id primi emendarunt in Italia Manutius, in Gallia Turnebus (Advers. xxx. 17.); et Lamb. ostenderat, scribendum fuisse *Ocriculana,* sed *Suburana* ipse cum aliis præfert.' *Beck. Otriculana* habent Junt. Crat. Laured. Dein pro *Arniensem* in S *Armensem;* Franc. *Arinensem;* Mss. aliqui et edd. ante Lamb. *Narniensem.*—20 χ *sed non const.*—1 Idem *in patr. nostro;* et C *rem. maletis.*—2 H S χ *regionum.*—3 C χ ψ *quanto.*—4 Lam-

NOTÆ

[p] *Describat*] Id est, dividat agrum Campanum.

[q] *Suburana* [*Ocriculana*] Ocriculana tribus dicta est ab Ocriculo, ultima Umbricarum urbium versus meridiem, Romæque proxima.

[r] *Deludi*] Vana spe agrorum.

[s] *Italico bello*] Bellum Italicum, quod Sociale bellum quidem dictum est; sed revera civile fuit: cum enim plurimi in Italia populi jure civitatis Romanæ promisso destitui se viderent, populo Rom. bellum intulerunt. Vide Florum III. 18.

[t] *Magnifica populi Romani vectigalia*] De vectigalibus loquitur, quæ

natione[7] temporis, pendere? Quid nos[5] Asiæ[u] portus, quid Syriæ rura,[6 x] quid omnia transmarina vectigalia juvabunt, tenuissima suspicione prædonum aut hostium injecta?[7] 81. At vero hoc agri Campani vectigal cum ejusmodi[8] est, ut domi sit,[y] et omnibus præsidiis oppidorum tegatur; tum neque bellis infestum, nec fructibus varium,[9 z] nec cœlo ac loco calamitosum[a] esse solet. Majores nostri non solum id, quod a Campanis[10] ceperant, non imminuerunt, verum etiam, quod ei tenebant,[11] quibus adimi jure non poterat,[b] coëmerunt. Qua de causa nec duo Gracchi,[c] qui de plebis Romanæ commodis plurimum cogitaverunt, nec L. Sulla, qui omnia sine ulla religione, quibus voluit, est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus

[r] *Mutatione.*

binus *e perlevi* aut *e levi, &c.* Gulielm. *a levi* legendum (prob. Grævio), censuerunt.—5 χ *vos.*—6 *Tura* Franc. et Ms. Turnebi: *cura* H S χ ψ et alii, atque edd. pr. Mox Lamb. solus *juvant.*—7 Quinque Oxonn. Mss. *invecta.* A Franc. et Ms. Turnebi abest.—8 Schutz. e conjectura edidit *vect. tum ejusm.* Tum in quinque Oxonn. Mss. *sit, ut cum domi sit:* Franc. Pith. et Mediol. 1498. *est, ut cum domi sit.*—9 ψ *virium.* Dein *nec cœlo nec loco* duo Mss. Lauredani, Ven. 1480. Junt. et Lamb. qui legi maluit *neque fructibus, neque cœlo ac loco.*—10 Lamb. et Orell. e conjectura Lauredani receperunt *quod de Camp.* In Erf. Franc. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Junt. Med. 1498. præpositio deest.—11 *Verum etiam, quod et teneb.* Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. Laured. *verum etiam id, quod teneb.* e Franc. 1. dederunt Græv. Beck. Schutz. et Orell. *verum etiam, quod ei teneb.* ceteri e conjectura Lauredani.—

NOTÆ

veniunt ex remotis provinciis quæ extra mare sunt, et longe majorem quam Italica, reipub. fructum afferunt.

[u] *Asiæ*] Vide orationem pro Lege Manilia: ibi sæpe de Asia dixit.

[x] *Syriæ rura*] Sæpe Syria et Assyria pro eadem dicuntur: ea autem populi Rom. provincia fuit usque ad Euphratem et Tigrim.

[y] *Domi sit*] Id est, Romæ proximum sit, et 'sub signo claustrisque reipub. positum,' ut superiori oratione dixit.

[z] *Fructibus varium*] Vectigal Campaniæ non colligitur ex rebus, quarum fructus incerti sint et imminuti.

[a] *Nec cœlo ac loco calamitosum*] Id est, subjectum cœli intemperiei; grandini nempe, vel terræ sterilitati.

[b] *Adimi jure non poterat*] Campani nunquam bellum gesserunt contra pop. Rom. unde suis agris spoliare eos jure non potuerunt.

[c] *Duo Gracchi*] Hi leges agrarias tulerunt, de quibus supra: at nunquam agrum Campanum attigerunt.

est.[12] [d] Rullus extitit, qui ex ea possessione rempublicam demoveret,[13] ex qua nec Gracchorum benignitas eam, nec Sullæ dominatio dejecisset. XXX. Quem agrum[e] nunc prætereuntes vestrum esse dicitis, et quem per iter qui faciunt,[14] externi homines, vestrum esse audiunt; is cum erit divisus, neque erit,[15] neque vester esse dicetur. 82. At qui homines possidebunt? Primo quidem acres, ad vim promti, ad seditionem parati, qui simulac decemviri concrepuerint,[16] [f] armati in cives, et expediti ad cædem esse possint. Deinde ad paucos, opibus et copiis affluentes, totum agrum Campanum perferri[17] videbitis. Vobis interea, qui illas a majoribus pulcherrimas vectigalium sedes armis captas[18] accepistis, gleba nulla de paternis atque avitis[g] possessionibus relinquetur: ac tantum[19] intererit inter vestram et privatorum diligentiam; quod, cum a majoribus nostris[20] P. Lentulus (qui princeps senatus)[1] [h] in ea loca missus esset, ut privatos agros, qui in publicum Campanum in-

12 H *ausus non est.*—13 Al. *dimoveret.*

Cap. XXX. 14 *Et quem pariter qui faciunt* Mss. plerique et edd. pr. *et quem pariter, iter qui fac.* Junt. *et quem pariter, qui iter fac.* Crat. Laured. *et per quem iter qui fac.* Lamb. *et quem per eum iter qui fac.* e conjectura edidit Schutzius. Ceteri ut Ern.—15 Verba *neque erit* absunt a Pith. Franc. Pall. et quinque Oxonn. Mss. atque edd. Ven. 1483. Junt. Crat. Tum χ et ed. Junt. *nec vester dic.* C H S ψ, Ven. 1483. Crat. *neque vestrum dic.* Franc. et Pall. *neque vestrum esse dic.*—16 Franc. Ms. Turnebi, et Ven. 1480. *increpuerint.* Mox in H non leguntur verba *ad cædem.*—17 C H S χ, ed. Wald. et Ven. 1480. *præferri.* '*Perferri*] Hoc quidem verum non puto, nec 'perferre agrum ad aliquem' recte dici. Tolerabilius esset *deferri:* sed malim *pervenire* e cap. 29.' *Ern.* non improb. Weiske. Tum in ψ *videbatis.*—18 Lamb. solus *partas.*—19 Quinque Oxonn. Mss. et edd. vett. *at tantum.*—20 *Quod tum a maj.* C H S ψ; et *vestris* C H S ψ, ac edd. ante Lamb.—1 Crat. et Laured. omittunt *qui.* In Mss. Lauredani *is, qui pr. sen.* Lamb. *is, qui pr. sen. fuit.* Pro *senatus* in H S χ ψ *senator.* Mox *ut et priv.* Mss. plerique et edd. ante

NOTÆ

[d] *Attingere ausus est*] In quo saltem religiosus fuit.

[e] *Quem agrum*] Id est, per quem agrum, poëtico more.

[f] *Concrepuerint*] Id est, vel minimo digitorum crepitu signum dederint decemviri.

[g] *De paternis atque avitis*] Si possideatur ille ager a decemviris, ne glebam possidebunt, deinceps, ex illis terris quas patres et avi, publico vectigalium, non privato nomine, tenuerunt.

[h] *Princeps senatus*] Qui lectus a

currebant, pecunia publica coëmeret,[2] [i] dicitur renuntiasse, nulla se pecunia fundum cujusdam[3] emere potuisse: eumque, qui nollet vendere, ideo negasse se adduci posse, uti venderet, quod, cum plures fundos haberet, ex illo solo fundo nunquam malum nuntium[k] audisset. 83. Itane vero? privatum[4] hæc causa commovit: populum Romanum, ne agrum Campanum privatis, gratis,[l] Rullo[5] rogante, tradat, non commovebit? Atqui idem populus Romanus de hoc vectigali potest dicere, quod ille[m] de suo fundo dixisse dicitur. Asia[6] multos annos[n] vobis fructum Mithridatico[7] bello non tulit: Hispaniarum vectigal temporibus Sertorianis[o] nullum fuit: Siciliæ civitatibus bello fugitivorum M' Aquillius[8] [p] etiam mutuum frumentum dedit. At[9] ex

Græv. qui auctoritate Erf. et Franc. delevit copulam, et quem Ern. Lall Beck. Weiske, Schutz. et Orell. secuti sunt. In edd. paucis *ut etiam priv.*— 2 *Coëmerit* H χ: *quo emerit* ψ.—3 ψ *cujusquam.*—4 *Privaturum* C S χ: *privatorum* Ms. ap. Græv. Mox H S χ ψ *commovet.* Tum Lamb. Grut. Græv. Oliv. *populus Romanus*, errore typographico, ut Ern. et Orell. censuerunt. In H *populo Romano.*—5 Pro *Rullo* χ habet *nullo.* In eodem Ms. deest *tradat.* Paulo post, *commoverit* C H S χ, edd. Rom. Brix. Ven. 1483. Med. Junt. Denique, pro *Atqui idem*, Pith. et quinque Oxonn. Mss. habent *At fidem;* Ven. 1483. *At fide;* Junt. *At vide si;* Franc. Crat. Hervag. Cam. Laured. Manut. Vict. *At quidem.* In C et H *populi R.*—6 χ *Asia vero.*—7 Ante *Mithridatico* quinque Oxonn. Mss. addunt præpositionem *in.* Mox *Hispanorum* H.—8 *Attilius* Mss. et edd. ante Lamb. qui cum edd. seqq. e conjectura Lauredani recepit *Aquillius.* Pro *M'* in quinque Oxonn. Mss. et Ven. 1483. *Manlius.*—9 Pro *At*, quod in χ deest, C H S habent *Et.* Mox χ *malis nun-*

NOTÆ

censore primus sententiam rogabatur, princeps senatus dicebatur.

[i] *Pecunia coëmeret*] Ne publicus ager privata possessione interrumperetur.

[k] *Malum nuntium*] Nunquam renuntiatum erat quod Campanus ager bellis infestus, vel grandine vel aliqua calamitate vastatus fuisset.

[l] *Gratis*] Quia vult Rullus huc coloniam deducere: gratis autem colonis, non persoluta pecunia, agri dividebantur.

[m] *Quod ille*] Idem potest dicere æquiore jure populus Romanus, quod privatus ille Campanus, qui noluit suum agrum vendere.

[n] *Asia multos annos*] Quadraginta annos, propter bellum Mithridaticum, nullum ex Asia fructum populus Rom. percepit.

[o] *Temporibus Sertorianis*] Sertorius Hispaniam octo annis tenuit, proscriptus a Sulla, quod Marium secutus esset: is a suis tandem interfectus est.

[p] *Aquillius*] Aquillius bellum Servile confecit in Sicilia. Vide Flor. III. 13.

hoc vectigali nunquam malus nuntius auditus est. Cetera vectigalia belli difficultatibus[10] affliguntur: hoc vectigali etiam belli facultates sustentantur. 84. Deinde in hac assignatione[11] agrorum ne illud quidem dici potest, quod in ceteris, agros desertos a plebe atque a cultura hominum liberorum[12] esse non oportere. XXXI. Sic enim dico: si Campanus ager dividatur, exturbari et expelli plebem ex agris, non constitui et collocari.[13] [*p.* 83.] Totus enim ager Campanus colitur et possidetur a plebe, et a plebe[14] optima et modestissima: quod genus hominum optime moratum, optimorum et aratorum et militum, ab hoc plebicola[q] tribuno[15] funditus ejicitur. Atque illi miseri, nati in illis agris et educati,[16] glebis subigendis exercitati, quo se subito conferant, non habebunt: his robustis, et valentibus, et audacibus[17] decemvirum satellitibus agri Campani possessio tota tradetur: et, ut vos nunc de vestris majoribus prædicatis, 'Hunc agrum nobis[18] majores nostri reliquerunt;' sic vestri posteri de vobis prædicabunt, 'Hunc agrum patres nostri acceptum a patribus suis perdiderunt.' 85. Equidem[19] existimo, si jam campus Martius dividatur, et unicuique vestrum, ubi consistat, bini pedes assignentur; tamen promiscue toto, quam proprie parva frui parte malitis.[20] Quare, etiamsi ad vos esset singulos aliquid ex hoc agro perventurum, qui vobis[1] ostenditur, aliis comparatur; ta-

tiis.—10 Mss. nonnulli et edd. Ven. 1483. Junt. Crat. Laured. Grut. Græv. Oliv. *belli facultatibus.* Paulo post, *belli difficultates* Pith. et Pal. 2.—11 Quinque Oxonn. Mss. *in illa assig.*—12 Erf. *liberos,* ut Puteanus conjecerat.

Cap. XXXI. 13 '*Constitui et collocari*] Excidit *in agris* ante *et.* Intelligi durum est.' *Ern.*—14 Verba *et a plebe* in edd. nonnullis omittuntur.—15 In C H S *tribuno pl.* in χ ψ *tr. pl.*—16 S *At illi mis.* et C H S χ *nati nullis agris educ.*—17 Verba *et audacibus* in quinque Oxonn. Mss. omittuntur. Utraque Ven. periodum novam a verbis *His rob.* exorditur, et deinde *tradatur* legit, improbante Garaton. In C *tradatur?* H *tradetur?* S χ *tradatur.*—18 In χ deest *nobis.* C H S habent *vobis.* Tum C H S χ *maj. vestri.*—19 C H S *Et quidem.*—20 Ern. e conjectura cum Beck. et Weiske edidit *malitis:* Schutz. e tribus Oxonn. Mss. *maletis,* non improb. Beck. Omnes aliæ edd. *malletis.*

NOTÆ

q *Plebicola*] Ironia ad contemtum. Plebicolæ enimvero dicebantur, qui optime de plebe meriti erant. Cum igitur Rullus affligat populum, per ironiam plebicolam vocat.

men honestius eum[2] vos universi, quam singuli possideretis.[3] Nunc vero, cum ad vos nihil pertineat,[4] sed paretur aliis, eripiatur vobis; nonne acerrime,[5] tanquam armato hosti, sic huic legi[6] pro vestris agris resistetis? Adjungit Stellatem campum agro Campano, et in eo duodena describit in singulos homines jugera. Quasi vero paulum differat ager Campanus ac Stellatis.[7] [r]

86. Et multitudo, Quirites, quæritur, qua illa omnia oppida compleantur. Nam dixi antea, lege permitti, ut, quæ velint municipia, quas velint veteres colonias, colonis suis occupent. Calenum[s] municipium complebunt: Theanum[8] [t] oppriment: Atellam,[u] Cumas,[x] Neapolin,[y] Pompeios,[z] Nuceriam[a] suis præsidiis devincient:[9] Puteolos[b] vero, qui nunc in sua potestate sunt, suo jure libertateque utuntur, totos novo populo

—1 χ *quia vobis.*—2 C et χ *cum.*—3 H *possederetis.*—4 Lamb. *perveniat.*—5 Idem *non acerr.* χ *nonne acerrimo.*—6 χ *si huic legi.*—7 *Ac Stellatus* C S χ ψ: *ac Stellates* H. In paucis edd. vett. legitur *ac Stellatis, et mult., Quir., quær.* quæ Laured. ita correxit, *a Stellati: scilicet mult., Quir., quær.* idque recepit Lambinus. Idem tamen Laured. etiam has conjecturas proposuit, *scilicet et mult.* aut *sed mult.* aut *vis et mult.* Turnebus conjecit, *a Stellati; sed mult.* Gulielmius, servatis verbis *ac Stellatis,* legit *sed mult.* prob. Manutio. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr. Porro in ψ deest *quæritur.*—8 C H S, Ven. 1483. et Beck. *Teanum:* Ven. 1480. *Tranum,* et c. 35. *Trano.* Mox in C *Atellani.*—9 C H S χ *devincent.*

NOTÆ

[r] *Paulum differat ager Campanus ac Stellatis*] Videtur melius legi posse *a Stellate,* licet quibusdam placeat illum campum Stellatem Campani partem facere; Cicero tamen in superiori orat. divisit.

[s] *Calenum*] Calenum Campaniæ municipium est vini generositate celebre.

[t] *Theanum*] Theanum urbs Campaniæ, a Capua 12. pass. mill. in colle.

[u] *Atellam*] Atella Campaniæ oppidum est, in quo fuit amphitheatrum nobile.

[x] *Cumas*] Vide superius.

[y] *Neapolin*] Urbs est Campaniæ maritima, nunc regni Neapolitani caput, ac totius fere Italiæ nobilissima.

[z] *Pompeios*] Pompeii, seu Pompeium, colonia et oppidum Campaniæ ad Sarrum fluvium, quod ab Hercule conditum dicitur, cum boves Geryonis abduceret.

[a] *Nuceriam*] Nuceria urbs Campaniæ, trans Vesuvium montem, sita in valle, quam fluvius Sarnus inter Vesuvium et Sactarium montem alluit.

[b] *Puteolos*] De hoc oppido sic Varro de L. L. l. IV. loquitur: 'A puteis oppidum Puteoli, quod sint circa eum locum aquæ frigidæ et calidæ multæ; nisi a putore potius, quod putidus sit odoribus sæpe ex sulfure et alumine.'

atque adventiciis copiis occupabunt. XXXII. Tunc illud Campanæ vexillum[c] coloniæ,[10] vehementer huic imperio timendum, Capuæ[11] a decemviris inferetur: tunc, contra hanc Romam, communem patriam omnium nostrum, illa altera Roma quæretur. 87. In id[12] oppidum homines nefarii rempublicam nostram transferre conantur, quo in oppido majores vestri[13] nullam omnino rempublicam esse voluerunt: qui tres solum urbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam statuerunt posse imperii gravitatem ac nomen sustinere. Deleta Carthago est,[14][d] quod cum hominum copiis, tum ipsa natura ac loco, succincta portubus,[15] armata muris, excurrere ex Africa, imminere ita fructuosissimis[16] insulis populi Romani videbatur. Corinthi[e] vestigium vix relictum est: erat enim posita in angustiis atque in faucibus Græciæ sic, ut terra claustra locorum teneret, et duo maria,[f] maxime navigationi[17] diversa, pæne conjungeret, cum pertenui discrimine separarentur.[18] Hæc, quæ procul erant a conspectu imperii, non solum afflixerunt, sed etiam, ne quando recreata exsurgere

CAP. XXXII. 10 *Vexillum Camp. col.* Lamb. et Orell. e conjectura Lauredani: *Camp. vexillum col.* Grut. Verburg. Oliv. Lall. Beck. Weiske, Schutz. *exilium Camp. col.* χ ψ, Ven. 1483. Crat. Laured. *exitium Camp. col.* Junt. Camp. *exilium col.* Græv. In Erf. *auxilium.*—11 Manut. Lamb. Oliv. Lall. e conjectura Lauredani receperunt *Capuam*, ut est in C H S: *Capuæ* e Ms. Turnebi dederunt Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *Capua* ceteri. Mox C H S χ *infertur.*—12 Quinque Oxonn. Mss. omittunt *id* ante *oppidum.* Mox *nefarie* H S χ.—13 Erf. Ven. 1480. Junt. Lamb. et Orell. *maj. nostri*, ut Lauredanus conjecit.—14 In C H S χ *est* omittitur. Mox pro *cum* Schutz. tacite edidit *tum.*—15 Al. *portibus.*—16 Lamb. et Schutz. e conjectura Lauredani atque Ant. Augustani receperunt *imminere Italiæ ac fruct.* Pantagathus correxit *imm. in fruct.* Gulielm. maluit *imm. situ fruct.* Cluverius It. Ant. IV. 5. p. 1176. hunc locum ita laudavit, *exc. ex Afr., et imm. fruc.* prob. Garatoni.—17 Ern. censebat vocem *navigationi* spuriam esse. 'Mollior fit oratio, si *navigationi* reponitur ante *duo maria.*' Weiske.—18 Erf. Franc. Ms. Turnebi, quinque Oxonn. Mss. edd. Rom. Brix. Ven. 1483. Junt. Græv. Oliv. Lall.

NOTÆ

[c] *Illud vexillum* [*illud exilium*] Metonymia pro exulum multitudine; quasi Capuam cives Romani mittantur in exilium.

[d] *Deleta Carthago est*] Vide superiorem orat. § 5. not.

[e] *Corinthi*] Vide sup. orat. § 5. not.

[f] *Duo maria*] Ionium et Ægæum mare, quorum primum ad Italiam, secundum ad Asiam spectat: istluno sex millibus passuum separantur.

atque erigere [19] se possent, funditus, ut dixi, sustulerunt. 88. De Capua multum est et diu consultum: [20] extant literæ, Quirites, publicæ: [1] sunt senatusconsulta complura. Statuerunt homines sapientes, si agrum Campanis ademissent, magistratus, senatum, publicum ex illa urbe [2] consilium sustulissent, imaginem reipublicæ nullam reliquissent, nihil fore,[3] quod Capuam timeremus. Itaque hoc perscriptum [4] in monumentis veteribus reperietis, ut esset urbs, quæ res eas, quibus ager Campanus coleretur, suppeditare posset, ut esset locus comportandis [5] condendisque fructibus, ut aratores, cultu agrorum defessi, urbis domiciliis uterentur: idcirco illa ædificia non esse deleta. XXXIII. 89. Videte, quantum intervallum [6] sit interjectum inter majorum nostrorum consilia, et inter istorum hominum dementiam. [*p.* 84.] Illi Capuam, receptaculum aratorum, nundinas rusticorum, cellam atque horreum Campani agri esse voluerunt: hi,[7] expulsis aratoribus, effusis ac dissipatis fructibus vestris, eandem Capuam sedem novæ reipublicæ constituunt, molem contra veterem rempublicam [8] comparant. Quodsi majores nostri [9] existimassent, quenquam in tam illustri imperio, et tam præclara populi Romani disciplina, Bruti [10] [g] aut P. Rulli similem futurum, (hos enim nos duos adhuc vidimus,[11] qui hanc rempublicam Capuam totam transferre vellent) profecto nomen illius urbis non reliquissent. 90. Verum arbitrabantur, Corintho

separentur.—19 Quinque Oxonn. Mss. *eripere.*—20 Lamb. *consultatum,* ut volebat Ern. *dubitatum* Franc. et duo Mss. Turnebi.—1 χ *publice.*—2 Idem Ms. *illa urbe* sine præpositione.—3 χ *forte.*—4 ψ *præscriptum.*—5 *Comparandis* Mss. plerique et edd. ante Lamb. qui cum edd. seqq. e conjectura Lauredani dedit *comportandis,* ut est in C H S.

Cap. XXXIII. 6 Vocab. *intervallum* Ernesto de glossemate suspectum est. Pro *interjectum* H et S *interrectum;* χ *inter rectum.*—7 ψ *his.*—8 Ursini Ms. *contra nostram remp.*—9 *Nostri* in C H S χ deest.—10 Prænomen *M.* ante *Brutum* inseri jussit Laured. unde id addiderunt Manut. Grut. Oliv. Lall. Weiske, Schutz. et Orell.—11 *Vidimus* e conjectura Lauredani receperunt Lamb. Grut. Ern. [Beck. Weiske, et Orell. *videmus* ceteri.—

NOTÆ

[g] *Bruti*] Brutus primus legem tulit de colonia Capuam deducenda.

et Carthagini,[12] etiamsi senatum et magistratus[13] sustulissent, agrumque civibus ademissent, tamen non defore, qui illa restituerent, atque qui[14] ante omnia commutarent, quam nos audire possemus: hic vero, in oculis senatus populique Romani, nihil posse existere, quod non ante exstingui atque opprimi posset, quam plane exortum[15] ac natum esset.[16] Neque vero ea res fefellit homines, divina mente et consilio præditos: nam post Q. Fulvium, Q. Fabium[17] consules, quibus consulibus[h] Capua devicta atque capta est, nihil est[18] in ea urbe contra hanc rempublicam, non dico factum, sed omnino excogitatum.[19] Multa postea bella gesta cum regibus, Philippo,[i] Antiocho,[k] Persa, Pseudophilippo,[l] Aristonico,[m] Mithridate,[n] et ceteris: multa præterea bella gravia, Carthaginiensium,[20] [o] Corinthium,[p] Numantinum:[q] multæ in hac republica seditiones domes-

12 *Corinthi et Carthagini* χ, Franc. edd. Rom. Brix. Ven. 1483. et Græv. *Corinthi atque Carthagini* Ms. Turnebi.—13 *Magistratum* omnes Mss. et edd. præter Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. qui e conjectura Grævii ediderunt *magistratum*.—14 Ernestus *qui* deleri mavult. In ψ deest *ante*.—15 χ *extortum*.—16 C H S χ, Ven. 1480. 1483. omittunt *esset*, prob. Garaton.—17 H *Fabium*, sed in marg. ab eadem manu *Flaccum*. Lamb. e Liv. XXVI. 1. conjecit legend. *Cn. Fulvium, Cn. Sulpicium*. Pantagathus legi voluit *Q. Fulvium, Ap. Claudium*. In C lacuna habetur post *consulem*, ac si aliquid deesset. Verba *quibus consulibus* in ψ desunt.—18 Verba *nihil est* non sunt in H.—19 *Sed nihil omnino excogitatum* Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam. Grut. *sed nihil omnino est cogitatum* ex Erf. dederunt Græv. Lall. Beck. et Orell. *sed omnino cogitatum*, e conjectura Lauredani, Lambinus 1566. Weiske et Schutz. Ceteri ut Ern. Vid. Nott. Varr.—20 *Carthaginiensium* omnes Mss. et edd. præter Lamb. 1566. Beck. Schutz. et Orell. qui habent *Carthaginiense*. Lau-

NOTÆ

[h] *Quibus consulibus*] Dissentit a Livio, qui non a Q. Fulvio consule, sed ab eo procousule, biennio ante captam fuisse Capuam scribit.

[i] *Philippo*] Philippus, et Persa filius; ille a T. Quintio Flaminino, hic a L. Æmilio Paullo victus est.

[k] *Antiocho*] Antiochus a L. Scipione, Majoris Africani fratre, superatus est.

[l] *Pseudophilippo*] Pseudophilippus in Macedonia a Q. Metello victus est.

[m] *Aristonico*] Aristonicus Attali ex pellice filius fuit, et a M' Aquillio devictus.

[n] *Mithridate*] Hic a Sulla, Murena, Lucullo, et Pompeio superatus est.

[o] *Carthaginiensium*] Tertium bellum, eversa Carthagine, Scipio Minor Africanus confecit.

[p] *Corinthium*] Corinthum L. Mummius delevit.

[q] *Numantinum*] Urbs fuit Numantia Hispaniæ Tarraconensis, quæ fere annos viginti cum pop. Rom. bellum gessit, et tandem a Scipione

ticæ, quas prætermitto: bella cum sociis, Fregellanum,[1] [r] Marsicum:[s] quibus omnibus domesticis externisque bellis Capua non modo non obfuit, sed opportunissimam se nobis[2] præbuit et ad bellum instruendum, et ad exercitus ornandos, et tectis ac sedibus suis recipiendos. 91. Homines non inerant in urbe, qui malis concionibus,[3] turbulentis senatusconsultis, iniquis imperiis rempublicam miscerent, et rerum novarum causam aliquam[4] quærerent. Neque enim concionandi potestas erat cuiquam, nec consilii capiundi publici:[5] non gloriæ cupiditate efferebantur, propterea quod, ubi honos publice non est, ibi gloriæ cupiditas esse non potest: non contentione,[6] non ambitione discordes. Nihil enim supererat,[7] de quo certarent; nihil, quod contra peterent; nihil, ubi dissiderent.[8] Itaque illam Campanam arrogantiam,[9] atque intolerandam ferociam, ratione et consilio majores nostri[10] ad inertissimum et desidiosissimum otium perduxerunt. Sic et crudelitatis infamiam effugerunt,[11] quod urbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt;[12] et multum in posterum providerunt, quod, nervis urbis omnibus exsectis,[13] [t] urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt. XXXIV. 92. Hæc consilia[14] majorum M. Bruto, ut antea dixi, re-

red. et Lamb. legi maluerunt *Carthaginiense III.*—1 C χ ψ *Flagellanum.*—2 C H S χ *vobis.*—3 C S χ ψ *conditionibus.*—4 In Erf. deest *aliquam.*—5 χ *capiendi cuiquam publ.*—6 Idem Ms. *contemtione.*—7 χ *superat.*—8 Idem Ms. *ibi diss.*—9 C H χ ψ et Erf. *arrogantem.*—10 Verba *majores nostri* in χ desunt.—11 Grut. *fugerunt*, errore typographico, ut aiunt Garaton. et Orell.—12 χ *nunc sust.*—13 Mss. plerique, Ven. 1480. et 1483. *ejectis.* In Erf. *nervis omnibus urbe ejectis:* unde Garaton. scribi posse censebat, *nervis omnibus urbis exsectis.*

NOTÆ

Minori Africano, qui Carthaginem deleverat, capta et funditus eversa est. Vide Florum II. 18.

[r] *Fregellanum*] Fregella, seu Fregellæ, urbs Italiæ inter Formias et Sinuessam sita, non procul a Liri amne; quæ cum a Romanis defecisset, a L. Opimio excisa est.

[s] *Marsicum*] Quod et Sociale dictum est, et ideo Marsicum, quia a Marsis primo excitatum est. Vide supra § 81. not.

[t] *Exsectis*] Allegoria ab animalis corpore, cujus sensus, et motus, et vis omnis nervis continetur.

prehendenda,[u] et P.[15] Rullo visa sunt: neque te, P. Rulle, omina[16] illa M. Bruti[17] atque auspicia a simili furore deterrent. Nam et ipse, qui deduxit,[x] et qui magistratum Capuæ, ea lege creati,[18] ceperunt, et qui aliquam partem illius deductionis,[19] honoris, muneris attigerunt, omnes acerbissimas impiorum[20] pœnas pertulerunt. Et quoniam Bruti atque temporis illius[1] feci mentionem, commemorabo id, quod egomet vidi, cum venissem Capuam, coloniam deductam L. Considio[2] et Sext. Saltio (quemadmodum ipsi loquebantur) prætoribus; ut intelligatis,[3] quantam locus ipse afferat superbiam; quæ paucis diebus, quibus illo[s] colonia deducta fuit,[4] perspici atque intelligi potuit. 93. Nam primum,[5] (id quod dixi) cum ceteris in coloniis duumviri[6] appellentur, hi se prætores appellari volebant [*p.* 85.] Quibus primus annus[7] hanc cupiditatem attulisset, nonne arbitramini paucis annis fuisse consulum nomen appetituros? Deinde anteibant[8] lictores, non cum bacillis,[9] sed, ut hic[10] prætoribus anteeunt, cum fascibus duobus.[y] Erant

[s] *Illuc.*

CAP. XXXIV. 14 χ et ψ *Nec cons.*—15 C H S χ omittunt prænomen ante *Rullo.* Mox, abest etiam ab edd. nonnullis ante *Rulle.*—16 Pro *omina* in H et S *omnia;* in C *oia.*—17 Post *Bruti* in C H S est spatium duarum circiter vocum, quasi quid desideraretur. In S non est lacuna, sed in marg. notatur, 'Deficit.'—18 *Capua et locreanti* C H: *Capua et Leocreanti* S: *Capuæ et Locreanti* ψ, Pith. Franc. Ms. Turnebi, Ven. 1483. *Capuæ locare ante* Erf. prob. Gulielm. *Capuæ et Lucienati* Junt. *Capuæ et Leocranti* χ et ed. Oliv. *Capuæ et Leocreanti* Crat. Hervag. Cam. Laured. Græv. Oliv. Weiske, et Orell. *Capuæ ea lege creati* e conjectura Manutii dederunt Grut. Ern. Beck. Schutz. *Capuæ ab illo creati* Lall. e conjectura Grævii. Turnebus conjecit *Capuæ illo creante;* Augustinus, *Capuæ coloniæ creati;* Ursinus, *Capuæ ab eo creati;* Laured. atque Ferratius, *Capuæ et Tarenti.* Vid. Nott. Varr.—19 Pith. Franc. et quinque Oxonn. Mss. *deditionis.*—20 Franc. et Turn. *imperiorum.*—1 *Illius temp.* edd. ante Grut. cum Orell.—2 Quinque Oxonn. Mss. *Consio.*—3 H S χ *intelligas.*—4 H *ded. sit:* S χ *ded. sint.*—5 ψ *Nam cum pr.*—6 Pro *duumviri* in C H χ *divini viri.* Mox, pro *se prætores* C S χ ψ habent *se tores emptores;* H *sectores emptores.*—7 Post *annus* χ ψ, Ven. 1480. et 1483. addunt *cum,* prob. Garaton.—8 χ *anteibam.*—9 Erf. *baculis:* nonnulli ap. Lamb. *batillis.* Cf. Hor. Sat. I. 5. 36.—10 Pro *hic* in Franc. *his.* Post *prætoribus* Pal. 2. et Erf. addunt *urbanis.* Mox *fascibus duabus* Franc.

NOTÆ

[u] *Reprehendenda*] Brutus et Rullus voluerunt colonias Capuam deducere.

[x] *Ipse qui deduxit*] Brutus, qui legem tulit, deduxit ipse coloniam.

[y] *Fascibus duobus*] In urbe duos lictores prætores habuerunt, sex in provinciis.

hostiæ majores[z] in foro constitutæ, quæ ab his prætoribus[a] de tribunali,[11] sicut a nobis consulibus de consilii sententia, probatæ,[12] ad præconem et ad tibicinem[b] immolabantur. Deinde patres conscripti[13][c] vocabantur. Jam vero vultum Considii[14] videre, ferendum vix erat. Quem hominem, vegrandi[15] macie torridum, Romæ contemtum atque[16] abjectum videbamus, hunc Capuæ Campano supercilio[17] ac regio spiritu cum videremus,[18] Magios,[d] Blossios[e] mihi[19] videbar illos videre, ac Jubellios.[f] 94. Jam vero qui metus erat tunicatorum illorum![g] et[20] in Albana et Seplasia,[h] quæ

facibus duabus C S ψ, Pal. 1. 2. Pith. et Ven. 1480.—11 Lambinus legi jussit *de tribunalis.* Vid. Nott. Varr. Mox in quinque Oxonn. Mss. *a vobis.*—12 Lamb. Ern. Oliv. Lall. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. e conjectura Lauredani dederunt *probatæ*, ut est in C H S. Ceteri *probatis.* Pantagathus conjecit *probata* legend., probante Ursino. Vid. Nott. Varr.—13 Pro *patres conscripti* in χ *P. Catulus.*—14 C H S χ *Consilii.* Tum *videri* H S χ. Pro *vix erat* in H et χ *jusserat.*—15 Pro *vegrandi* Mss. plerique et edd. ante Lamb. *ut grandi.* In ed. pr. *et grandi.* Nonnulli ap. Lamb. legerunt *vel grandi*, aut *videlicet torridum.* Pro *macie*, Weiske, e conjectura Ursini, recepit *facie.* Dein Passerat. et Puteanus legi jusserunt *horridum.* Pricæus ad Apuleium legendum censuit *retorridum*, prob. Jac. Gronov.—16 Mss. plerique et edd. ante Lamb. cum Beck. omittunt *atque.* Orell. uncis inclusit.—17 Mss. et edd. ante Vict. *præsidio.*—18 Pro *videremus* in ψ *adveheremus.* In Erf. Pall. quinque Oxonn. Mss. et edd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. deest *Magios.*—19 Pro *mihi* S habet *nisi.* Mox *Jubullios* H : *Jubellos* Pith. *Imbellos* C S χ

NOTÆ

[z] *Hostiæ majores*] Inter majores hostias fuere taurus, juvencus, vel alia id genus animalia, quæ uberius pasta nullam deformitatem haberent.

[a] *Quæ ab his prætoribus*] Ironice loquitur: cum tantum enim essent duumviri, se prætores nominabant.

[b] *Ad tibicinem*] In sacris tibicines adhibebantur, qui victimas præcedebant, ut Livius sæpe dicit.

[c] *Patres conscripti*] Romulus senatores nominavit, quos ad consultationes de repub. selegit: ii senes fere omnes erant: ex eorum auctoritate omnia agebat, hos et patres appellavit, nempe 'a curæ similitudine,' ut Sallustius ait in Catil. sed denique omnes uno patrum conscriptorum nomine vocati sunt.

[d] *Magios*] Magius inter veteres Campanos celeberrimus fuit, qui solus Hannibalis societatem improbavit. Vide Livium lib. XXIII.

[e] *Blossios*] Blossius Capuæ prætor fuit, cum fœdus illud sancitum est. Ibidem apud Livium.

[f] *Jubellios*] Jubellius Taurea se ad pedes Flacci consulis interfecit. Vide Liv. lib. XXVIII.

[g] *Tunicatorum illorum*] Gerebant illi tunicas, quæ breviores togis erant; quibus peregrini utebantur, cum longiores togas Romani gestarent.

[h] *Albana et Seplasia*] Albana et Seplasia vici duo seu fora fuere, ubi maxime unguenta vendebantur.

concursatio percontantium, quid prætor[1] edixisset! ubi cœnaret! quid enuntiasset![2] Nos autem, hinc Roma[i] qui veneramus, jam non hospites,[3] sed peregrini atque advenæ nominabamur. XXXV. 95. Hæc qui prospexerint,[4] (majores nostros dico, Quirites) non eos in Deorum immortalium numero venerandos a nobis[5] et colendos putatis? Quid enim viderunt? Hoc, quod nunc vos, quæso, perspicite, atque cognoscite. Non ingenerantur hominibus mores[k] tam a stirpe[6] generis ac seminis, quam ex iis rebus, quæ ab ipsa natura loci, et a vitæ[7] consuetudine suppeditantur, quibus alimur[8] et vivimus. Carthaginienses fraudulenti et mendaces, non genere,[9] sed natura loci, quod, propter portus suos, multis et variis mercatorum et advenarum[10] sermonibus, ad studium fallendi, studio quæstus vocabantur. Ligures[l] montani, duri[m] atque agrestes: docuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura et magno labore

ψ.—20 Lamb. copulam omittit. Dein *Seblasia* H: *Seblaxia* C S χ ψ.—1 Loco *prætor* in C legitur *populo R.* Tum χ *edixisse.*—2 Pith. Pall. et edd. vett. *quod enunciasset.* Gulielm. conjecit *quoi* (*cui*) *denuntiasset*, prob. Ernesto. Turnebus mavult *quid denuntiasset.* Mox, nonnulli ap. Laured. *Roma* deleri jusserunt.—3 In Pith. *tam non hosp.* Paulo post, *nominabatur* S: *nominabantur* C χ et Pith.

CAP. XXXV. 4 ψ *prospexerunt:* Turnebi Ms. *perspexerunt*, et mox *majores vestros.*—5 C S χ *a vobis.*—6 *Ex stirpe* Junt. *e stirpe* Lamb.—7 Pro *loci et a vitæ* C H S habent *bonis avita;* χ *bonis a vita;* ψ *bois avita.* In tribus Mss. ap. Laured. *ex ipsa natura bonis a vitæ consuetudine:* Ms. Turnebi *ab ipsa nat. nobis ad vitæ consuetudinem:* Franc. 1. 2. *ab ipsa nat. bonis ad vitæ consuetudinem:* Erf. Ven. 1480. 1483. Crat. *ab ipsa nat. bonis a vita cons.* Laured. *natura nobis ac vitæ consuetudine.* Garaton. legi vult *natura loci nobis ad vitæ consuetudinem*, cum Turnebo; aut, *ab ipsa nat. loci ad vitæ consuetudinem.* Schutz. et Orell. dederunt *ab ipsa nat. loci ad vitæ consuetudinem.*—8 C *alimus.*—9 Verba *non genere* in χ desunt.—10 Quinque Oxonn. Mss. omittunt verba

NOTÆ

[i] *Hinc Roma*] Tantus erat Capuanorum fastus, ut, qui Roma Capuam venirent, tanquam ex urbe ignobili adventare viderentur.

[k] *Ingenerantur hominibus mores*] Per inductionem Cicero ostendit ex natura loci et consuetudine mores ingenerari.

[l] *Ligures*] Ligurum alii littorei dicuntur, inter ostia Vari, et Galliam Narbonensem, et Etruriam; alii Mediterranei, inter Apenninum montem et mare Ligusticum, ubi Mons Ferratus, magna pars Pedemontii, et Mediolanensis ducatus.

[m] *Duri*] Duri dicuntur, quia hæc gens bellorum laboribus fuit assueta; de qua sic canit Virgil. Georg. II. 'Assuetumque malo Ligurem.'

quæsitum. Campani semper superbi bonitate agrorum, et fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine. Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia, primum illa nata sunt;[11] arrogantia, quæ a majoribus nostris alterum Capua[12] consulem[n] postulavit; deinde ea luxuries, quæ ipsum Hannibalem, armis etiam tum invictum, voluptate vicit. 96. Huc isti decemviri cum numerum colonorum[13] ex lege Rulli deduxerint,[14] centum decuriones,[o] decem augures,[p] sex pontifices[q] constituerint; quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam fore putatis? Romam, in montibus positam[r] et convallibus, cœnaculis[s] sublatam atque suspensam, non optimis viis,[15][t] angustissimis semitis, præ sua Capua, planissimo in loco explicata, ac præ illis[16] semitis, irridebunt atque contemnent. Agros vero, Vaticanum,[u] et Pupiniam,[17][x] cum suis

et advenarum.—11 Pro *nata sunt*, C habet *apta sunt*, omisso *illa*; H S ψ et nonnullæ edd. vett. *apta sunt*; χ et Ven. 1480. *aperta sunt*; Ms. Turnebi *apta fuit*; Pal. 2. *capta sunt*, quod in *cœpta* mutari posse Gruter. censet. Schutz. edidit *nata fuit*: Weiske e conjectura Schelleri *nata sunt: primum arrog.* Ceteri *nata sunt*. Tum *qua a maj.* C H S ψ, Hervag. Cam. Laured. Lamb. Oliv. Lall. Denique *restris* C S χ.—12 C *Capuam*. In Pith. *Capua consulere postularit*.—13 In quinque Oxonn. Mss. *armis modo colonorum*, mediis omissis. Pro vulg. *cum num. col.* Mss. nonnulli et Ven. 1483. habent *cum mò colonorum*; Junt. *cum modo colonos*. Manut. Lamb. Weiske, Schutz. et Orell. e conjectura Lanredani dederunt *cum IOO colonorum*. Gulielm. conjecit *cum modum colonorum*.—14 H *deduxerit*: χ *deduxerunt*. Mox H *constituerunt*.—15 Pro *viis* in Franc. et quinque Oxonn. Mss. legitur *suis*.—16 C H S χ *pro illis*.

NOTÆ

[n] *Alterum consulem*] Bello Punico secundo Liv. lib. XXIII. ait Capuanos petivisse ut alter consulum Capuæ esset, si rem Romanam adjuvari vellent.

[o] *Centum decuriones*] Qui vices Romani senatus gerent; sic enim aliarum urbium senatores vocabantur.

[p] *Decem augures*] Ad captanda auspicia.

[q] *Pontifices*] Ad sacra peragenda.

[r] *In montibus positam*] Septem Romæ montes sunt, Capitolinus, Quirinalis, Aventinus, Cælius, Viminalis, Esquilinus, Janicularis.

[s] *Cœnaculis*] Cœnacula sunt altiora domus loca, ad quæ scalis ascenditur.

[t] *Non optimis viis*] Livius Romæ vicos inordinatos fuisse narrat lib. XXV. 'Cum enim urbe incensa et capta, F. Camilli consiliis impulsi denuo urbem ædificarent, festinatio curam exemit vicos dirigendi, dum, omisso sui alienique discrimine, in vacuo ædificant: ea causa est, ut forma urbis sit occupatæ magis, quam divisæ similis.'

[u] *Vaticanum*] Vaticanum collis fuit

opimis[18] atque uberibus campis conferendos[19] scilicet putabunt! Oppidorum autem finitimorum illam copiam cum hac, per risum ac per jocum, contendent:[t 20] Labicos,[y] Fidenas,[z] Collatiam,[a] ipsum hercle Lanuvium,[1 b] Ariciam,[c] Tusculum,[d] cum Calibus,[e] Theano,[2 f] Neapoli, Puteolis, Cumis, Pompeiis, Nuceria[3] comparabunt. 97. Quibus illi rebus elati et inflati, fortasse non continuo, sed certe, si paulum assumserint vetustatis[4] ac roboris, non continebuntur: progredientur[5] longius, efferentur. Singularis homo, privatus, nisi magna sapientia præditus,[6] vix facile

[t] *Conferent.*

Lamb. legi vult *ac semitas pro suis illis viis.* In Ven. 1480. legitur *ac præ illius sem.* Pro *semitis* Orell. suspicatus est *Seplasiis* legend.—17 *Vaticantius et Pupinam* C S χ: *Vaticantium et Pupinam* H. Pro *Pupiniam* in uno Ms. Paris. *Pupinianum.*—18 *Optimis* omnes Mss. et edd. præter Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. qui e conjectura Lauredani receperunt *opimis.* Mox *uberrimis* χ et Ven. 1483.—19 C *conferendis:* χ *conferendo.* Tum C *putabant.* Particulam *non* ante *putabunt* habent omnes Mss. et edd. præter Junt. Laured. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell.—20 C S χ ψ et edd. vett. *contemnent.* Pro *Labicos* in quinque Oxonn. Mss. *Vicos;* et sic Excerpta Pithœi.—1 *Lanuvinum* C H S ψ: *Lavinium* χ et Mss. nonnulli ap. Græv. non improbante Orellio. *ipsum Ercleianum* Erf.—2 *Trano* C H S χ: *Teano* Beck. passim.—3 C χ *Niceria.* Tum *comparabuntur* C H S χ: *non comparabunt* Manut. et Lamb. e conjectura Lauredani. Porro alii *Quibus illis rebus.*—4 C S χ ψ *venustatis.*—5 *Progredient* C S ψ. In Erf. *progredientur cuncti secum ferentur:* unde Grævius legi jubet *progredientur longius, cunctique efferentur,* improb. Ernesto; et Orellius suspicatur *progredientur, cuncta secum ferent.* Pro *efferentur* in C *efferuntur;* in ψ *offeruntur.* Ern. legi maluit *et ferentur:* Wolffius conjecit *enitentur,* vel *evehentur.*—6 Verba *nisi* ...

NOTÆ

non procul a Tiberi, conterminus Janiculo, vinum copiosum, sed parum laudatum gignens: a vaticiniis, teste Gellio, dictus est.

[x] *Pupiniam*] Pupinia ager in Latio est circa Tusculum, cujus solum sterile est, teste Val. Max.

[y] *Labicos*] Labicum, Italiæ oppidum, est situm in Latio.

[z] *Fidenas*] Fidenæ, et Fidena, urbs Latinorum mediterranea.

[a] *Collatiam*] Collatiæ oppidum, quod ait Livius in agro Sabinorum; at Plinius III. 3. cis Anienem in Latio collocat. Ab Albanis conditum creditur, et a Tarquinio Superbo restauratum.

[b] *Lanuvium*] Oppidum Latii, in Via Appia, ab urbe Roma 16. mill. pass. distans.

[c] *Ariciam*] Aricia Latii oppidum est, post Albanum montem, in Via Appia.

[d] *Tusculum*] Tusculum, Latii oppidum, arduo in colle situm, duodecimo ab urbe lapide (nunc *Frescata*); ubi Tusculanum, villa Ciceronis celebratissima.

[e] *Calibus*] Cale, seu Cales, Campaniæ oppidum, cujus vinum laudat Horatius Carm. IV.

[f] *Theano, &c.*] De his superius dictum est.

sese[7] regionibus officii, magnis in fortunis et copiis, continet;[8] nedum isti, ab Rullo et Rulli similibus conquisiti atque electi coloni, Capuæ, in domicilio superbiæ, atque in sedibus[9] luxuriæ collocati, non statim conquisituri sint aliquid sceleris et flagitii. [*p.* 86.] Immo vero etiam hoc magis, quam illi veteres germanique[u] Campani, quod in vetere fortuna illos natos[10] et educatos nimiæ tamen rerum omnium copiæ depravabant: hi,[11] ex summa egestate, in eandem rerum abundantiam traducti, non solum copia, verum etiam insolentia[x] commovebuntur.

XXXVI. 98. Hæc tu, P. Rulle, M. Bruti sceleris vestigia,[g] quam monumenta majorum sapientiæ sequi maluisti: hæc tu cum istis tuis actoribus[12] excogitasti, ut vetera

[u] *Veri.* [x] *Novitate.*

præditus in H desunt. Pro *vix* in χ *vis.*—7 C H χ *facilis esset*, sed in marg. 'al. *facili sese.*' S *facilis sese:* ψ *facilis sese vix facilis esset.* In ed. Junt. deest *sese.*—8 Quinque Oxonn. Mss. et ed. Junt. *continetur.* Tum C et χ *necdum.*—9 χ *atque sedibus* sine præpositione. Dein, pro *luxuriæ*, Erf. Franc. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Med. habent *luxuriosis.*—10 Lamb. *illos in vet. fort. natos.*—11 C et S *hic.* Mox χ *eandemque.*

CAP. XXXVI. 12 Ms. Lauredani *auctionibus*, unde ipse conjecit legend. *auctoribus*, quam conjecturam receperunt Lamb. Grut. Oliv. Beck. Schutz. et Orell. Sic etiam legitur in S χ ψ et uno Ms. Paris. *Coactoribus* Junt. *actoribus* ceteri. Mox, '*Ut vetera vectigalia, &c.*] Locus conclamatus, quia et Oxonn. aliqui et Ven. 1483. triginta minime literarum defectum sincere notant. Sic igitur Ven. 1483. Crat. cum Erf. Franc. H S ψ, Pall. *ut vet. vect. ea expleretis* (*exploretis* Erf. Franc. Ven. 1480.) *novo* (lacuna Venetæ, H S ψ) *Urbi ad cert. dign. opponere vis. Ut vet. vect. ea expleretis, novam urbi ad cert. dign. opponere vis* Junt. E Ms. Turnebi notatur *exploraretis*, quod non sine causa placuit Wolffio. *Ut vet. vect. venderetis et expleretis nova: Urbi Capuam ad cert. dign. opponere vis* Hervag. Cam. Steph. Laured. Grut. Græv. in quibus e conjectura accessisse videntur verba *venderetis* et *Capuam.* In hac lectione Laured. conjecit *expilaretis*, et probavit aliorum suspicionem *opponeretis* proculdubio recte legentium. Hinc Lamb. 1566. *ut vet. vect. venderetis, ut expilaretis nova; Urbi Capuam ad cert. dign. opponeretis. Ut vet. vect. venderetis et expleretis nova; ut urbi Capuam ad cert. dign. opponeretis* Ern. e conjectura, Beck. *ut vet. vect. venderetis, et exigeretis nova; ut urbi Capuam ad cert. dign. opponeretis* Schutz. e conjectura. Inanibus his tentaminibus aliud supplementum e Turnebi Ms. et Juntina potissimum ductum; ego quoque proponere audebo, *ut vet. vect. expilaretis, nova exploraretis; ut novam urbem Urbi Capuam ad cert. dign. opponeretis.* Cf. Agrar. I. § 16. et 18.' *Orell.* Pro *venderetis et . . . certamen* C habet *et*, ceteris omissis; χ *ea comple-*

NOTÆ

[g] *M. Bruti sceleris vestigia*] Brutus conatus est coloniam Capuam deducere, et Campanum agrum a repub. transferre ad privatos.

vectigalia venderetis, et expleretis nova;[h] ut urbi[y] Capuam ad certamen dignitatis opponeretis; ut sub vestrum jus, jurisdictionem, potestatem,[13] urbes, nationes, provincias, liberos populos, reges, terrarum denique orbem[14] subjungeretis; ut, cum omnem pecuniam ex ærario exhausissetis, ex vectigalibus redegissetis, ab omnibus regibus,[15] gentibus, imperatoribus nostris coëgissetis, tamen omnes vobis pecunias ad nutum vestrum penderent; ut iidem partim invidiosos agros[16] a Sullanis possessoribus, partim desertos ac pestilentes a vestris necessariis,[17] a vobismetipsis emtos, quanti velletis, populo Romano induceretis; ut omnia municipia coloniasque Italiæ novis colonis occuparetis; ut quibuscumque in locis vobis videretur, ac quam multis[18] videretur, colonias collocaretis; 99. ut omnem rempublicam vestris militibus, vestris urbibus, vestris præsidiis cingeretis, atque oppressam teneretis; ut ipsum Cn. Pompeium, cujus præsidio[19] sæpissime populus Romanus contra acerrimos hostes et contra improbissimos cives victor[20] extitit, proscribere, atque horum conspectu privare possetis; ut nihil auro et argento violari, nihil numero et suffragiis declarari, nihil vi ac manu[1] perfringi posset, quod

[y] *Romæ.*

vetis novo. Pro *opponevetis* in χ *opponere jus;* ψ *opponere cujus vis.* Post *novo* in Franc. et Pal. 1. est lacuna.—13 Quinque Oxonn. Mss. *potestatis.* Mox, in iisdem deest *liberos.*—14 χ *urbem.*—15 ψ *rebus.* Mox *ab imp. vestris coëg.* quinque Oxonn. Mss. Pro *tamen* Ms. Turnebi et Franc. habent *tum,* prob. Turnebo.—16 H *ogris.*—17 Quinque Oxonn. Mss. *a nostris necess.* Tum *et a nobismet et ipsis* C S: *a nobismet ipsis* ψ: *et a vobismet ipsis* H, Erf. Franc. Mss. nonnulli ap. Laured. cum Junt. et Græv.—18 Beck. conjecit *multas* legend.—19 χ omittit *præsidio.* In Ven. 1480. *quovis præsidio.* Dein, pro *populus Romanus* C habet *reip.* H et S *remp.*—20 Pro *victor* in Erf. quinque Oxonn. Mss. et edd. vett. legitur *victorem,* iidemque verba *extitit, proscribere* non habent. Vict. Lamb. Hervag. Cam. *victor est, proscribere atque horum consp.* Manut. e conjectura Lauredani recepit *victor evasit, proscribere, atque horum consp.* Ceteri ut Ern. Hunc locum esse corruptum censet Orell.—1 *Nihil elata manu* Hervag. Cam. Græv. Oliv. Lall. *nihil relata manu* Pith. Franc. *nihil velata manu* C χ, Pal. 1. Ven. 1483. Crat. *vi et nihil velata manu* ψ: *nihil vel leta manu* Pal. 2. *nihil vel lecta monu* Ms. Lauredani: *nihil elata manu* Hervag. Cam. Græv. *nihil vi et facta manu* Lamb. *vi et manu* ex

NOTÆ

[h] *Expleretis nova*] Quæ nempe Pompeii victoriis reipub. comparata sunt.

non vos oppressum atque ereptum teneretis; ut volitaretis interea per gentes, per regna omnia, cum imperio summo, cum judicio infinito, cum omni pecunia; ut veniretis in castra Cn. Pompeii, atque ipsa castra, si commodum vobis esset, venderetis; ut interea magistratus reliquos,[2] legibus omnibus soluti, sine metu judiciorum, sine periculo, petere possetis; ut nemo ad populum Romanum vos adducere, nemo producere,[3] non senatus cogere, non consul[4] coërcere, non tribunus plebis retinere posset.

100. Hæc ego vos concupiisse pro vestra stultitia atque intemperantia, non miror: sperasse,[5] me consule, assequi posse, demiror. Nam cum omnium consulum gravis in republica custodienda[6] cura ac diligentia debet esse, tum eorum maxime, qui non in cunabulis,[i] sed in Campo sunt[7] consules facti. Nulli populo Romano pro me majores mei spoponderunt: mihi creditum est: a me petere quod debeo, me ipsum appellare debetis.[8] Quemadmodum, cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt; sic, si quid deliquero, nullæ sunt imagines,[k] quæ me a vobis deprecentur.[9] XXXVII. Quare, modo ut vita suppetat, (quanquam ego sum is, qui eam possim ab istorum scelere insidiisque defendere)[10] polliceor hoc vobis, Qui-

H et S dederunt Beck. Schutz. et Orell. Ceteri ut Ern. Gulielmius conjecit *nihilve lecta manu;* Puteau. *nihil violenta manu.* Plura Lambinus proposuit, *nihil vi illata et manu; nihil vi et allata manu; nihil vi et dilecta manu.* Orellius, qui totum locum esse corruptum putat, conjecit, *ut nihil, quod auro et arg. viol., nihil, quod num. et suffr. debilitari, nihil, quod vi et manu perfr. posset,* [id] *non vos oppr., &c.* Vid. Nott. Varr. Porro pro *ereptum,* in ψ *erectum.*—2 H *magistr. aliquos.*—3 Ven. 1480. *vos educere;* et C H S χ *nemo perducere.* Pro *senatus* quinque Oxonn. Mss. *in senatum.*—4 C H S *consules.* Dein H *tribunos.* Porro *possit* omnes Mss. et edd. ante Ern. qui e conjectura, cum Beck. Weiske, Schutz. et Orell. dedit *posset.*—5 Lamb. *sperare.*—6 C χ *in re cust.*—7 Pro *sunt* in C H S χ *fuit.* Tum C *consul facti.* Denique χ *Nullo.*—8 C S χ *debent:* H *debet.*—9 Edd. nonnullæ *quæ a me vobis depr.*

CAP. XXXVII. 10 Erf. *Quam rem modo si vita supp. quam ego sum is ab . . .*

NOTÆ

[i] *Non in cunabulis*] Ait se non natalium splendore, sed populi beneficio, et virtute sua consulatum adeptum esse, adeoque sibi majorem esse curam adhibendam.

[k] *Nullæ sunt imagines*] Quia novus homo Cicero est, et suam habet a se nobilitatem; nullas habet, quibus illustretur, majorum imagines.

rites, bona fide: rempublicam vigilanti homini, non timido; diligenti, non ignavo commisistis. 101. Ego is consul,[11] qui concionem metuam? qui tribunos[12] plebis perhorrescam?[1] qui sæpe et sine causa tumultuer? qui timeam ne mihi in carcere habitandum sit, si tribunus plebis duci jussisset?[13] Ego nondum[14] vestris armis armatus, insignibusque amplissimis ornatus, imperio, auctoritate, non horrui in hunc locum[m] progredi, vobisque auctoribus impro-

defendere: hinc Schutz. e conjectura Grævii recepit *Quare, si vita supp.; modo ego sim is, qui eam possim ab . . . defendere.* In Ven. 1480. *Quare modo ut vita supp., quam ego ab . . . defendere:* Ven. 1483. Crat. *Quare modo ut vita supp., quam ego sum is qui ab . . . defendere:* Junt. *Quare, modo ut vita supp., quam ego, si quivero, ab . . . defendere;* et sic Orell. nisi quod dedit *defendam.* In Ms. Lauredani *Quare, modo ut vita supp., quam ego spero ab . . . defendere:* in altero ap. eund. *Quare, modo ut vita supp., quam ego ab ist. scel. summisque insidiis def.* in Ms. Egnatiano et aliis ap. Laured. *Quare, modo ut vita supp.: quanquam ego sum is ab . . . defendere.* Ms. Franc. *Quare, modo ut vita supp., quam ego sum is ab . . . defendere:* ed. Med. 1498. *Quare, modo ut vita supp., quam ego sum is qui ab . . . defendere.* Ceteri e conjectura Naugerii dederunt *Quare, modo ut vita supp.: quanquam ego sum is, qui eam possim ab . . . defendere.* Lauredanus conjecit, *Quare, modo ut vita supp., quam ego sum is qui ab . . . defendere:* Beckius legi mavult *quam ego sum is qui ab . . . defendam;* aut, *quam ego summis vigiliis ab . . . defendam.* Pro *quanquam* in quinque Oxonn. Mss. legitur *quam:* pro verbis *sum is qui eam possim* C S χ ψ *summis;* H *summis vigiliis.* '*Quare, modo, &c.*] Hæc in libris valde corrupta reperiuntur. Itaque et post *suppetat* lacuna fortasse facta est. Sic et seqq. *polliceor . . . commisistis* manca et perturbata: nam post *polliceor* sequi debebat *vos commisisse.* Et cur non potius *confirmo?* Videtur igitur post *bona fide* excidisse *quod pollicitus est,* ut et Ernesti monet.' *Weiske.* In quinque Oxonn. Mss. et Ven. 1480. 1483. legitur *bonæ fidei remp.* Tum H *vigilantique.* Paulo post, *diligenti, non ignavo* in H χ desunt: in C S ψ tantum legitur *diligenti.* Denique χ et ψ *commisisti.*—11 '*Ego is consul, &c.*] Hæc, et quæ sequuntur, Ciceronis non esse P. Manutius existimat.' *Laured.*—12 H, Franc. et Ms. Turnebi *tribunum;* atque ita etiam ediderunt Græv. et Lallem.—13 Manutius mavult *jusserit.*—14 Pro *nondum* Pal. 1. Pith. quinque Oxonn. Mss. et edd. vett. habent *cum;* Pal. 2. *tum;* Franc. et Ms. ap. Turneb. *enim;* Wolff. vult *jam.* In Erf. deest. Deinde pro *horrui* S χ ψ, Erf. Franc. Pall. Ms. ap. Turneb. atque edd. vett. *horreo.* Post *progredi* C S χ ψ, Erf. Franc. Pall. et edd. ante Lamb. addunt *posse.* Mox Pal. 1. et edd. pr. *resistere: nec vereor ne R. P.* Pal. 2. *resistere, vereor ne P. R.* In C S χ ψ *ne vereor:* in H et Ms. Turnebi *nec vereor.* Schutzius, qui suspicatur *imperii auctoritatis* legendum, e conjectura Lambini recepit *nunc verear, ne tantis rei publicæ munitus præsidiis, ab istis vinci, aut opprimi possim?* Orellius e conjectura Beckii dedit *Ego enim vestris . . . non horrui . . . progredi . . . vobisque . . . resistere; nec vereor . . . possit,* sine interrogatione. Puteanus conjecit *nunc verear, tantis munitus præsidiis, ne resp.*

NOTÆ

[1] *Tribunos plebis perhorrescam*] Asserit Cicero se eum non esse qui tribunos seditiosos timeat, vel qui se abduci in carcerem sinat, ut Brutus et Nasica coss. abducti sunt.

[m] *In hunc locum*] Rostra intelligit, ubi legem Maniliam jam suaserat, et unde hanc orationem ad populum ha-

bitati hominis resistere: nunc verear, ne respublica, tantis munita præsidiis, ab istis vinci aut opprimi possit? Si antea timuissem, hac concione,[15] hoc populo, certe non vererer. Quis enim unquam tam secunda concione legem agrariam suasit, quam ego dissuasi? si hoc dissuadere est, ac non disturbare ac pervertere.[16] 102. Ex quo intelligi, Quirites, potest, nihil esse tam populare, quam id quod ego vobis in hunc annum consul popularis affero, pacem, tranquillitatem, otium. [*p.* 87.] Quæ, nobis designatis, timebatis,[n] ea ne accidere possent, consilio meo ac ratione provisa sunt. Non modo vos eritis in otio, qui semper esse volueritis,[17] verum etiam istos, quibus otiosi negotium[18] facessimus, otiosissimos reddam.[o] Etenim illis honores, potestates, divitiæ, ex tumultu atque ex[19] dissensionibus civium comparari solent: vos, quorum gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, honos[20] in judiciis et æquitate magistratus,[1] et res familiares in pace, omni

ab istis vinci aut oppr. possit? Pro *possit* C S χ ψ habent *posset*.—15 Ante *hac concione* quinque Oxonn. Mss. et edd. vett. cum Beck. et Orell. addunt *tamen*.—16 Junt. Lamb. Weiske, et Orell. *dist. atque perv.*—17 Mss. plerique et edd. ante Græv. cum Oliv. *volueratis:* Grævius cum edd. seqq. e Pith. Franc. et Ms. Lauredani edidit *volueritis.* 'Auribus Germanicis aptius foret *voluistis.*' Ern.—18 Pro *negotiam* Erf. Franc. Pall. quinque Oxonn. Mss. et edd. vett. habent *otium.* Tum *fecissemus* edd. omnes ante Lamb. qui e Sigonii conjectura, a Pith. confirmata, dedit *facessimus;* et sic edd. seqq. Schutz. e conjectura dedit *qui vobis otiosis negotiam facesserint.* Grævius malit *qui nobis negotium facessunt*, aut *facessissent:* Ern. conjecit *qui otiosis negotium facessunt;* et Wolff. *quibus otiosi odium fecissemus.* Dein *otiosos redd.* Erf. *atque otiosos redd.* Pal. 2. *atqae otiosissimos redd.* C H S ψ et Ven. 1483. —19 In χ deest *ex.*—20 Pro *honos* Ven. 1480. habet *hoc;* Franc. Pith. Pall. et quinque Oxonn. Mss. *hos:* Grævius mavult *salus*, prob. Ern.—1 Pro *magistratus* Lamb. 1566. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. e conjectura Lauredani dederunt *magistratuum*, ut volebat Grævius, prob. Ern. Pro *magistr. et res* C S χ ψ, Franc. Pall. Ms. Turnebi, Mss. Lauredani, et edd. vett. habent *magnos timores;* Pith. *magnos honores.* Manutius, Lauredanus, Lambinus, Weiske, et Orellius deleverunt copulam ante *res.* In ed. Junt. totus locus ita legitur, *honos in judiciis et æquitate, magistratus et*

NOTÆ

bebat.

[n] *Designatis, timebatis*] Timebant plerique, cum Cicero novus esset homo, adeoque multos haberet inimicos, ne in republ. seditiones a competitoribus excitarentur.

[o] *Otiosissimos reddam*] Pollicetur reipub. otium, impediendo videlicet ne respub. ab iis perturbetur, qui obsistere ejus dignitati volunerunt.

ratione otium tenere debetis. 103. Nam, si ii,[2] qui propter desidiam in otio vivunt, tamen in sua turpi inertia capiunt voluptatem ; sub ipso otio, quo vos fortunam regitis, si hunc statum, quem habetis, esse meliorem non ignoratis, non ut quæsitum,[3] sed vita partum, otium tenueritis. Quod ego et concordia,[4] quam mihi constitui cum collega,[p] (invitissimis [5] iis hominibus, quos in consulatu

res familiaris in pace. Mox Pith. *retinere deb.*—2 Pro verbis *Nam si ii* in C et χ legitur *Tametsi ei ;* H et Pith. *Tametsi hi ;* S *Nam et si ei ;* ψ *Nam tametsi ei ;* Pal. 1. et Franc. *Nam etsi ei ;* Pal. 2. *Tamen si hi ;* edd. vett. *Nam etsi hi,* aut *Nam etsi ii.*—3 ' *Esse meliorem non ignoratis, non ut quæsitum*] C χ *esse non ignoravi non quæsitum:* H *esse non ignoravi quæsitum :* S *esse non ignoravi an quæsitum :* ψ *esse non ignoravi an non quæsitum :* Ms. Franc. *esse non ignoramini an quæsitum sed vita partum ot. ten.* Pro verbis *esse mel. non ign.* ex Pith. affertur *non ignoravi esse ;* ex Pal. 2. et ed. pr. *esse et ignoravi.* Pro verbis *non ut quæs. sed* ex Pal. 1. *an quæsitum sed ;* ex Pal. 2. et ed. pr. *non quæsitum sed, &c.* Ms. Turneb. ita exhibet, *si nunc statum quem habetis, esse non ignoratis ante quæsitum, sed vita artum, otium tenueritis.* Nonnulli critici, auctore Lauredano, legunt *non ignavia quæs., sed vita partum ;* alii *non ut quæsitum, sed ut partum ot. . . .* Legendum, *vos qui hunc statum, quem hab. mel. esse non ign., non ignavia quæsitum, sed virtute partum otium ten.* Verba *sub ipso otio quo fort. reg.* glossatori adscripsi.' *Beck.* unde Schutz. edidit *voluptatem : vos qui hunc statum, quem habetis, esse meliorem non ignoratis, hoc ipso fortunam tegetis, si non ignaviæ quæsitum, sed virtute partum otium tenueritis.* Vid. Nott. Varr.—4 Ms. Egnatianus, Ms. Lauredani, Med. 1472. et Lamb. *ex concordia.*—5 Pro *invitissimis* in ψ *inimicissimis.* ' Post *iis* C addit *esse,* sed χ ψ *esse* pro *iis* scribunt. Pal. 1. *invitissimis iis esse hom. quos vos in cons. inimico esse et corporis jactibus providi :* Pal. 2. *invictissimus esse hominibus quos nos in cons. inimico esse et corporibus actibus providi:* atque iis fere similia legi in edd. vett. ostendit Gruter. In Erf. *invictissimis esse hominibus quos vos in consulatu inimico esse et corporis actibus providi.* Prior ed. Ven. 1480. *invitissimis his esse hom. quos vos in cons. inimicos esse et corporis actibus providi omnibus prospexi sane. Revocavi idem trib. pl. denunciavi, quid . . . constarent.* Ed. Ven. sec. (1483.) a vulg. lectione, quæ Nangerio debetur, in his tantum recedit, *quos vos in cons. inimicc esse et corporis et actibus prævidi omnibus prospexi sane revocari.*' Beck. ' *Quos in cons. inimicos*] C *quos vos in in* (sic) *consu inimicc* cum spatio exigno : H *quo vos in cos inimicos :* S ψ *vos quos in consulatu inimice :* χ *quos vos in cons. inimicæ.* Vetus liber ap. Turneb. (ut etiam Pith. Franc. Pal. 1.) *quos vos in consulatu ;* unde Turnebus conjecit *quos video in consulatu.*' Idem. ' *Inimicos esse et animis et corp. actibus*] Pal. 1. et Pith. *inimicos esse corporis jactibus :* Franc. *inimicos esse et corporis jactibus.* In Pith. tamen *actibus* legitur. Verba *animis et* in C S χ ψ desunt. Pro *corporis* ψ habet *corporibus et. . . .* Pro *animis* Oliv. ex Lamb. affert *animi. Actibus* Turnebo suspectum est, neque enim Ciceronem *actus* dixisse. Itaque conjicit *et animi et corporis artibus.* Lambinus in notis dicit se reposuisse *acie,* amicum autem quendam ipsius maluisse *aciebus. Et* ante *revocavi* in Pith. et quinque codd. Oxonn. deest. Lambinus auctor est, pro *revocavi* in nonnullis Mss.

NOTÆ

[p] *Cum collega*] Antonius collega erat Ciceronis in consulatu, cui cupienti Macedoniam concessit.

inimicos esse et animis, et corporis actibus, providi) omnibus prospexi sane, et revocavi. Idem tribunis[6] plebis denuntiavi, ne quid turbulenti, me consule, conflarent. Summum et firmissimum est illud communibus[7] fortunis præsidium, Quirites, ut, quales vos hodierno die[8] maxima concione mihi pro salute vestra præbuistis, tales reliquis temporibus reipublicæ[9] præbeatis. Pro certo polliceor[10] hoc vobis, atque confirmo, me esse perfecturum, ut jam tandem illi, qui honori inviderunt[11] meo, tamen vos universos in consule deligendo plurimum vidisse fateantur.[12]

legi (nescio tamen quibus) *rogavit*, se reposuisse *præcavi.*' Idem. In Ms. Bergeri *invitissimis iis hominibus, quos in cons. communes inimicos esse, et animi et corporis viribus providit: omnibus prospexi sane et rogavi.* Beckius conjecit legend. *invitissimis iis hom., quos in cons. inimicos et animis et corporibus prævidi, omnibus sane revocavi.* Schutzius e conjectura totum locum sic constituit, *invitissimis iis hominibus, quos in cons. nobis inimicos fore et animis, et corporibus, prævidi: et ceteris rebus omnibus prospexi sane et revocavi.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—6 Ed. Manut. *tribunus.* Mox *ne* ante *quid* e conjectura Lauredani et Turnebi addiderunt Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Ceteri omittunt. Dein C S χ ψ *constarent.*—7 Pro *communibus* χ habet *omnibus.*—8 C H S *hodierna die.* Mox χ *tribuistis.*—9 Pro *reipublicæ* in C, edd. Med. Ald. Vict. Crat. *populi R.* vel *populi Romani:* alii Mss. et edd. vett. *P. R.* Hervag. Laured. Grut. Oliv. *populo Romano:* Junt. Lamb. Græv. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *reipublicæ*, ut volebat Lauredanus.—10 *Pro certo repeto poll.* S: *Pro certo reperto poll.*, χ, Pal. 2. Erf. *Pro certo repto poll.* ψ: *Pro certo, reperto, poll.* Ven. 1483. prob. Garaton.—11 *Inviderunt* non est in χ, qui pro *tamen* habet *tum.*—12 Post *fateantur* C addit *Finis.* In C et S legitur *Explicit liber II. de lege Agraria. Incipit tertius.*

M 338